34595
Mlčoch

St. Procopius
College Library
LISLE, ILL.

All borrowers are expected to
acquaint themselves with the library
regulations printed on book marks,
which may be obtained at the cir-
culation desk.

DATE DUE

GAYLORD PRINTED IN U.S.A.

No. 293 DEMCO-MADISON-WIS

PSALTERIUM

SEU

LIBER PSALMORUM.

IUXTA VULGATAM LATINAM
ET VERSIONEM TEXTUS ORIGINALIS HEBRAICI CUM NOTIS
INTRODUCTIONALIBUS ET CUM ARGUMENTIS EXEGETICIS, QUIBUS
HARMONIA UTRIUSQUE VERSIONIS DEMONSTRATUR.

EXARAVIT

Dr. **MELCHIOR MLČOCH,**

EQUES ORD. S. SEP., A. E. CONSIST. CONSILIAR., C. R. PUBL. ORD. PROFESSOR STUDII BIBLICI
V. TESTAM. ET DIALECTORUM ORIENTAL. IN C. R. FACULTATE THEOL. OLOMUCENSI.

ST. PROCOPIUS
COLLEGE LIBRARY,
NO. C 8
LISLE, - - ILL.

CUM LICENTIA
CELSISSIMI AC REVERENDISSIMI PRINC. ARCHIEPISCOPALIS ORDINARIATUS
OLOMUCENSIS.

OLOMUCII 1890.

APUD ED. HÖLZEL, BIBLIOPOLAM OLOMUCII ET VINDOBONÆ.

SUMPTIBUS AUCTORIS.

223.3
M69p

SALVO JURE PROPRIETATIS ET TRANSLATIONIS.

TYPIS OFFICINÆ PRINC. ARCHIEPISC. OLOMUCII.

34595

EMINENTISSIMO, REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

PRINCIPI

DOMINO, DOMINO

FRIDERICO E LANDGRAVIIS DE FÜRSTENBERG

TITULI S. CHRYSOGONI S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI

DEI ET S. SEDIS APOSTOLICAE GRATIA ARCHIEPISCOPO OLOMUCENSI

PRINCIPI, DUCI, REGIAE CAPELLAE BOHEMIAE COMITI,

SUAE CAESAREO-REGIAE ET APOSTOLICAE MAJESTATIS CONSILIARIO

ACTUALI INTIMO

DECORATO MAGNA CRUCE REGII HUNGARICI ORDINIS SANCTI STEPHANI

AC

INSIGNIS CAESAREO-RUSSICI S. ANNAE PRIMAE CLASSIS EQUITI,

SS. THEOLOGIAE DOCTORI

ETC. ETC. ETC.

ARTIUM ET SACRARUM SCIENTIARUM MUNIFICENTISSIMO

FAUTORI ET PROTECTORI

DOMINO SUO GRATIOSISSIMO

IN GRATI ANIMI DOCUMENTUM

HOC OPUS

SUMMA, QUA FERTUR, REVERENTIA ET DEVOTIONE

DEDICAT

HUMILLIMUS

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Lingua psalmorum *originaria* est lingua *hebraica*. Ex textu originali adornata est sæculo III. ante Christi nativitatem *versio* sacræ scripturæ *græca*, dicta „*Alexandrina* seu *Septuaginta* (LXX)".

Lingua versionis Alexandrinæ, nequaquam est græca classica, sed dialectus *macedonico-alexandrina* — eo tempore διάλεκτος κοινή seu *vulgaris* dicta, quæ apud Judæos hebraismis et aramaismis permixta vocatur — dialectus *hellenistica*.

Sensum libri hac dialecto conscripti ne græcus quidem eruere valet totaliter et absque difficultate ob proprietates eius dialecti et lexicales et grammaticales, — nisi calleat *simul* linguam *hebraicam* et *aramaicam*.

Alexandrina versio *Psalmorum* est versio *ad verbum facta*.

Circa annum 200 post Chr. adornata est ex græca versione Alexandrina — *latina* versio, quæ serius *Itala* nominabatur.

Lingua huius versionis non est lingua classicorum, (quæ tempore Augusti „*urbana*" dicebatur), sed lingua latina *vulgaris seu rustica*. Ratio huius linguæ vulgaris quoad linguam latinam urbanam est eadem, quæ inter linguam germanicam et bohemicam classicorum et dialectum huius vel illius regionis.

Ad finem sæc. IV. et initio V. comparavit s. Hieronymus psalterium Italæ cum Alexandrina κοινῇ; et correxit illud. Quia correctio hæc facta est Romæ et abinde in basilica Vaticana in usu mansit, vocatur Psalterium hocce correctum — *Romanum*. (Ex hoc psalterio romano est in breviario rom. psalmus 94. ad Matutinum „Venite exsultemus"; similiter loci Psalmorum in Missali romano.) Quia autem Psalterium hoc modo emendatum minus placebat, iterum illud correxit respectu habito *hexaplæ* Originianæ et hæc nova Psalterii correctio vocatur psalterium *Gallicanum*, et hanc versionem latinam ss. Synodus Tridentina auctoritate sua declaravit *authenticam* i. e. omnis erroris circa fidem et mores immunem.

Hæcce latina versio authentica reperitur in Bibliis sacris Vulgatæ editionis Sixti V. et Clementis VIII. Pont. Max. auctoritate recognitis. seu breviter in *latina Vulgata*.

Textus huius latinæ versionis authenticæ collocatur in hoc libro in *prima* columna.

His præmissis patet, latinam versionem Psalterii in Vulgata esse versionem *mediatam* i. e. non e textu originali, sed ex versione græca Alexandrina institutam. Quemadmodum græca Alexandrina est translatio ad verbum facta textus originalis Psalmorum; ita etiam est latina versio *ad verbum facta* translatio græcæ Alexandrinæ. Propter hanc indolem fundunt latinæ sententiæ huius versionis eundem sensum, quem originale hebraicum habet, sunt ergo ad *genium* linguæ *hebraicæ* et *aramaicæ* vertendæ. Insuper attendendum est ad illas *proprietates dialecti hellenisticæ*, quibus a lingua græca classica discedit, nec non ad illas proprietates, quibus lingua latina *rustica a sermone latino* seu classicorum differt.

Versio *latina* in columna *secunda* collocata exhibet sensum literalem textus originalis, estque adornata iuxta textum Masoreticum, quocum in substantia congruit ille textus hebraicus, quo LXX. interpretes usi sunt. —

Secundum s. Augustinum confert lectio ss. Scripturarum dupplex commodum; illuminant enim mentem quoad veritatem, et inflammant affectum cordis ad amorem Dei. Et quis sinceri cordis non teneatur ardenti desiderio, ut cor eius inflammetur ad amorem Dei Creatoris et Salvatoris nostri? —

Sane non est præstantius medium, quo affectus cordis ad amorem Dei accendatur, inflammetur et inflammatus in dies augeatur quam eloquia Spiritus sancti in carminibus lyricis, seu *psalmis*, qui dispositiones divinas in salutem humani generis factas, et revelationem divinitus communicatam in memoriam revocant. Inde explicatur frequentissimus psalmorum usus tam in A. quam in N. T., et illa sanctæ matris Ecclesiæ dispositio, qua clerici ordines maiores adepti tenentur quotidie certam Psalterii partem recitare — in propriam et fidelium salutem.

Hæc recitatio fit cuique eo *gratior* et efficacior, quo *clarius* patet sensus literalis cuiusvis psalmi et quo *facilius* singulæ psalmi partes discernuntur. Huncce in finem — præmissis

I. **significationibus vocum:** psallo — psalmus — psalterium — psaltes,

II. **notis introductionalibus in librum Psalmorum,**

III. **quibusdam notabilioribus de scriptura hebraica** ante septimum æræ nostræ sæculum et

IV. **sex regulis generalibus.** —

a) Apponitur in præsenti libro in fronte cuiusvis psalmi *brevis sententia*, qua vel generale argumentum totius psalmi, vel sententia primaria, vel usus practicus indigitatur.

b) Hanc brevem sententiam excipiunt *necessariæ notitiæ de auctore secundario*, de *argumento*, de *occasione* et *tempore* exarationis, nec non de iis, quæ ad *rectam* interpretationem psalmi necessaria sunt.

c) Dein sequitur textus latinæ Vulgatæ in columna *prima* et versio iuxta textum hebraicum in columna *secunda*.

d) Ut vero singulæ partes cuiusvis psalmi facile et primo statim intuitu discernantur, incipit quælibet psalmi *pars* — distincta litera initiali.

e) Post textum cuiusvis psalmi adducuntur argumenta scientifica, quibus probatur harmonia textus latinæ Vulgatæ cum textu originali hebraico.

I. Significationes vocum: *a)* psallo, *b)* psalmus, *c)* psalterium et *d)* psaltes.

a) **Graecum** „ψάλλω“ denotat: 1. proprie *vibro*; in specie: vibro *nervum arcus* — vibro *chordam instrumenti musici*; dein — 2. fidibus cano, — 3. voce et fidibus cano.

Latinum „*psallo*“ denotat: 1. instrumentum musicum pulso — fidibus cano.[1]) 2. cano ad citharam.[2]) Hoc significatu occurrit „*psallo*“ in Psl. 68, 13. „εἰς ἐμὲ ἔψαλλον“ Vulg. „in me *psallebant* (i. e. cantilenas de me canunt) qui vinum bibebant“. — 3. Apud b. Hieronymum[3]) et b. Augustinum[4]) denotat "psallo“ — „*cano psalmos Davidis*“, qui sunt laudes Dei, sive adhibito psalterio, sive assa voce fiat; *hacce* significatione adhibetur „psallere“ in *ecclesia*.

b) **Graecum** „ψαλμός“ denotat: 1. τὸ *vibrare* — τὸ *cantare fidibus* — τὸ *cantare voce et fidibus*. — 2. *canticum*, quod comitantibus instrumentis musicis canitur. — 3. in s. scriptura *canticum sacrum*, canticum laudis.[5])

Latinum *psalmus* significat: 1. *sonum* citharæ seu fidium. — 2. *carmen*, quod ad sonum fidium canitur. Hoc sensu unica vice in lat. Vulg. (non in LXX.) adhibetur „psalmus“ ad denotandum canticum, quo propheta Jeremias ludibrio habebatur.[6]) — 3. Apud *christianos* scriptores autem adhibetur vox hæc ad designandos hymnos *sacros*, seu cantica Davidis regis, quia ad psalterium ea cantare mos fuit, quod et ipse auctor fecisse dicitur.[7])

---

[1]) Cic. Cat. 2, 10 et alii.
[2]) Hor. Od. 4, 13, 7 et alii.
[3]) Ep. 107. a. 10 etc.
[4]) In psal. 46 et 65.
[5]) Judit. 16, 2.
[6]) Lament. 3, 63. „ego sum psalmus eorum“ i. e. obiectum ludibrii.
[7]) Tert. adv. Prax. 11. etc. Lactant. 4, 8. et 12. Hieron., Augustin. etc.

c) „**Psalterium**“ (= ψαλτήριον) denotat: 1. instrumentum *fidibus* instructum, simile citharae differens tamen [1]) — *harpa* [2]) Harfe, harfa; — 2. *citharam, lyram;* — 3. *carmen*, quod ad psalterium canitur; — 4. apud scriptores Ecclesiae — *librum psalmorum Davidicorum.* [3])

d) „**Psaltes**“ (= ψαλτής) vocatur: 1. qui instrumentum aliquod musicum *pulsat*, item qui *canit.* [4]) — 2. Qui psalmos *facit et canit* = *psalmista* (ψαλμιστής) [5]) = *psalmographus* (ψαλμογράφος) — per excellentiam = rex *David.* [6])

II. Notae introductionales in librum Psalmorum.

1. *Titulus et numeratio.* „*Liber psalmorum*“ dicitur collectio 150 poëmatum argumenti lyrico-religiosi, quae hebraice „*Tehillim*“ (i. e. hymni) graece — „ψάλμοι“ audiunt.

Praeter huncce titulum, collectioni *communem*, gerit quilibet fere psalmus propriam inscriptionem, quae indicat vel *auctorem* vel *occasionem*, qua compositus est, vel *melodiam* vel *praesidium* chori, sub cuius directione, — vel *instrumentum musicum*, quo accinente decantandus est.

Quoad **numerationem** psalmorum inde a psalmo 9no usque 147^{mum} intercedit discrimen inter textum hebraicum et versionem latinam Vulgatam, quae sequitur versionem Alexandrinam (LXX). Contrahuntur enim *quatuor* psalmi textus hebraici *(9* et *10* et dein *114* et *115)* in *duos* et postea, ut numerus 150 psalmorum compleatur, *duo* psalmi *(116 et 147)* in *quatuo* dividuntur.

Est ergo psalmus LXX. et lat. Vulgatae

1—8	in textu hebraico	=	1—8.
9 (v. 1—21 + 1—18)	„	„	„	= *9 et 10.*
10—112	„	„	„	= 11—113.
113 (v. 1—8 + 1—18)	„	„	„	= *114 et 115.*
114 et 115 (*114* v. 1—9., *115* v. 10—19)	„	„	„	= *116.*
116—145	„	„	„	= 117—146.
146 et 147 (*146* v. 1—11., *147* v. 12—20)	„	„	„	= *147.*
148—150	„	„	„	= 148—150.

Inde invenitur in psalmo 9. et 113. latinae Vulgatae *bina* numeratio a versu primo incipiens (1—21 + 1—18. v. 1—8 + 1—18). E contra ***non***

---

[1]) August. in psal. 56.

[2]) Ex graeco ἅρπη = falx, quia in modum falcis ex una parte incurvum est illud instrumentum.

[3]) Hieron. ep. 33. n. 3.; ep. 125 n. 11. et alii.

[4]) II. Sam. 23, 1. IV. Reg. 1, 15. I. Paral. 23, 5. Quint. 1, 10.

[5]) Hieron. adversus Pelag. 1. n. 2. et alii.

[6]) Tert. carm. advr. Marc. 5, 130.

incipiunt duo psalmi Vulgatæ latinæ a versu primo: orditur nempe psalmus *115*tus versu 10mo et *147*mus versu 12do.

Numeri isti sunt recentioris ætatis et indicant ordinem, quo psalmi inventi seu potius *collecti* sunt, nequaquam autem ordinem temporis, quo conscripti sunt. In libris *liturgicis* adducuntur psalmi sub numero, quo in latina Vulgata insigniuntur.[1])

2. Divisio. Hebræi dividunt Psalterium ad normam Pentateuchi *in 5. libros.* Hanc divisionem ss. Patrum et Scriptorum eccl. plurimi utpote vetustissimam rati, secuti sunt v. c. Epifanius, Origenes, s. Hippolytus, s. Hilarius Pict., Ambrosius, Hieronymus, Augustinus.

I. liber, *psl. 1—40*, est collectio psalmorum *Davidis; 37* cum inscriptione „Davidis".

II. liber, *psl. 41—71.*, exhibet psalmos *Korachitarum*, nonnullos *Davidis*, unum Asaphi.

III. liber, *psl. 72—88.*, exhibet psalmos *Asaphi*, nonnullos *Korachitarum*, unum *Davidis.*

IV. liber, *psl. 89 - 105.*, exhibet psalmum *Moysis*, duos *Davidis*, reliquos *anonymos.*

V. liber, *psl. 106—150.*, exhibet *16* psalmos *Davidis*, unum *Salomonis*, reliquos *anonymos.*

Quatuor priores libri clauduntur doxologia: „fiat, fiat" in textu hebraico: „Amen, Amen".[2])

3. Auctor et aetas. *a)* Inscriptiones in textu hebr. genuinæ docent. *varios* fuisse psalmorum *auctores*, quorum nomina sunt:

1. *David rex*, cui tribuuntur psalmi *73.* —

2. *Moyses*, cui adscribitur *unus* (89). —

3. *Salomo*, cui adiudicantur *duo (71. et 126.)* —

4. *Asaph*, cuius nomen gerunt psalmi *duodecim (49, 72—82).* (De nomine *„Asaph"* vide notam ad psl. 49. v. 1.) —

5. *Eman*, auctor psalmi 87mi. —

6. *Ethan*, auctor psalmi 88vi. —

7. *Corachitæ*, seu filii Core (Corachi), quibus assignantur *duodecim* (41—48., 83, 84, 86, 87.) (De nomine „Corachita" vide notam ad psalmum 41. v. 1.) —

8. *Reliqui* psalmi sunt in texto hebraico *anonymi*, et ex parte Davidicæ fors originis.

---

[1]) In præsenti libro fit citatio psalmorum secundum versionem *latinam Vulgatam* Citatio iuxta textum hebraicum addito: „hebr." notatur.

[2]) Eandem materiam, eadem forma exhibent psl. 13. et 52. Quæ in psl. 39, 14—18 sunt, constituunt psalmum 69num. Quæ in psl. 56, 8—12 et 59, 6½—14 sunt, constituunt psalmum *107*um. Psalmus 17. paucis mutatis est etiam in II. Sam. cap. 22.

Quia a Davide maxima psalmorum pars descendit, obtinuit usus, quem etiam s. Ecclesia servat, ut tota collectio **„Psalmi Davidis"** nuncupetur. S. concilium Tridentinum enumerans libros sacros dicit (præeunte conc. Cartagin. III. a. 397. can. 47.) **„Psalterium Davidicum".**

b) His relatis simul, in quantum fieri potest, psalmorum *ætas* cognoscitur. Quidam psalmi *exilii demum tempore*, aliique *post exilium* compositi esse videntur. *Nullus* vero ex ætate *Maccabæorum* descendit, quia eo tempore lingua hebraica non amplius erat in usu. *Quando* autem hi psalmi *collecti* sunt, non conveniunt. Verosimillimum est, *post exilium demum Babylonicum* eorum collectionem fuisse institutam.

4. Argumentum psalmorum est vel

1. *doctrinale* (ex. gr. 1., 48., 118.) vel
2. *liturgicum* (ex gr. 3., 4., 5., 7., 8., 14., 17., 18., 23., 34., 108., 129—137.) vel
3. *historicum* uti psl. 104., 105. et
4. *messianum* per se vel typice.

5. Finis. Ut ex *inscriptionibus* et ex *argumento* apparet, est finis psalmorum *diversus* et quidem vel intendit auctor

1. Deum *laudare*, pro acceptis donis gratias agere, nova impetrare, peccata sua deflere, ut sit novarum gratiarum dignus; vel
2. de Deo eiusque proprietatibus et operibus *edocere*, virtutem commendare et a sceleribus retrahere; vel
3. quoddam precum publicarum *schema exhibere;* vel
4. *Messiam* eiusque passionem, mortem et resurrectionem *annuntiare.*

Nota. Psalmi, qui literaliter ad Christum eiusque regnum i. e. Ecclesiam s. referuntur, vocantur **exclusive Messiani;** hi sunt:

Psl. *2.* agens de victoria Messiæ regis. —
Psl. *15.* de resurrectione et gloria eius. —
Psl. *21.* de passione Messiæ et de fructibus eius. —
Psl. *44.* de Christo eiusque Ecclesia. —
Psl. *71.* de regno Messiæ æterno et pace perpetua.
Psl. *109.* de victoria Messiæ regis et de eius sacerdotio.

b) Psalmi, qui talia continent, quæ *literaliter* Davidem vel aliam personam Antiqui Testamenti spectant et *mediate* tantum ad Christum diriguntur, vocantur **typice Messiani;** persona nempe illa *typum* gerit Christi. Huc spectant ante omnia psalmi: 8., 18., 34., 39., 40., 67., 68., 77., 96., 101., 108., 116., 117.; horum enim characterem Messianum testatur Novum Testamentum.

6. Momentum Psalterii. Psalmi inde a temporibus Davidis in liturgia sacra *publice decantabantur.* Hæc publica psalmorum decantatio *dispositiones divinas* in salutem humani generis factas et *revelationem divinitus* communicatam continuo audientibus *in memoriam revocabat*, insuper eam etiam præcipue vaticiniis Messianis *amplificabat.* — Nec hoc silentio premendum

est, quod pro indole sua *schema* quoddam precum cuiuslibet generis *exhibeant*, et maxime idonei sunt, ut cultui publico inserviant, unde frequentissimus eorum tam in A., quam in N. Testamento usus liturgicus explicatur.

Nota. Nominantur nonnulli psalmi insuper *Graduales*, alii *Pœnitentiales*, alii *Imprecatorii.*

a) Psalmi **graduum** seu **graduales** vocantur 15 psalmi 119—133. Vocantur psalmi graduum i. e. *ascensionum* seu *peregrinationum* sacrarum, eo quod a Judæis Hierosolimam ad festa Paschatis, Pentecostes et Tabernaculorum ascendentibus decantari solebant. Vide notam ad psl. 119. v. 1.

b) **Poenitentiales** dicuntur ii psalmi, in quibus anima de peccatis commissis dolens *veniam precatur.* Huius argumenti psalmi exstant quidem plures in psalterio, usu autem Ecclesiæ antiquo *septem tantum* hocce titulo insigniuntur nempe: 6., 31., 37., 50., 101., 129., 142.

c) **Imprecatorii** seu *maledictorii* ii vocantur psalmi, in quibus vindicta divina et omnia infausta super *inimicos iustitiæ* exposcuntur. Huc pertinent: psalmi 34ti versus 4—6. 8. 26., psal. 39ni v, 15. 16. psl. 57mi v. 7 . ., psl. 58vi v. 6. 12—16., psl. 68vi v. 23—29., psl. 103tii v. 35., psl. 108 v. 6—15. 19. 20. 29., psl. 136ti v. 7—9.

In finem rectæ interpretationis ponendum est loco *imperativi* seu *conjunctivi* præsentis — *futurum*; v. c. 68., 25.: „Effunde super eos iram tuam“ = „Effundes super eos iram tuam“ vel 108., 8.: „Fiant dies eius pauci = dies eius erunt pauci“. (In psl. 57., 7. et 58., 14.—16., ponit Vulgata — futurum.)

Est enim sacris vatibus V. T. proprium, ut res venturas tamquam *vota* proferre soleant. — Prædicentes *felicitatem* regni Messiani, rem proponunt modo *desiderantis*, optantis; prædicentes *mala*, quæ secundum Legis sanctionem impios manent, faciunt id modo *imprecatorio.*[1])

Quando ergo auctor sacer mala talia modo optantis profert, optat vel

1. *ut iustitia divina* se manifestet. Cum enim Deus in iustitia sua punit improbos pertinaces, probi in virtute confirmantur et lætantur; — utique lætantur *non in malo*, sed *in iustitia* Dei, quemadmodum Deus ipse puniens non lætatur *in punitione* impiorum, sed *in sua iustitia*, quia iustus Dominus iustitiam diligit. Vel

2. optat, ut removeantur et auferantur *culpæ* (conf. psl. 7, 10.); desiderium eius non refertur *ad malum hominis.* Hoc sensu intelligitur v. 35. psalmi 103.: „Deficiant peccatores de terra et iniqui ita ut non sint“ i. e. secundum *culpam.* In quantum enim iniustitia parit scandalum publicum et ordinem divinitus statutum pervertit, innocentibus et iustis miseriam parat, digna est exsecratione.

---

1) Imprecor = mali quippiam precor.

His *altioribus motivis* animatur auctor sacer et nequaquam perverso studio *vindictæ personalis* vel *odio inimici.* — Talia motiva *impura* in auctorem sacrum non cadunt et ne cadere quidem possunt, quia repugnant legi divinæ Mosaicæ, cuius tamen commentarium exhibent psalmi — *eloquia Spiritus sancti.* Lege autem Mosaica

a) personalis vindicta expresse interdicitur verbis: „*Mea* (Dei) est ultio et *ego* retribuam in tempore". (Deut. 32, 35).

b) Quoad odium inimici hæc sunt notanda: Dilectio inimici docetur *lege naturali* secundum illud principium: „quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris"; nullus enim vult odio haberi et sibi reddi malum pro malo; unde ipse Plato solo lumine *naturali* illud agnovit (I. l.)

Hanc legem naturalem inculcat Antiquum Testamentum expresse æque ac Novum Fœdus. Dicit enim Deus in Antiquo Fœdere: „Non quæras ultionem, nec memor eris iniuriæ civium tuorum; diliges proximum tuum sicut te ipsum". (Lev. 19, 18. coll. Math. 5, 43. 22, 39. Luc. 6, 27. Rom. 13., 9.)

Notione autem *„proximi"* comprehenduntur etiam *Noniudæi — gentiles* seu homines in genere, sive sit inimicus sive amicus, ut disserte docet Moises verbis: „*Advena* in terra vestra sit inter vos quasi *indigena et* diligetis eum quasi *vosmet ipsos;* fuistis enim et vos advenæ in terra Aegypti: „Ego Dominus Deus vester". (Lev. 19, 33. 34.)

Dicta illustrantur insuper ab eo sequentibus præceptis: „Si occurreris *bovi inimici* tui et *asino erranti, reduc* ad eum." — „Si videris asinum *odientis te* jacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis *cum eo.* (Exod. 23, 4. 5. conf. Deut. 22, 1—4.)

Et sicut Lex Mosaica docent et reliqui libri V. Fœderis; v. c. Prov. 24, 17.: „Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas et in ruina eius ne exultet cor tuum." Prov. 25, 21. „Si esurierit inimicus, ciba illum; si sitierit, da ei aquam bibere".

Insuper ostendit propheta Elisæus sua agendi ratione (IV. Reg. 6, 8—23.), *odio principis* ethnici nequaquam auferri *dilectionem proximi.*

Ut in Novo ita etiam in V. Testamento *detestatione sceleris* non excluditur *misericordia* erga peccatorem. Unde etiam *Salvator* noster perversam interpretationem Legis, quam serius demum *per nefas callide* introduxerunt Pharisæi, castigat et reiicit. (Math. 5, 43.)

Ex his simul patet, *nullam esse essentialem differentiam* inter spiritum Antiqui Fœderis et spiritum Novi Testamenti respectu huius materiæ.

Quando autem quis provocat ad Legis (Exod. 21, 24.) verba: „Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu etc.", confundit inepte *privatam vindictam* cum *vindicta,* quæ competit *legitimo magistratui* nomine Dei hac in terra. Lex enim istis verbis statuit tantum *normas* (principium talionis), secundum quas *competenti magistratui* iudicandum est in læsionibus

corporalibus deliberatis vel ex insidiis, ut læso fiat satisfactio *iusta*; confugere autem ad magistratum competentem, Deus nec in Antiquo nec in Novo Fœdere interdixit. (Conf. Rom. 13., 1—5.)

III. Quaedam notabiliora de scriptura hebraica ante saeculum VII. aerae nostrae.

Ut etiam rite pensari queant difficultates, quæ antiquitus superandæ erant lectori et interpreti sacri textus hebraici; notanda sunt hic loci quædam, saltem notabiliora, de scriptura hebraica tempore ante Christi nativitatem et primis sex æræ nostræ sæculis.

1. In scriptura hebraica *consonantes tantum* notabantur litteris; propria signa ad designandas vocales Hebræis *non* erant.

2. In hebraica lingua incipit quævis syllaba consonante;[1]) post consonantem enuntiatur vocalis, quæ ad illam pertinet.

3. Hebræis sunt *5 vocales:* a, e, i, o, u;
a, i, u sunt primariæ; *e* et *o* secundariæ;
e ortum est ex *a* et *i*; conf. græc. καῖσαρ et lat. Cæsar;
o ortum est ex *a* et *u*; conf. græc. θαῦμα et θῶμα, lat. plaustrum et plostrum.

4. *Diftongis* caret lingua hebr.; unde habet omne vocabulum tot syllabas, quot vocales; v. c. Cain pronuntiatur Ca-jin, Šaul pronuntiatur: Ša-ul.

5. Propria signa ad designandas vocales, ut iam dictum est, in hebraica scriptura non erant. Lectorem oportebat scire, quæ vocalis cum consonante coniungenda sit; et quia syllaba etiam duabus consonantibus inchoare potest *(syllaba composita)*, oportebat eum etiam nosse, utrum post primam et secundam, an solum post secundam consonantem vocalis sit pronuntianda. Idem etiam quoad *ultimam* vocis syllabam, quæ nonnunquam *duplici* consonante clauditur, nosse oportebat lectorem.

Et quia sunt Hebræis non tantum syllabæ, quæ in vocalem desinunt *(apertæ)*, sed etiam syllabæ, quæ consonante clauduntur (syllabæ *clausæ*), oportebat lectorem etiam scire, utrum consonans cum propria vocali pronuntianda sit, vel vero finem syllabæ imponat et vocali careat.

Insuper scire debebat, *utrum* et *quæ* consonans in media voce sit *duplicanda.* — Sic v. c. *dbr* legi potest: *dabar* (ordinavit), *dibber* (locutus est), *dabber* (loqui, loquere, infinit. et imperat.), *dabar* (verbum, res — absolute), *d'bar* (verbum, res attributum subordinatum), *deber* (exitus, mors,

---

[1]) **Exceptio datur tantum:**

1. in coniunctione universali „vau“ (ו), quæ in certis casibus non pronuntiatur „v' (=vĕ) “sed — „u“;

b) quoad fattach, dictum *furtivum* i. e. quoad vocalem „a“ auxiliarem, quæ ante gutturalem consonantem ע et ה, qua syllaba claudenda est, inseritur v. c. loco „ruch“ dicitur „ruach“ (spiritus); loco „ro“ dicitur „rea“ (proximus).

hinc pestis, *dober* (pascuum). — *m d b r* legi potest: *midbar* (desertum), *m'dabber* (loquens), *m'dubbar* (id. quod dictum est).[1])

6. Ut hæ difficultates aliquantulum saltem minuerentur, invaluit apud Hebræos usus, *hanc vel illam* vocalem *longam* (non *omnem*) indicandi inserta consonante homogenea.

Iuxta hunc modum designabat insertum:

jod (י) vocalem „i“ vel „e“,

vau (ו) vocalem „u“ vel „o“,

alef (א) et he (ה) in *fine* vocalem „a“ vel „e“;

ad designandam vocalem „a“ in *media* voce signum nullum erat; nullum etiam ad designandas vocales *breves*.[2])

Hæ quatuor literæ in finem tutioris lectionis hinc inde insertæ vocantur *matres lectionis*. — Introductis matribus lectionis lectoris erat nosse (stantibus ceteris nominatis difficultatibus), utrum occurrens una illarum 4 literarum sit *consonans*, aut solummodo *signum vocalis longæ* et qualis *i* vel *e*, *u* vel *o*, in fine *a* vel *e*.

Scripturam adeo imperfectam legere erat res difficillima, et qui recte eam legere volebat, hunc oportebat linguam optime callere.[3])

Textum *talis conditionis* habebant coram se interpretes Alexandrini (ante Christum) et b. Hieronymus (ad finem sæculi IV. post Christum).

7. Lingua hebraica emortuā, introduxerunt grammatici iudaici — *Masoretæ* dicti (i. e. traditionis quoad lectionem s. textus gnari) propria signa eum in finem, ut omnes veteris scripturæ hebraicæ defectus removerentur, omnesque difficultates quoad lectionem cessarent; insuper adiunxerunt varias notas criticas, ut ipse textus biblicus futuris sæculis — incorruptus servaretur. Masoretæ exornarunt textum biblicum signis istis seu *„punctis“* circa sæculum septimum post Christum, hac de causa vocatur ille textus = *punctatus* vel *masoreticus*.

8. Cum hocce textu masoretico congruit in substantia ille textus hebraicus, iuxta quem LXX. interpretes Alexandrini adornarunt psalterii versi-

---

[1]) Sic etiam in lingua latina omissis literis legi posset: *l b r*: *labor*, labori, labore. — *liber*, libri, libro. — *liber*, libera, liberæ, libero, liberi (adiectiv.). — *liberi* (infantes). — *libra* (pondus). — *libera* (imperativ.). — *m r s*: mars, mors, maris (masculi), maris (mare), moris, mores (mos), murus, muros, mures (mus), mirus, miris, miros, miras, (mirandus -a -um), moros (arbores) etc.

[2]) (א et ה) = „a“ vel „e“ in fine.



[3]) Inde *„lector“* et *„linguae scripturaeque valde peritus“* erant eo tempore synonyma.

nem græcam. ex qua instituta est versio latina. quæ serius a b. Hieronymo orrecta et longo tot sæculorum usu in ipsa Ecclesia probata a sacro Concilio Tridentino declarata est authentica.

His præmissis facile explicari possunt lectiones *variantes*. Horum numerus necessario augetur adhuc eo. quod quædam literæ hebr., si non sunt solertissime scriptæ. vel atramentum partis literæ huius detritum fuit. facile a scriptore vel lectore permutantur ut ex. gr. י et ו (jod et vau) ר et ד (reš et dalet) missis omnibus illis casibus. ubi lapsus oculi. error auditus, defectus memoriæ etc. locum habuit.

Nota. Literæ et voces hebraicæ in hoc libro transscribuntur in commodum eorum. qui hebr. linguam non callent. ut hacce circumstantia minime obstante sonum earum pro posse cognoscant et simul argumentandi rationem sine difficultate perspiciant.

א, cujus sonus est spiritus lenis. indicatur signo „'" vocali superposito. — ב = b. — ג = g (latino). — ד = d. — ו = v. — ז = z, sonat ut germ. et lat. „s" præcedente et sequente vocali v. c. leſen, riſio). — ח = ch. — ט = t (puncto infra munitum. ut distinguatur a quasiisophoni ת = t). — י = j (latino). — כ, in fine: ך = k. — ל = l. — מ, in fine: ם = m. — נ, in fine: ן = n. — ס = s (puncto infra munitum. ut distinguatur ab isophoni שׂ = s. — ע (ajin). quod tempore Christi a Galilæis eodem ut א efferebatur sono. indicatur signo ' vocali superposito. — פ, in fine: ף = f. — צ, in fine: ץ = c (slavico) sonatque ut germ. „z" v. c. ʒart, ganʒ et latinum „c" sequente sono vocalico e. i. v. c. cera. circiter. cædo. cœlum. — ק = k (puncto infra distinctum a quasisophoni כ = k. — ר = r. — שׂ = s. — שׁ = š (slav.) sonatque ut germ. „ſch". — ת = t.

Quiescentes א, ה, ו, י non transscribuntur. quia sono consonantico carent.

Vocales nulla ratione habita quantitatis earum exprimuntur literis a. e. i. o. u.

Quoad *semivocales* — exprimitur *š'va simplex*, quod sonat ut brevissimum *e*, apostropho „'" et tria *š'va composita* literis ᵃ. ᵉ. ᵒ aliquantulum elevatis.

Conjugationes verbi excepta „kal" denominantur a verbo „*katal*" v. c. niktal, kittel etc. loco „niphal, piel" etc.

Arabica litera. quæ sonat ut germ. „ſch". gall. „dj" transscribitur slav. „č".

Indicans finem. ob quem hæc transscriptio facta est. minime intendo impugnare ea. quæ eruditi et eruditissimi de sono huius vel illius literæ aliquantulum discrepante docent.

IV. Sex regulae generales.

Ad rite intelligendum sensum literalem latinæ versionis Vulgatæ tenendæ sunt ante omnia sequentes regulæ generales:

Regula 1. *Perfecta et Futura Vulgatæ latinæ* ***non*** *habent analogam significationem* ***latini*** *Perfecti et Futuri — sed* ***hebraici.***

Hebraicæ enim linguæ sunt *duo* tantum tempora: 1. *Perfectum* et 2. *Futurum* (rectius *Imperfectum*). Omnia tempora et omnes modi (indicativus et conjunctivus) verbi græci et latini exprimuntur in hebr. lingua *tam* Perfecto, *quam* Futuro.

Græca autem versio Psalmorum reddit plerumque hebr. Perfectum vel Aoristo vel Perfecto; et hebr. Futurum — Futuro græco.

Iuxta græcam versionem Alexandrinam (LXX) ponit *latina Vulgata* — Perfectum et Futurum. — Vide psl. 1, 1. „abiit" . . v. 2. „meditabitur".

Regula 2. *In hebr. lingua sic dicta „****copula****" rarissime ponitur, si de* ***præsenti*** *aut de* ***præterito*** *sermo est. Est ergo in latina versione exprimenda, quando prædicatum sententiæ est* ***nominale.*** v. c. 19, 7. 27, 3. 6. 88, 9. 118, 142. etc.

Regula 3. *Coniunctio „****et****" in Vulgata habet significationem hebraici* ו *(v'), quod est coniunctio* ***universalis****; non tantum* ***copulativa*** *(et) sed* ***etiam explicativa*** *(isque, et quidem, scilicet.),* ***causativa*** *(nam),* ***conclusiva*** *(itaque, igitur, ergo)* ***concessiva,*** *(licet, etiamsi)* ***finalis,*** *(ut) etc.*

Hinc vertit *Allioli* non tantum „und" sed etiam „und doch" v. c. 77, 17.; „aber" 77, 36.; „da" 77, 31.; „daſs" 77, 5. 82, 5 (bis); „darum" 77, 33.; „denn" 48, 13.; „ſo" 79, 19. 20.; „während" 48, 12.; „wenn auch" 48, 9. etc. — *Insuper nonnunquam redundat et non est vertenda.* Exempla huius etiam in Allioli sunt v. c. 88, 25. 26. 30. etc. (Hebr. „vav" denotat uncinum [Nagel, hák, hřeb], quo res coniunguntur.)

Regula 4. *Loco* ***simplicis*** *præpositionis utitur sæpe lingua hebraica quibusdam nominibus cum præpositione seu* ***casu præpositionali quorundam nominum.*** *Latina Vulgata nomina hæc plerumque* ***ad verbum*** *vertit, v. c. — ante faciem, in conspectu,* pro: *coram, ante, adversus, versus. — super faciem,* pro: *super, in. — a facie,* pro: *ab, de. — in circuitu, per circuitum,* pro: *circa, circumcirca* etc. *— per manum,* pro: *per. — de manu,* pro: *ab, ex. — in manu, in manum,* quod plerumque *Dativo* latino redditur.

Regula 5. *Vulgata sæpe utitur verbis* ***compositis*** *pro simplicibus; v. c.* ***abire*** *pro: ire, ambulare;* ***retribuere*** *pro: tribuere;* ***exsurgere*** *pro: surgere;* ***disrumpere*** pro *rumpere etc.*

Regula 6. *Divisio* ***in versus*** *nonnunquam nexum sententiarum turbat: similiter et* ***interpunctio*** *in nonnullis locis sensui litterali facile intelligendo* ***obstat.*** v. c. 7, 11. 17, 44. 38, 4. 11. 30, 13. 47, 7 etc.

LIBER PRIMUS.

PSALMUS 1.

Diversa sors iustorum et impiorum

Psalmus primus est prologus Psalterii et aptissime dicitur apud S. Hieronymum „Praefatio Spiritus Sancti“.

In eo commendatur studium pietatis et impietatis fuga, proposita iustorum atque impiorum tum praesenti tum futura sorte diversa.

Auctor psalmi huius non nominatur; in quibusdam vetustis LXX. editionibus tribuitur Davidi, cui etiam a Patrum latinorum plerisque adiudicatur.

Occasio singularis, qua psalmus hic exaratus fuit, ob argumentum eius adeo generale, indicari nequit.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiae non sedit;	1. **B**eatus homo, qui non ambulat ad consilium impiorum et in via peccatorum non consistit, et in societate irrisorum non sedet;
2. sed in lege Domini voluntas eius, et in lege eius meditabitur die ac nocte.	2. sed qui lege Domini delectatur et de lege Eius meditatur die et nocte.
3. Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet; et omnia quaecumque faciet, prosperabuntur.	3. Estque sicut arbor plantata ad rivos aquarum, quae fructum suum dat tempore suo, cuiusque folium non languescit; et omnia, quae facit, prospere perficit.
4. Non sic impii, non sic; sed tamquam pulvis, quem proiicit ventus a facie terræ.	4. **N**on sic impii, sed sicut palea, quam dispellit ventus.
5. Ideo non resurgent impii in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum,	5. Ideo non consistent impii in iudicio, nec peccatores in cœtu iustorum.

6. quoniam novit Dominus viam iustorum, et iter impiorum peribit.	6. Novit enim Dominus viam iustorum, iter autem impiorum finietur pernicie.

v. 1. **vir** = homo, quivis. Voce hebr. אִישׁ (iš) non designatur semper „vir" sed saepe etiam „homo", quivis". — Confer. v. c. „Revertatur *vir* in domum suam" (III. Reg. 12. 24.) Allioli[1]) vertit: ein jeglicher kehre . . zurück. — Frencl[2]): *jedenkaždý* navratiž se; — e contra Die hl. Schrift, Augsburg 1477: der man ker wyder. — Benátská 1506: *jedenkaždý muž* . . — „*Vir* affert pro fructu eius mille argenteos" (Cant. 8, 11.) Allioli: jeder brachte . . — Frencl: *jedenkaždý* přináší . .; e contra Augsb. 1477.: der man bringt. — Benátská: *muž* przynašye . . —

Etiam *latini classici* utuntur voce „vir", „homo" loco pronominis v. c. Cic. Att. 9, 18.; Virg. Aen. 4, 3.; Ter. Andr. 2, 6, 5.; Cic. Fam. 4, 4.; Nep. Eum. 2. etc. . . .[3])

beatus vir = beatus *homo*, beatus *quivis*, beatus *ille*.

abiit, stetit, sedit = ambulat, stat, sedet; vide Rgl. 1. pag. 16 — Hanc regulam primam recentiores interpretes germanici et bohemici (inspectis versionibus ex ipso textu hebraico confectis) nonnunquam quidem, ast non semper observant.

Hebraica *Perfecta* vertit LXX. hic loci *Aoristis:* οὐκ ἐπορεύθη — οὐκ ἔστη — οὐκ ἐκάθισεν; inde — *Latina Vulgata — Perfectis:* non *abiit*, — non *stetit*, — non *sedit*. — *Germanica biblia* (Augsburg 1477) „nit abgienge — nit ſtund — nit ſaß. — *Bohemica*: *Benátská*: ne odšel, — ne stál, — ne sedieł. — *Melantrich*[4]): „nepostoupil. — nestál, — neseděl". —

Quando autem hebraico sive *Perfecto* sive *Futuro* exprimitur actio *durans* et *repetita*, ponitur in latina, germ. et bohem. lingua *Præsens;* inde vertit Allioli (1830) post alios præcedentes: — nicht geht, nicht ſteht, nicht ſitzt; et simili modo — *Frencl* (1864): nechodí — nestojí —nesedá.

abire compositum pro simplici: „ire, ambulare" (vide Rgl. 5.; pag. 16). — *idem* verbum hebr. vertit Vulgata „ambulare" v. c. psl. 118.v. 1. & 3. „qui *ambulant* in lege Domini". „in viis eius *ambulaverunt*", etc.

in, hebr. בְּ (b') = secundum, ad; vide 3, 3. Rgl. 10. — confer: ambulare *in* lege Domini = *secundum,* vel *ad* legem Domini.

in cathedra pestilentiae = in societate irrisorum.

Voce hebraica מוֹשָׁב (mošab) designatur — sicut graeco nomine καθέδρα: 1. *sedes, sella.* 2. *consessus.*

Vulgata retinuit graecum „*cathedra*" sicut graecum „*ecclesia*" : utraque voce designari „*coetum*" docet parallelismus psl. 106, 32. „Et exaltent eum in *ecclesia* plebis (i. e. in *conventu* populi) et in *cathedra* seniorum (i. e. *in consessu* seniorum) laudent eum".

Utramque significationem exprimit Allioli vertens — hic loci: „Stuhl" — 106, 32. „Sitzung".

Chaldaicum Targum vertit „in *societate* irrisorum".

---

[1]) Die heilige Schrift von Dr. Joſ Fr. Allioli. 8. Aufl. München 1858.
[2]) Biblí česká. V Praze 1864.
[3]) Loca citantur secundum Forcellini, Lexicon totius latinitatis, Lipsiæ 1857.
[4]) Biblí česká v Praze. 5. vydání 1577.

Nomine *abstracto „pestilentia“* (All. „Peſtilenz“; Loch:[1]) „Peſt“) circumscribit Vulg. *concretum* „irrisores“: irrisio enim pietatis et religionis auditores enecare studet et enecat — instar pestilentiæ. — Inde Card. Bellarminus dicit: Sedere in cathedra pestilentiæ est — esse in *consessu* hominum pestilentium et cum eis legem Domini despicere.[2])

Hebr. vocem לֵץ (lec) — irrisor — vertit Vulgata vario modo; uti:

1. derisor (Prov. 9, 7. 8.: 14, 6.: 22, 10. All. Spötter.)

2. illusor (Prov. 13, 1.; Is. 29, 20. All. Spötter.)

3. detractor (Prov. 24, 9. — All. Verläumder) i. e. qui irrisione Deo detrahit.

4. stultus (Prov. 1, 22.) i. e. atheus (coll. psl. 13. 1. — All.: Thor.)

5. indoctus (Prov. 21, 24) i. e. stultus seu atheus (All. und Loch: Thor.)

6. pestilens (metaphorice) (Prov. 15. 12. — All.: der verdorbene Menſch. 19, 25. — All.: ein Gottloſer.)

7. pestilentia in psl. 1, 1. Denique:

8. res luxuriosa (Prov. 20, 1. — All.: macht unkeuſch. — Loch: eine ſchwelgeriſche Sache.)

v. 2. **in lege Domini voluntas eius** = in lege Domini delectatio eius = lege Domini delectatur. — **Voluntas** Vulgatæ — חֵפֶץ (chéfec) denotat h. l. = *delectatio, propensio;* — All.: Luſt; — quo sensu etiam apud latinos classicos adhibetur. Confer etiam v. c. psl. 15. 3. „mirificavit omnes *voluntates* meas in eis“ — All.: „all' meine Neigung“. — psl. 146. 10. „non in fortitudine equi *voluntatem* habebit“ (All.: Luſt.) — Malach. 1. 10. „Non est mihi *voluntas* in vobis“ (All.: Gefallen.)

In Eccles. 12, 1. vertit Vulg. eandem hebr. vocem verbo „placere“: „Non mihi placent“: sec. text. hebr. sonaret versio ad verbum: „Non est mihi delectatio (seu voluntas) in eis.“ —

Similiter denotat *velle* Vulgatæ = delectari: — *nolle* = non delectari: v. c. 111. 1 in mandatis Eius *volet* nimis (All.: er wird große Luſt haben an . . .). 39. 7.: sacrificium . . . *noluisti* = sacrificio non delectaris.

Inde *„voluntarie“* Vulgatæ idem est ac = libenter, libenti animo, gern, freudig; v. c. 53. 8.: *„voluntarie* sacrificabo Tibi“.

b) Alias denotat „voluntas“ Vulgatæ etiam — *obiectum desiderii = rem desideratam;* v. c. psl. 20. 3.: *„a voluntate* labiorum non fraudasti eum“ = *„petitionem* labiorum eius non repudiasti (All.: Verlangen; — Kralická 1579—1593: žádosf.)

meditabitur = meditatur. vide Rgl. 1. pag. 16. et dicta de Perfectis „abiit“, „stetit“, „sedit“ in v. 1.

Hebraicum *Futurum* vertit Alexandrina — *Futuro:* μελετήσει: inde habet latina Vulgata: „meditabitur“: germanica (Augsburg 1477) „wirt er betrachten;“ bohemica: Benátská et Melantrich: „přemyšlovati *bude.*“ — Allioli autem post alios præcedentes: „betrachtet“, Frencl: „přemyšluje“.

v. 3. **secus** = iuxta, apud: *secus* cum Accus. est præpositio linguæ vulgari propria: in sermone classico *non* invenitur: Confer Tob. 11. 5.: II. Macc. 4. 33.: N. T. Marc. 1. 16.: Act. 7. 57.

---

[1]) Die heiligen Schriften von Dr Valentin Loch und von Dr. Wilhelm Reiſchl; Regensburg 1851—1866 — illuſtrirte Ausgabe, Regensburg 1884—1885.

[2]) Roberti Bellarmini Card. Explanatio in Psalmos. Operum tomus VI. Venetiis 1726.

decursus aquarum = aquæ decurrentes = rivi, canales: *decursus, -us* (proprie ex collibus) adhibetur de rivis et fluviis: hic loci de canalibus. Absturz, spád: Augsburg 1477: ablauff; Melantrich: vedle *tekúcých vod.* — All. et Loch: Wasserbäche.

defluere pro languescere: consequens pro antecedente: (Schegg:[1]) nicht welken wird sein Laub. Similiter vertit Vulgata. Is. 1. 30. — Ez. 47. 12.

add. v. 4. **non sic:** in Vulg. (iuxta LXX) duplicatur propter emfasin. In *hexapla* Originis hæc repetitio *non* erat.

pulvis = palea: intelligendus est pulvis ex diminuta palea occasione triturationis, cui respondet τὸ γνοῦς in LXX: latinum „palea". Sic ponit Vulgata „pulvis" etiam 34. 5.: Is. 41. 15 ad exprimendam eandem vocem מֹץ (móc). — *Plurali* „paleæ" reddit Vulg. hebraicum תֶּבֶן (tében) i. e. stramentum. Stroh, sláma, stelivo: v. c. Gen. 24. 25. 32.: Ex. 5. 7 etc.

add. **a facie terrae:** addit. Vulg. iuxta LXX. explicandi vel ornandi causa.

v. 5. **resurgere:** compos. pro simpl. „surgere. (vide Rlg. 5., pag. 166). stare, consistere. All. et Loch: „bestehen"; Augsb. 1477. „die erſteend nit.

v. 6. **pereo** = pessum eo, perdor, finior pernicie: — *peribit* = finietur pernicie.

PSALMUS 2.

Contra Deum Deique filium frustra consurgit mundus.

Psalmus secundus est exclusive Messianus, agens de victoria Messiae regis. Populi et reges consurgunt contra Regem a Deo in monte Sione inauguratum; nil autem proficient, sed perniciem sibi creabunt; morigeri vero sub sceptro Eius erunt felices. — Etiam paraphrastes Chaldaeus — Regem hunc censet esse Messiam.

Psaltes ipse loquitur vv. 1. 2. 5. 10—13 (hebr. — 12.); loquentes inducuntur: *a)* contumaces v. 3.; *b)* Rex a Deo inauguratus — Filius Dei v. 6—9.; *c)* iuxta text. hebr. — Deus v. 6.

Auctor eius est sec. Act. Apost. 4, 24.—25. David.

Occasio exarationis erat promissio divina, quae per os Nathanis Davidi de regno aeterno obtigit. II. Sam. 7, 12.—16.; I. Par. 17, 11.—14.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania?	1. Ad quid tumultuantur gentes, et inania meditantur nationes?
2. Astiterunt reges terræ et principes convenerunt in unum adversus Dominum. et adversus Christum eius:	2. Reges terræ consurgunt et principes deliberant una contra Dominum et Unctum Eius:

[1]) Die Psalmen von Dr. Peter Schegg. 2. Aufl. München 1856.

3. Dirumpamus vincula eorum, et proiciamus a nobis iugum ipsorum.
4. Qui habitat in caelis, irridebit eos, et Dominus subsannabit eos.
5. Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos.
6. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, praedicans praeceptum eius.
7. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.
8. Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae.
9. Reges eos in virga ferrea, et tamquam vas figuli confringes eos.
10. Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.
11. Servite Domino in timore, et exsultate ei cum tremore.
12. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, et pereatis de via iusta.
13. Cum exarserit in brevi ira eius, beati omnes, qui confidunt in eo.

3. Dirumpamus vincula eorum [illegible]
4. Qui sedet in caelis, ridet, Dominus illudit eis.
5. Tandem loquitur ad eos in ira sua [illegible]
6. [illegible]
7. Promulgabo [illegible] Dominus dixit ad me: „Filius meus es Tu, ego hodie genui Te:
8. postula a me, et dabo gentes in hereditatem Tuam, et possessionem Tuam fines terrae.
9. [illegible]
10. Et nunc reges [illegible]
11. Servite Domino cum timore, et exsultate cum [illegible]
12. Osculamini Filium, ne irascatur et pereatis in via, [illegible] beati omnes, qui [illegible] in Eo!

v. 1. fremere = [illegible]
v. 2. assistere [illegible]
convenire in unum [illegible]
Christus ex graeco [illegible] = lat. Unctus.
disrumpo = [illegible]
v. 3. iugum: [illegible]

v. 4. **irrideo** = rideo; vide Reg. 5. pag. 16.

add. Vulg. ponens juxta LXX. irrideo, *addit* obiectum „eos“.

subsanno *aliquem* = sannā irrideo = illudo alicui. — *Sanna* vocatur distortio vultus, quæ fit diductis labiis, ore hiante, corrugata facie et ostentatione dentium; *subsannatio* = τὸ subsannare = irrisio 34, 16. 78, 4.

var. v. 6. **„ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion, montem sanctum eius“**, — Sec. text. hebr.: „Ipse ego constitui regem meum in Sione, monte sancto *meo*.“ —

Sec. *Vulg.* manifestat insurgentibus hoc factum historicum, *filius* Jehovæ, rex constitutus seu Unctus; — hac de causa etiam verba eius ex v. 7mo trahuntur ad v. 6^tum^. — Secundum textum hebr. autem loquitur *Jehova ipse*. Differentia est ergo tantum in *persona loquente*. — Hæc differentia explicatur:

a) ex *diversa vocalisatione* vocis „נסכתי“;

si pronuntiatur נָסַכְתִּי *(nasakti* — forma kal), denotat „constitui“;

si autem נִסַּכְתִּי *(nissakti* — f. niktal), denotat: „constitutus sum“; et

b) ex *permutatione litteræ* jod (י) cum vau (ו). Iod enim est suffixum nominale I. personæ singul., et notat pronomen *possessivum* „meus, -a, -eum“; vau autem est suffixum III. pers. masc. sing. et notat pronomen possessivum III. pers. = „eius“.[1]) — Suffixis nominatis determinantur nomina *„rex“* et *„mons sanctus“*. Literas autem י et ו facillime permutari posse, in patulo est.

v. 7. **praedico** = promulgo.

praeceptum = decretum, id quod decernitur, præcipitur;

v. 9. **reges eos in virga ferrea** = sceptro ferreo. Aff.: mit eiſernem Scepter; — Augsbg. 1477. regiere ſy in einer eisnin rut. — Benát.: „zpravovati je budeš *v* prutu železném.“

Rgl. 7. **Regula 7.** *Instrumento, quo actus fit, præponitur in hebraica lingua præpositio* בְּ (b') = *in, cum etc., sicut in german. lingua* „mit“. *In latino sermone adhibetur nudus Ablativus instrumenti sicut in bohemica nudus Instrumentalis.*

LXX. illam præpositionem serviliter reddit per „ἐν“; inde lat. Vulg. per „in“. Confer 64, 5. „replebimur *in* bonis domus tuæ“; 88, 2. „annuntiabo veritatem tuam *in* ore meo“; 118, 9. *in* custodiendo sermones tuos“ etc.

virga = sceptrum; hebraicum שֵׁבֶט (šébet) = virga, baculus, sceptrum. In psalmis Vulgata semper ponit *„virga“* loco vocis *„sceptrum“*. In aliis s. sc. libris utitur Vulgata voce „sceptrum“; v. c. Gen. 49, 10.: Non auferetur *sceptrum*.

„Sceptrum vocatur baculus, plerumque ligneus, præter alia aureis clavis ornatus, et pertinet ad insignia regis; antiqui reges sceptrum (non raro altitudinis viri) semper gestare solebant, eoque data occasione inobedientes subditos etiam ipsi percutiebant. (Ilias II. 198.) Inde patet, non
var. esse essentiale discrimen inter **„reges eos“** (Vulgatæ) et *„confringes eos“* (textus hebr.) sceptro ferreo. Habebant interpretes LXX. in codice suo verbum רָעָה (raa' — tertia radicalis „h“) = pavit, rexit, dum text. masor. exhibet radicem — רָעַע (ra'a' — cum tertia radicali „ajin“) = fregit. confregit.

[1]) Confer suffixa in lingua hungarica.

ferrea — ferrum est imago firmitatis. duritiei. —
vas figuli = vas. quale figulus formare solet. — vas fictile. figulinum. —
confringo = discutio.
v. 10. **intelligo** = intelligens. prudens sum. evado; intelligo sumitur in Vulgata etiam *in*transitive conf. 118. 99. 110.
erudimini = sinite vos erudiri = admittite disciplinam = subiicite vos.
v. 11. **in timore** = cum timore: — de hebr. בְּ (b'): vide v. 9. Rgl. 7.
v. 12. **apprehendite disciplinam** i. e. admittite disciplinam = subicite vos: hocce fiet. si osculo promiseritis ei fidem et obsequium.
Idem dicit text. masor. verbis: „*osculamini filium*“ i. e. osculo agnoscite **eum regem.** (conf. I. Sam. 10, 1.).
Aramaica vox בַּר (bar). qua poësis hebræa bina vice utitur. — (hic loci et Prov. 31. 2. „Quid. *dilecte* mi (= fili mi): quid. *dilecte* uteri mei: quid. *dilecte* votorum meorum?“) — denotat „*filium*“. Græcus LXX. derivavit eam a rad. „barar“. quæ emendationis et puritatis notionem habet: inde „bar“ „purum“ designat; vide 24, 4.; 73, 1.
Poëta sacer maluit pro consueta voce hebr. בֵּן (ben) „filius“ ponere aramaicum „*bar*“, ut evitaret kakofoniam. quia immediate sequitur בֶּן (fen). Ne ergo audiatur: „ben, fen“, posuit „*bar, fen*“.
Disciplina est syncope a *disciplina* = ordo. regula. ad quam quis instituitur. unde sæpe id. quod — obsequium. Zucht, Ordnung, Gehorsam. Hinc speciatim accipitur pro legibus et ratione vivendi. cui subiiciuntur milites Liv. 8, 7. ad fin.
Dominus — addit Vulg. iuxta LXX. add.
ne pereatis de via iusta scil. declinantes: idem est. quod text. hebr. dicit: „*ne pereatis in via*“ i. e. ne tali agendi ratione interritum vobis paretis; seu: ne deducat vos via. quam ingressi estis. in perniciem. — **via** = vivendi, agendi ratio.
iusta — addit Vulg. iuxta LXX. add.
v. 13. **cum** = hebr. כִּי (ki) græc. ὅτι. hic loci rationem indicat = „*etenim, nam*“.
in brevi = facile; hebraica voce hoc et illud designatur.
Versus 12. et 13. Vulgatæ est versus 12^mus^ in textu hebraico.

PSALMUS 3.

Oratio matutina hominis, qui patitur persecutionem.

Auctorem huius psalmi esse Davidem, docet inscriptio, quae simul occasionem indicat; hac de re vide II. Sam. cap. 15.—17.
Argumentum: Profugus ab Absalone, filio suo, conqueritur de hostium multitudine et insultatione (v. 2—3), sed mox confortatus memoria divini favoris,

quem hucusque tam saepe expertus erat, affert spem divini auxilii et victoriae de hostibus reportandae. (v. 4—7). Ad finem implorat sibi opem, populoque benedictionem divinam.

Absalonis in psalmo non fit mentio disserta, quod ex singulari Davidis erga filium amore facile explicatur. — Conf. II. Sam. 18, 5. 12. 22. . . .

Textus Vulgatæ.

1. Psalmus David, cum fugeret a facie Absalom, filii sui.
2. Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me? multi insurgunt adversum me.
3. Multi dicunt animæ meæ: Non est salus ipsi in Deo eius.
4. Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea, et exaltans caput meum.
5. Voce mea ad Dominum clamavi; et exaudivit me de monte sancto suo.
6. Ego dormivi, et soporatus sum; et exsurrexi, quia Dominus suscepit me.
7. Non timebo millia populi circumdantis me: exsurge, Domine, salvum me fac, Deus meus.
8. Quoniam Tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: dentes peccatorum contrivisti.
9. Domini est salus: et super populum tuum benedictio tua.

Versio textus hebraici.

1. Psalmus Davidis, cum fugeret Absalonem, filium suum.
2. **D**omine, quam copiosi facti sunt hostes mei!
   multi surgunt contra me!
3. Multi dicunt de me:
   „Nulla ei est salus apud Deum.“ (sela.)
4. **E**t tamen Tu, Domine, es clipeus circa me,
   gloria mea, Tu enim exaltasti caput meum!
5. Voce mea ad Dominum clamo,
   et ipse respondet mihi de monte suo sancto. (sela.)
6. **E**quidem cubitum eo et dormio,
   expergefio, quia Dominus sustentat me;
7. Non timeo myriades populi,
   qui undique ponunt castra contra me.
8. **S**urge, Domine, serva me, mi Deus!
   Tu enim contudisti maxillam omnium hostium meorum,
   Tu confregisti impiorum dentes.
9. Penes Dominum est salus certa;
   Super populum Tuum veniat benedictio Tua! (sela.)

Psalmus David = psalmus Davidis, = a Davide exaratus. — Nomina propria in lat. Vulg. rarissime declinantur. — Vox מִזְמוֹר (mizmor) „psalmus“ invenitur in inscriptione 57 carminum sacrorum.

fugere a facie alicujus est hebraismus, pro; fugere aliquem.

v. 2. **quid multiplicati sunt** = *quam* multiplicati sunt. Sicut hebr. מָה (má), ponitur et græcum τί sæpe pro ὡς; v. c. Cant. 7, 6., ubi Vulgata vertit „*quam* pulchra es“ et *quam* decora . . LXX τί ὡραιώθης καὶ τί ἡδύνθης . .

v. 3. **dicunt animae meae** = dicunt de *me*

Regula 8. *Pro simplici pronomine personali utitur sæpe lingua hebr.* Lf. 1.
nomine נַפְשִׁי *(néfeš). Vulg. „anima" cum pronomine possessivo: est ergo: anima mea = ego: anima tua = tu* etc. . . . Idem valet de voce לֵב (lebh) = cor: cor meum = ego. ut ipse Vulgata etiam vertit v. 6. 101. 5.: „pertussus sum" (ad verbum: pertussum est cor meum.)

Regula 9. *Præpositio* לְ (l) *denotat motionem. directionem et conver-* Lf. 1.
sionem ad aliquid. — Brevitatis causa nos eam — *„lamed directionis"* — nominabimus. Post verba *„dicendi"* respondet latino *„de"* (de persona vel re, ad quam spectat oratio.) Similiter post verba *„jubendi"* v. c. 90. 11., ubi etiam Vulgata vertit: „mandavit *de* te".

in Deo = **apud Deum:**

Regula 10. *Præpositio* בְּ (b) *designat proprie et primitus:* Lf. 1.

1. *commorationem in loco* — dein etiam in *tempore* et *conditione*: = „in". **c. Ablativo:**

„inter". si refertur ad *multitudinem*, in cuius *medio* res est:

„ex". **si significat *partem ex toto* exemtam:**

„intra". si refertur ad unus. quibus aliquid circumscribitur.

2. *propinquitatem et vicinitam*: *a)* in sensu *proprio* et vertitur:

ad. apud. — coram. ante. — super cum Ablat.:

ad (germ. an. bim. — *super* cum Accus. — *contra. adversus* (germ. gegen etwas an), **si *motum* ad locum notat.**

b) Metaforice s. adhibetur. respondet latinis: *juxta. secundum — sicut, more: — pro*, de pretio. praemio et permutatione: — *quod attinet ad*: — *propter*: *de*. post verba *gaudendi, audiendi, testandi, loquendi.*

3. *Societatem et instrumentum* (a vicinia notione). —

si adhibetur de *societate, auxilio* = *cum, per*: si autem de *instrumento*, — ponitur Ablativus nominis: vide 2. 9. Rgl. 7.

Omnes has significationes habet etiam graecum *„ἐν"* et fere omnes — latinum *„in"*. **ut lexica docent.**

Vulgata juxta LXX. vertit saepissime *„in"*: v. c. 18. 29. *„in* Deo meo" pro: *cum, per.* — 43. 10. „in virtutibus nostris" pro: *cum* exercitibus nostris. **(Zilioli: mit.**

Post versum 3. 5. et 9. est in textu hebr. סֶלָה (selah): voce hac versiculi illine designatur intermissio cantus. — *pausa*. ut silentibus cantoribus sola organa musica audirentur. In psalterio occurrit *71.* (septuagies et semel in Habacuci elegia *3.* (ter).

Graec. LXX. vertit post v. 3. et 5.: διάψαλμα: i. e. cantus et modorum musicorum immutatio — *cæsura*: post v. 9.: „selah" *non vertit*. In *Vulgata lat. nulla* fit eius in hoc psalmo mentio: b. Hieronym. ponit *„semper"*. — In psl. 67. 33. vertit Vulgata hebr. *„séla"*, LXX. διάψαλμα verbis *„psallite Deo"*.

v. 4. **susceptor meus** i. e. patronus. protector meus. (conf. 17. 3.) = *clipeus* **circa me.**

LXX. utitur voce ἀντιλήπτωρ, et Vulg. *„susceptor"* in II. Sam. 22. 3. *„elevator"* — ergo significatione *propria*, ubi in textu hebr. est *metaforica*: *clipeus*, locus refugii. arx. arx alta. petra. rupes.

Ἀντιλήπτωρ = defensor alicujus. propugnator.

Latinis vocatur *susceptor*: 1. qui aliquid suscipit, — conductor, redemptor. — 2. patronus, qui causam suscipit alicuius. — 3. Recentior usus loquendi *ecclesiasticus* utitur hac voce ad designandos patrinos baptizandi et confirmandi. — Nomen derivatur a — „*suscipio*“ i. e. subtus capio, aut — prehendo, subiecta manu aliave re excipio; inde suffulcio, sustineo, *metaforice*: *tueor* aliquem, causam eius ago; ich nehme mich einer Perſon oder Sache an — vzíti neb přijati v ochranu, ujati se čeho.

v. 6. **suscipio** = sustento; vide v. 4.

v. 7. **circumdo** = cingo, circumsepio. — Conf. Cic. Fam. 15, 4. — *vallo* et fossa. Liv. 4, 47. *coronā*, 6, 41. *operibus* etc.

exsurge = surge; vide Rgl. 5. pag. 16.

Primam partem v. 8^{vi} textus hebraici (= v. 8. a.) trahit Vulgata ad v. 7^{mum} vide Rgl. 6. pag. 16.

var. v. 8. **sine causa** iuxta LXX. „ματαίως“. Legit Græcus fors in cod. suo לְחִנָּם (l'chinnam) pro massoretico לֶחִי (lechi) maxilla. — Sensus minime mutatur.

v. 9. **Domini** = penes Dominum. Lamed direct. (vide 3, 3. Rgl. 9.) adhibetur etiam *de commoratione* = *apud*, *penes*, *in*, (All. bei . . .)

salus = salus *certa*. Hebr. vox munita est *articulo*, qui designat rem *certam*; hocce in contextu exprimitur id in lat. lingua addito *adjectivo*, illam certitudinem designante — „certa“.

„Penes Dominum est salus *certa*“ opponitur verbis hostium, v. 3.: „*Nulla* est ei salus apud Deum“.

PSALMUS 4.

Oratio vespertina hominis in angustiis constituti.

Auctor psalmi nominatur in inscriptione — David.

Psaltes: *a)* implorat opem Dei (v. 2.)

b) dein alloquitur hostes suos, ut cessent a conaminibus suis scelestis simulque inanibus, cum ipse habeat Deum — vindicem causae suae (v. 3—6. hebr.) —

c) Ad finem celebrat felicitatem proborum (v. 7—9. hebr.)

Verosimillime compositus est psalmus hic eodem fere tempore, quo psalmus tertius — et quidem pridie vesperi; dicit enim vates v. 9: „secure simul cubitum ibo et obdormiam“.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem in carminibus, Psalmus David.	1. Præfecto musicæ, — in fidibus. Psalmus Davidis.
2. Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ; in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei, et exaudi orationem meam.	2. Quum clamo, responde mihi Deus mi juste! Præstabas in angustiis auxilium mihi; Miserere mei et exaudi preces meas!

3. Filii hominum, usquequo gravi corde: utquid diligitis vanitatem, et quæritis mendacium?
4. Et scitote, quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.
5. Irascimini, et nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.
6. Sacrificate sacrificium justitiæ, et sperate in Domino: multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?
7. Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine: dedisti lætitiam in corde meo.
8. A fructu frumenti, vini et olei sui multiplicati sunt.
9. In pace in idipsum dormiam et requiescam,
10. quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me.

3. O viri, quousque erit dignitas mea ignominiæ? (sela.)
amatis inania — sectamini fallacia.
4. Cognoscatis tandem, Dominum sibi elegisse cultorem devotum.
Dominus audit, cum clamo ad Eum.
5. Contremiscite, et nolite peccare.
perpendite in animo in cubili vestro et desistite. (sela.)
6. Offerte sacrificia justa et sperate in Domino!
7. Multi dicunt: „Utinam attingamus salutem!
Tolle super nos illustrem vultum Tuum Domine!
8. Tu dedisti lætitiam cordi meo majorem, quam tempore, quo frumentum, et vinum eorum multiplicatur.
9. Secure simul cubitum ibo et obdormiam,
nam Tu, Domine, solus facis me secure habitare.

V. 1. **In finem.** Sic vertit Vulgata latina græcum: „εἰς τὸ τέλος“ i. e. „ad liturgiam sacram“. Græco τέλος — εος τό designatur non tantum latinum *finis* (Ende, Ziel, konec), sed etiam *perfectio* (Vollendung, nec non illud, quod consideratur tamquam ultimus finis et perfectio vitæ; — inde *sacer ordo*, imprimis ille, quo quis initiabatur ad mysteria eleusina. — dein *ipsa haec mysteria* (apud Sophocl. O. C. 1052., Eur. Med., Plat. Rep. VIII. 560. e. Anacreon) et denique *solemnitas religiosa*, *ceremoniæ religiosæ* in genere.

Interpretes Alexandrini ponentes in inscriptione sacrorum carminum „εἰς τὸ τέλος“ idem dicunt, quod latini verbis „ad liturgiam sacram“ exprimunt. —

Quum vero græco „τέλος“ designatur etiam vectigal, tributum, sumptus in genere (v. c. ἰδίοις τέλεσι = propriis sumptibus, auf eigene Kosten), et in specie illud, quod *Deo* dandum, tribuendum est; significat „τέλος“ apud græcos auctores (Æsch. Pers. 204., Soph. Ant. 143., Trach. 238., Eurip. Med. 1382., Herodot. 1, 183.) etiam — *sacrificium*, donum, quod Deo offertur. Potest ergo „εἰς τὸ τέλος“ etiam verti — „*ad sacrificium*“ seu „*ad sacri-*

ficia".[1]) Sive hoc sive illud eligatur, res manet semper eadem; sacrificia enim erant centrum liturgiæ antiqui fœderis.

Idem dicitur inscriptione textus hebraici: לַמְנַצֵּחַ (lam'nacceach): „Præfecto musicæ" vel „Præcentori" scil. tradendus est psalmus, ut traditum ad notas musicas redigat et dein cani faciat in liturgia sacra a cantoribus sibi subjectis. (Confer I. Paral. 15, 22.) Hebræis enim erat *unus* legitimus locus liturgiæ sacræ, et *unus* chorus constans inde a temporibus Davidis ex 24 classibus musicorum et cantorum; — inde *unus supremus* vel primus totius chori moderator vel præfectus; et huic præfecto necessario tradi debebant carmina sacra ad liturgiam destinata. — Inde manet sensus in substantia idem, si inscriptionem textus hebr. „Præfecto musicæ" vel „chori" (scil. tradendus est psalmus), interpretes Alexandrini vertunt „εἰς τὸ τέλος" i. e. ad liturgiam sacram.

Idem dicit etiam „*Parafrasis chaldaica*, quæ loco hebr. „lam'nacceach" habet: „l'šabbacha" i. e. „ad *psallendum*" — „ad *laudes dicendas*" — „ad *laudes canendas*" — „ad *laudandum*" (Deum) — „ad *canendum* in liturgia.[2])

Nota. Hebraica vox „lam'nacceach" invenitur in inscriptione 53 psalmorum, estque *participium* „kittel" cum præpos. ל a radice נָצַח (nacach) = vicit, prævaluit, eminuit. Hoc participium adhibetur ad designandos illos, qui præfecti sunt aliis, qui operas aliorum gubernant ac regunt; unde *præfecti* et *inspectores* operariorum sic vocantur II. Par. 2, 17. LXX. ἐργοδιώκται Vulg. „*præpositi*".

in carminibus; LXX. ἐν Ψαλμοῖς; quod respondet textui hebr. „*in fidibus*" i. e. psalmus canendus est adhibitis fidibus (begleitet mit Saitenſpiel); latina vox „carmen" ponitur poëtice etiam pro instrumentis musicis — tam *fidibus*, quam *flatilibus*.[3])

var. v. 2. **exaudivit me.** Alexandr. legit impunctatum ענני — „a'nâni" (perfectum); masoretæ autem habent; a'nêni (imperativ.) = exaudi me, seu: responde mihi. Sensus in substantia non mutatur.

Deus justitiae meae = Deus mi juste.

Rgl. II. **Regula 11.** *Loco attributorum* ***coordinatorum,*** *qualia sunt adjectiva, utitur hebr. lingua attributo* ***subordinato*** *i. e. nomine (plerumque abstracto),* quod latina Vulgata plerumque *genitivo* exprimit. Est ergo: Deus justitiæ = Deus *justus;* sacrificium justitiæ = sacrificium *justum* (4, 6); vertex capilli = vertex *capillatus* (67, 22).

Alias etiam nomen (plerumque abstractum) attributo subordinato munitum per *adjectivum* vertendum est; v. c. *spiritus* procellarum = *spirantes* procellæ. (10, 7); *meditatio* cordis mei = *meditans* cor meum (49, 4); *lumen* vultus tui = *lucidus*, illustris, gratiosus vultus tuus (4, 7).

Nomen cum attributo suo, sive sit coordinatum, sive subordinatum, constituit conceptum *unum* — *compositum.* Si ad talem conceptum compositum accedit attributum, pertinet hoc *ad totum conceptum* h. l. ergo: *Deus*

---

1) Ceteras notiones græci τέλος hic indicare non juvat. Vide Handwörterbuch der griech. Sprache von Franz Paſſow, neu bearbeitet von Dr Val. Roſt, Dr. Palm ꝛc. 5. Aufl. Leipzig 1857. — Griechiſch-deutſches Handwörterbuch von Dr. W. Pappe, Braunſchweig. 1849. 2. Aufl.

2) Vide Parafrasin chald. missis innumeris locis aliis: 27, 6. (Vulg. 26, 6.) 21, 14. (Vulg 20, 14.) 104, 33. (Vulg. 103, 33.) 7, 18. 9, 3. 12.

3) Vide: Václ. Vojáček, slovník latinsko-česko-německý. V Praze 1870.

mi juste. (Confer 3, 5. de monte sancto suo; 42, 3. in montem sanctum suum, ut Vulg. recte vertit.)

dilato alicui scil. spatium angustum, in quo versatur = latum facio ei spatium (mache ihm Raum, uvolňuji jemu) = præsto ei auxilium. Hebr. רָחַב (rachab) = amplus, spatiosus fuit; in f. hiktil: latum spatium fecit alicui in angusto versanti, i. e. ex angustiis eum liberavit, — auxilium ei præstitit. — *amplum, latum* opponitur *angusto*; sic etiam „dilatare" = latum facere, verbis — „coarctare, angustare".

v. 3. **usquequo gravi corde** (Psalterium *Rom.* et alii „graves cor- var.
de") scil. eritis, i. e. quousque duro, obfirmato, infesto in me pergetis animo? Qui ita agunt, irreverenter, ignominiose tractant regiam dignitatem, et huncce *effectum* exprimit textus hebr., dicens: *quousque erit dignitas mea ignominiæ?* — Vulgata ponit causam pro effectu.

Latinum „gravis" sensu malo in universum dicitur pro: „durus, infestus" — Lectio varians explicatur hoc modo:

Alexandrinus legit: כִּבְדִי לֵב לַמָּה (kibdê leb lammá.)

loco masoretici: כְּבֹדִי לִכְלִמָּה (k'bodi liklimmá);

כ secundæ vocis permutatum est cum ב [1])

utquid = cur.

v. 4. **mirificavit sanctum suum** = elegit sibi cultorem devotum; *„mirifico"* = mirando modo seligo.

sanctus = pius Dei cultor; hebr. חָסִיד (chasid) = 1. benignus. — 2. de Deo = misericors, gratiosus. — 3. pius erga Deum = pius Dei cultor = „sanctus" Vulgatæ.

Hebr. פָּלָה (falâ) = distinctus, admirabilis factus est: in f. hiktil = distinxit, selegit, illustrem fecit. Ut historia docet, *selegit* sibi Deus *modo mirando* Davidem, ut sit Sauli successor, seu, ut Vulg. dicit *„mirificavit"*, b. Hieron. „mirabilem reddidit Dominus sanctum suum". Utrumque conjungit *Syrus*: „segregavit sibi Dominus electum mirabiliter".

v. 5. **irascimini** scil. malo operi vestro; tali iræ seu abominationi peccati *præcedit* tremor ex agnitione peccati ortus; et hocce exprimit text. hebr.: *„contremiscite"*. Vulgata ponit *subsequens* pro antecedente.

compungimini i. e. contristemini respectu eorum, quæ hoc tempore adhuc in corde nutritis, in cubili vestro. — *Compungi* pro „pœnitere", invenitur apud Sulp. Sever. Dial. 3, 13. — Quem malefactorum pœnitet, eo ipso ab inceptis desistet, ut textus hebr. dicit: *desistite.* — B. Hieron: *tacete.* Vulgata ponit *causam* pro effectu.

v. 6. **sacrificium justitiae** = sacrificia justa; vide v. 2. Rgl. 11. Ad v. 6^{tum} trahit Vulgata I. hemistichium v. 7^{mi} text. hebr.; vide Rgl. 6. pag. 16.

quis ostendit nobis bona? = Utinam attingamus salutem! *Ostendo alicui bonum* = videre, experiri facio aliquem — bonum, salutem.

Regula 12. *Hebraica lingua nostrum optativum sæpe interrogatione* Rgl. 12.
exprimit.

---

[1]) Dr Laur. Reinke: Kurze Zusammenstellung aller Abweichungen vom hebräischen Texte. Gießen 1858.

lumen vultus tui = illustrem, gratiosum vultum tuum — vide v. 2. Rgl. 11.

v. 7. **signatum est**; (LXX. ἐσημειώθη) constructio prægnans pro: ut signum vel vexillum (σημεῖον — Herod. att. Pr.[1]) elevatum est. — Vulgata rem tamquam *perfectam* sistit, dum text hebr. id optat: „Tolle super nos!“

v. 8. **dedisti laetitiam in corde meo a fructu frumenti vini et olei sui multiplicati sunt.** = Tu dedisti lætitiam cordi meo *majorem*, quam iis (= hostibus) tempore, quo frumentum et vinum eorum multiplicatum est.

Rgl. 13. **Regula 13.** *Comparativus in hebr. lingua exprimitur præpositione* מִן *(min) = a, ab, e, ex, de . . ., quæ præponitur nomini, quocum comparatio instituitur.*

Vulgata latina reddit illud „min“ vel præpositionibus:

a) a, ab: v. c. sublimius solium ejus *a* solio domini mei (III. Reg. 1, 37). *a* mari abundavit cogitatio ejus, et consilium ejus *ab* abysso magna. — All.: reicher als das Meer, tiefer als der Abgrund. Eccli. 24, 39. — conf. etiam Is. 56, 5. Ex. 16, 52. II. Cor. 11, 5.

b) præ, super: v. c. 44, 3 speciosus forma *præ* filiis hominum. — 18, 11. dulciora *super* mel et favum. — 118, 72. Bonum mihi lex oris Tui *super millia . . .* pro: *Melius* bonum est mihi lex oris Tui *quam* millia . . .

c) modo græco per genitivum (rarius). v. c. 34, 10. eripiens inopem de manu fortiorum *eius* (pro: fortiorum *eo.*) All.: die ſtärker ſind als er. — 89, 10. et amplius *eorum*. All.: und was darüber noch.

Res, cum qua comparatio instituitur, exprimitur nonnunquam *per totam sententiam*, ut hic loci, cujus sensus est: Dedisti lætitiam cordi meo *majorem*, *quam* iis (= hostibus) esse solet tempore, quo frumentum et vinum eorum multiplicatur: *dedisti lætitiam — a* = dedisti lætitiam — *majorem, quam . . .*

Confer 117, 8.: Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine — pro: *Melius* est confidere . . . All.: Es iſt beſſer . . ., als . .

Ad v. 7^mum^ trahit Vulgata I. partem v. 8^vi^ text. hebr.: vide Rgl. 6.

v. 8. **a fructu**. Psalterium Romanum et alii rectius habent: „a tempore“. Per errorem scribæ habuit Vulgatus in codice LXX. „καιροῦ“ pro „καιρου“. Loco „ι“ scripsit scriba „π“.

add. **olei** addit Vulg. juxta LXX. Quando de ubertate Palestinæ sermo est, memoratur sæpius etiam *oleum*; hac de causa adjunxit librarius quidem in margine textus „καὶ ἐλαίου“.

v. 9. **in pace** = secure, tranquille, pacifice. Hebr. שָׁלוֹם (šalom) = integritas, incolumitas, salus, pax, securitas, tranquillitas, concordia, amicitia.

Rgl. 14. **Regula 14.** *Hebraica lingua circumscribit adjectiva et adverbia nomine, cui præfigitur præpositio* בְּ (b'), *quam fere semper vertit Vulgata per „in“.* Est ergo: *in pace* = pacifice, tranquille, secure.

Confer 6, 6. non est *in* morte = non est mortuus. 28, 4. Vox Domini *in* virtute = potens, ingens . . . (Loch: iſt gewaltig.); *in* magnificentia = magnifica — 32, 4. omnia opera Ejus *in fide* = sunt fidelia. 76, 14. *in sancto* via tua = sancta est via tua. All.: Dein Weg iſt heilig., 25, 1 *in*

[1]) Dr. Karl Schenkl: Griechiſch-deutſches Schulwörterbuch. Wien 1867.

*in*nocentia mea ingressus sum = integre; — Confer latinum: res est *in dubio* = res est dubia.

in idipsum = simul (b. Hieron.). —

Voce „*in idipsum*" vertit Vulgata græcum „ἐπὶ το αὐτό"; — hebraicum „*jachdav*" (— ter: 4, 9. 33, 4. 121, 3. —) et hebr. „*jachad*" (etiam — ter: 40, 8. 61. 10. 73, 6.)

Vox יַחַד (jachad) denotat „unitio, conjunctio", „simul" et „jachdav" significat = „conjuncti illi, simul illi", „una", „uno tempore, simul".

Hac voce „in idipsum" indicatur „*unitio*" vel *localis* = *simul* vel *temporalis* = *statim*, *illico*. — Confer Act. 2, 47., ubi Allioli vertit „zugleich". I. Cor. 7, 5., ubi All. ponit „zuſammen".

In aliis Psalterii locis vertit Vulgata græcum „ἐπὶ τὸ αὐτό" (hebr. jachdav) „*in semetipsa*" (20, 10) — „*simul*" (36, 38. 54, 15. 82, 6.) — „*in unum*" (47, 5. 70, 10. 101, 23.); — (hebr. jachad) — „*simul*" (73, 8.) — „*in unum*" (2, 2. 132, 1.) — Ceterum vertit LXX. hebr. „*jachdav et jachad*" — „ἅμα" Vulg. „simul" (13, 3. 52, 4. 34, 26. 88, 18.).

Ab illo „*in idipsum*" sollicite distinguendum est „*idipsum*" Vulgatæ; hac enim voce vertit græcum (LXX.) „τὸ αὐτό", et significat = *idem*, *eadem*, *idem*; v. c. III. Regum 18, 34; Levit. 5, 4; confer etiam Test. N. Mat. 27., 44; Rom. 12, 16; Philip. 4, 2; Hebr. 4, 11. etc.

Versus 10^{mus} Vulgatæ est II. et III. pars v. 9^{ni} text. hebraici.

v. 10. **singulariter** = solus; LXX. κατὰ μόνας. — *Singularis* = unus, solus, unicus, sine sociis, confer in grammatica: „numerus *singularis*."

Quæ sola, unica sunt, sunt rara, præstantia, eximia; unde *derivata* significatio = præstans, eximius etc. Idem valet de adverbio: *singulariter*", — conf. 140, 10: „singulariter sum ego" All.: ich bleibe allein. — 79, 14. „*singularis* ferus": All.: ein einſames Wild. Marc. 4, 10. „Et cum esset Iesus *singularis*". All.: „Und als er allein war".

Hebr. בָּדָד (badad) = „*separatio*", ponitur vel nudum. vel cum lamed directionis, ut hic loci, ad exprimendum nostrum: *solus*, allein, sám.

in spe = secure, tuto, fidenter, animo confidenti.

Latinum „spes", ἐλπὶς, sensu *latissimo* dicitur de incertis rerum futurarum eventis, sive *bonis*, sive *malis*, quæ exspectantur.

Sensu *strictiori* adhibetur de exspectatione *boni* et denotat idem, quod *fiducia*, cui opponitur *metus* = exspectatio mali. In hebr. est בֶּטַח (bêtach) = *fiducia*; ponitur autem vox hæc vel nuda, vel cum lamed directionis, ut h. l. ad exprimendum adverbium — *fidenter*, *tuto*, *secure*, quod etiam Vulg. in aliis libris sic vertit; v. c. I. Sam. 12, 11. „confidenter". Lev. 25, 18; 26, 5 „nullius impetum formidantes".

constituo — compositum pro simplici *statuo* = *colloco* = facio stare, habitare.

Idem verbum hebr. vertit Vulgata: 67, 7: inhabitare facit; 112, 9: habitare facit. 112, 8: collocare.

His præmissis patet, verbis *Vulgatæ*: „Quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me", nil aliud dici nisi: „*nam tu, Domine, solus facis me secure habitare*".

Nota. Hebraicum „sela" (vide 3, 3) post v. 3. et 5. lat. Vulg. non vertit. Alexandrinus habet: „διάψαλμα" — b. Hieron. „semper".

PSALMUS 5.

Oratio matutina in via ad templum Domini.

Auctor psalmi est, ut docet inscriptio, — David.

Tempus: Composuit eum verosimiliter, quum caeso Absalone redux prima vice adesset sacrificio matutino (conf. v. 8.)

Argumentum: Psaltes precatur Deum, ut sibi auxilium praestet ab hostibus mendacibus et sanguinariis, — spemque concipit, fore, ut Jehova precibus cultoris sui annuat, quod Ipse, — sanctissimus, impiis eorum conatibus non possit favere.

Nota: Sunt, qui psalmum hunc viro recentioris aevi tribuere volunt, ducti imprimis eo, quod in v. 8. „templum“ (Vulg.) memoratur. — His respondendum est: Hebraica vox חֵיכָל (hékal) denotat aedificium amplum et magnum, — palatium, et etiam aedem Deo sacram. Hac voce nominatur ante tempus Salomonicum „tabernaculum sanctum“ v. c. I. Sam. 1, 9. „Heli . . . sedente . ante postes templi Domini“; 3, 3. „Samuel dormiebat in templo Domini“ (Vulg.); — tempore Salomonico et serius — templum Ierosolymitanum. — Tam hoc — quam illud erat palatium Iehovae regis.

Latina voce templum designabatur antiquis:

1. locus, qui ab omni parte aspici vel ex quo omnis pars videri potest;
2. in specie locus apertus ab augure lituo finitus et consecratus;
3. dein etiam locus septus et tectus, cuiusmodi erat etiam locus, in quo senatus habebatur; nam in loco per augures consecrato senatum haberi necesse erat, alioquin senatus consulta non erant iusta; inde nominat Cicero (Dom. 51.) curiam sedem et templum publici consilii, et Livius adhibet vocem „templum“ de curia (I. 30. et 26, 31. et ibidem 33.) nec non de asylo (2, 1.)
4. Aedes, quae diis consecratae fuerunt — ex qualicunque materia exstructae. — Alias vocis „templum“ notiones adducere hic loci superfluum est.

Ex dictis facile explicatur, cur latina Vulgata vertit hebraicas voces — קֹדֶשׁ (kodeš) i. e. „sanctuarium“, vel: „templum“ (Ex. 30, 3.) vel „sanctuarium“ (Ex. 30. 24. 38, 24) — בֵּית יְהוָה (bét I'hova) i. e. „domus Domini“, vel — „templum Domini“ (I. Sam. 1, 7.) vel „domus Domini“; (v. c. Deut. 23. 18. hebr. 19.) et מָעוֹן (ma'on) i. e. „domicilium“, vertit — vel „templum“ (I. Sam. 2, 29. 32.) vel „habitaculum“ (v. c. II. Par. 30, 27.) vel „locus“ (v. c. psl. 67, 6.)

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem pro ea, quae hereditatem consequitur, Psalmus David.	1. Præfecto musicæ; — in flatilibus; Psalmus Davidis.
2. Verba mea auribus percipe, Domine, intellige clamorem meum.	2. Verba mea ausculta, Domine, attende ad sollicitudinem meam!

3. Intende voci orationis meæ, rex meus et Deus meus.
4. Quoniam ad te orabo: Domine, mane exaudies vocem meam.
5. Mane astabo tibi, et videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.
6. Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.
7. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus:

8. ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

9. Domine, deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam,
10. quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

11. Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: iudica illos Deus.
Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritaverunt te, Domine.

12. Et lætentur omnes, qui sperant in te, in æternum exultabunt: et habitabis in eis.

3. Attende ad me clamantem, rex et Deus mi,
ad Te enim precor!
4. Domine, mane audias vocem meam,
mane Tibi id propono et expecto.
5. **T**u enim non es deus, qui amat improbitatem,
apud te non habitat impius;
6. Coram oculis Tuis non consistent superbi,
odisti omnes maleficos.
7. Perdes eos, qui loquuntur mendacium;
sanguinolentum et fraudulentum abominatur Dominus.

8. **E**go autem propter magnitudinem gratiæ Tuæ possum ingredi domum Tuam,
possum me prosternere ad sanctum palatium Tuum in timore Tui.
9. Domine deduc me in iustitia Tua propter insidiatores meos,
complana coram me viam Tuam!

10. Nam nihil sinceri est in ore eius,
intimum eorum est mera pernicies,
sepulchrum hians est guttur eorum,
linguis suis blandiuntur.
11. **C**ondemna eos, o Deus, cadant propter consilia sua,
detrude eos ob scelera eorum multa;
Tibi enim resistunt!

12. Et lætabuntur omnes, qui Tibi confidunt,
exultabunt in æternum; — eos ergo tuere,

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum,	ut exultent de Te, qui diligunt nomen Tuum.
13. quoniam tu benedices iusto. Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.	13. Tu enim fortunas iustum, o Domine, tamquam scuto circumdas eum — gratiâ.

In finem = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.

var. **pro ea, quae hereditatem consequitur** i. e. pro gente Israëlitica. Sic vertit latina Vulgata iuxta LXX. — Græcus LXX. legit sine dubio: נְחַלוֹת *(n'chalot)* a radice „nachal" — „hereditatem accepit", — dum textus masoret. habet:
נְחִילוֹת *(n'chilot)* a radice חָלַל *(chalal)* „perforavit", quo nomine instrumenta musica, „*flatilia*", probabiliter „*tibiæ*" indicantur, ut Chaldæus quoque vertit. — Instrumento musico præmittitur præpositio אֶל (el) non עַל (al), simili modo, quo Latini dicunt: „canere *ad* tibiam".

v. 2. **intelligo aliquid** = attendo ad aliquid. — Ill.: „merke auf . ." Vulgata utitur verbo „intelligere" etiam ad exprimendum — *attendere ad aliquid, observare* aliquid; v. c.

Mrc. 13, 14. Qui legit. *intelligat* = attendat ad illud (Ill.: der merke darauf.)

Mat. 13, 19. Qui audit verbum regni et non *intelligit* = non observat.

clamor, (b. Hieron. „murmur") hebr. sollicitudo; effectus pro causa.

v. 3. **intendo alicui** scil. *animum*, vel *oculos*, vel *aures* — anſehen, — achten auf . . . = attendo *ad* . . . (b. Hieron. adverto ad), attendo, intueor, adspicio, audio. — Sic pluries adhibetur, v. c.: 60, 2. *intende* orationi meæ. — Ill.: Habe acht auf . . Eccsi. 42. 12. Omni homini noli *intendere* (Ill.: Schau auf . . .)

Etiam *intendo in aliquid*, v. c. II. Cor. 3, 7.: ut non possent intendere filii Israël *in* faciem Moysi. — Ill.: ſchauen. — Iac. 2, 3. Si intenditis *in* eum, qui indutus est veste præclara. — Ill.: . . . ihr ſehet auf den . . .

Intendo *aliquid* = attendo aliquid: v. c. psl. 16, 1.: intende deprecationem meam. (Loch: achte auf mein Flehen.)

Intendo *ad* aliquid v. c. 141, 7. intende *ad* deprecationem meam. (Loch: o horch auf mein Gebet.)

Insuper denotat „*intendo*" sc. iter, idem ac *progredior*, ich breche auf; — v. c. 44, 5. intende = progredere. — Hac significatione etiam Sallustius Iug. 102. 1. verbo isto utitur: Pervenit in oppidum Cirtam, quo initio *intenderat*. — Idem denotat intendo *in* aliquid, v. c. 69, 2. „Deus *in* adiutorium meum *intende*", ut patet ex membro parallelo: „ad adiuvandum me *festina!*"

Deus meus = Deus mi. Vulg. II. hemestichium versus III., IV. et V. ad versum IV., V. et VI^tum^ trahit (vide Rgl. 6. pag. 16.).

v. 5. **asto tibi** = præsens sto = stans propono tibi (rem meam) = propono.

v. 7. **vir sanguinum** = sanguinolentus, sanguinarius.

Rgl. 15. **Regula 15.** *Hebræi nostrum adiectivum sæpe circumscribunt vocibus*: „*vir*", „*femina*", *filius*" „*filia*", „*dominus*", „*domina*" *et attributo subordi-*

nato, quod Vulgata lat. plerumque, ast non semper, *genitivo* exprimit, v. c. 38, 23.: „filius iniquitatis“ = iniquus, impius.

E contra — vertit Vulgata iuxta *sensum*: v. c.: „*eloquens*“ Ex. 4, 10. ad verbum esset: vir sermonum.); „*homo senex*“, Deut. 32, 26. (vir canitici); „*nobilis*“ (= ingenuus) Eccl. 10, 17. — „*somniator*“ Gen. 37, 19. (ad verbum = dominus seu possessor somniorum) etc.

Nota. „nobilis“ (= ingenuus) Eccl. 10, 17. sonaret ad verbum: filius nobilium, ingenuorum, ut minus apte vertit Kralická: „syn (lidí) šlechetných“: non enim est quivis filius ingenuorum parentum etiam ipse ingenuus, ex. gr. filii Samuelis I. Sam. 8, 3., Absalon, filius Davidis II. Sam. 15. etc.

v. 8. **in multitudine** = *propter magnitudinem*, vide 3, 3. Rgl. 10.

in = propter, ob; etiam apud classicos. — Confer. v. c.: Nep. Att. extr. „Cavit, ne qua *in* re iure plecteretur.“ Timol. 4. „Se *in* ea re maximas diis gratias agere“.

multitudo = *magnitudo*; utraque vox eodem nomine hebr. exprimitur.

misericordia (species) = gratia (genus). —

Hebr. חֶסֶד (chêsed) denotat „studium“ et quidem in partem *bonam* = amor, benignitas, benevolentia; — *Dei* erga *homines* = gratia, favor. — Vulgata plerumque vertit „*misericordia*“; hæc autem est species gratiæ.

introibo . . adorabo = possum ingredi . . possum adorare, seu me prosternere. —

Regula 16. *Hebraico futuro exprimitur etiam sic dictus* „***potentialis***“: *inde*; *introibo* = *introire possum*, *licet mihi ingredi* . . . ich kann, ich darf . . confer 9, 15. „ut anuntiem“ = ut valeam enarrare. Rgl. 16.

in timore tuo pro: in timore Tui. —

Regula 17. *Suffixum hebr., quod in sermone latino redditur pronomine possessivo, non denotat semper* ***subiectum*** *actionis, sed etiam nonnunquam* ***obiectum.*** Rgl. 17.

Timor tuus = tu times; tu es *subiectum* timoris.

Timor tui = tu timeris; tu es *obiectum* timoris, reverentiæ; v. c. psl. 63, 1. „*a timore* inimici eripe animam meam“ (= inimicus timetur) = *ab hoste terribili* defendas vitam meam.

v. 9. **dirige in conspectu tuo viam meam**; sec. hebr. Complana coram *me* viam ***Tuam*** = viam, quæ ducit ad Te. — var.

Varia lectio exorta est permutatis suffixis II. et I. personæ;

Alexdr. legit לְפָנֶיךָ דַּרְכִּי (l'fanêka darki)

pro masoretico לְפָנַי דַּרְכֶּךָ (l'fanaj darkêka). —

Sensus manet idem, qui est: „Domine, fac, ut secundum legem Tuam ambulem!“ De notione verbi „dirigere“ vide 7, 10.

v. 10. **vanum est** = mera pernicies est = perniciosissimum est. — In 54, 12. vertit Vulgata eandem vocem hebraicam: „iniustitia“. —

Hebr. הַוָּה (havvâ) = ruina, casus; in plurali, ut hic loci, ubique = casus adversi, calamitates, pernicies mera = nil, nisi pernicies. *Numero enim plurali* exprimitur vel *superlativus*, vel pernicies *omnis generis*.

Vulgata utitur nomine „*vanitas*“ et adiectivo „*vanus, -a, -um*“ ad designandum malum in genere, — mendacitatem, fallaciam, calumniam et similia in specie, nec non perniciem iis causatam. —

Rgl. 18. **Regula 18.** *Nomina abstracta serviunt Hebræis ad exprimenda adiectiva et adverbia; plurali designatur plerumque superlativus.*

v. 11. Vulgata (non LXX.) trahit alterum hemistichium versus 10^mi textus hebraici ad versum 11^mum vide Rgl. 6. pag. 16.

iudica illos = condemna eos. Vulgata utitur generica voce „iudicare" ad denotandum quemque actum officii iudicalis, ergo etiam tum, ubi ponendum est *„damnare, punire sontem;* vel *tueri ius alicuius*, maxime miseri, oppressi, orphani; v. c. 10, 18.,: iudicare pupillo et humili; All.: Recht ſchaffen.

Vulgata construit *„iudicare"*, si ei hæc ultima significatio competit, cum *dativo* plerumque, ast non semper: v. c. psl. 25, 1.: 42. 1. „iudica *me"* = age causam meam. tuere me. (All.: „Schaffe mir Recht.")

Quia autem iudicis officium exercebat etiam rex. est *iudicare* etiam = *regere*, v. c. 2, 10.: „erudimini, qui *iudicatis* terram".

Hic loci est in hebr. אָשַׁם, אָשֵׁם (ašam v. ašem) = culpam contraxit; in forma hiktil = pœnas sumpsit ab aliis; huic synonymum est רָשַׁע (raša') = reus, iniustus fuit: hiktil = iniustum. reum declaravit = *condemnavit*, quod *etiam Vulgata* habet in psl. 93. 21. — „Sanguinem innocentem *condemnabant"*; 108, 7. „exeat *condemnatus"*.

decidant a cogitiatonibus suis = cadant propter consilia sua. **Decido** pro simplici „cado"; vide Rgl. 5.

Rgl. 19. **Regula 19.** *Præpositio* מִן *(min) respondet latino a, ab, e, ex; ubi vero indigitatur ratio, propter quam aliquid fit, significat „propter".* Confer latinum: *„ab* ira graviorem ediderunt cædem" — Liv. 29, 4.; odio — ibid. 6, 4.; desperatione, ibid. 3. et alia. — Cic. Att. 9, 8. „scribere *ab* singulari amore" etc.

Sic vertit etiam Vulgata: v. c. Is. 53, 5.: *propter* iniquitates nostras: Cant. 3, 8.: *propter* timores nocturnos etc.

irrito te = resisto tibi. — Vulgata utitur voce „irritator" ad designandum rebellem; v. c. Ez. 2, 7. „quoniam irritatores sunt" Loch: Denn Widerſpenſtige ſind ſie. 24, 3. „dices ad domum irritatricem". All.: zu dem widerſpenſtigen Hauſe.

Inde explicatur verbum „irritare", quo hic loci exprimitur hebr. מָרָה (marâ) = contumax, rebellis fuit.

In psl. 106, 11. „consilium Altissimi irritaverunt", denotat „irritare" idem ac spernere (hebr. נָעַץ (naa'c) i. e. irritum facere, utique in affectu tantum, non in effectu. (All.: verwarfen.)

add. **Domine** addit. Vulg. i. LXX.

v. 12. **et habitabis in eis** = habitare inter eos; *in* = inter, vide Rgl. 10, 1. — *In* = inter. etiam apud classicos, v. c. Cæsar Bell. Civ. 1, 61.: „Cæsaris autem *in* barbaris erat nomen obscurius". — Cic. Fl. 19. „esse *in* carissimis civibus" etc. — Sensus est: Velis ergo inter eos habitare, — tamquam protector, defensor eorum. —

et est coniunctio universalis = *ergo;* vide Rgl. 3. pag. 16.

habitabis = habita; velis, digneris habitare; — Futuro hebr. uti et latino exprimitur etiam *imperativus* vel *optativus.*

v. 12. **et gloriabuntur in te** = ut exultent *de* Te. — Objectum lætitiæ, exultationis, construitur in hebraico præpositionibus בְּ (b') (Vulg. „in“ vide psl. 3, 3. Rgl. 10. 1): עַל (al) vel לְ (l'). —

et = ut, vide Rgl. 3. —

gloriari = gloriā et prædicatione efferre se, idem est, ac exultare. Vocem „**omnes**“, quod Vulg. iuxta LXX. addit, pluralis „*qui diligunt*“, in se comprehendit. add.

v. 13. **ut scuto bonae voluntatis Tuae coronasti nos** (*scil. iustos*) = tamquam scuto circumdas *eum* sc. iustum, gratia. var.

corono = cingo, circumdo, etiam apud classicos, v. c. Virgil. A. , 380.; — Mart. 12, 18. etc.

Scutum, quo Deus circumdat hominem, est gratia, seu bona voluntas, benevolentia. — S. Hieron. „placabilitas“. — Vulgata nominat *gratiam*, qua Deus iustum tamquam scuto circumdat. — „*scutum bonae voluntatis*“ seu benevolentiæ. — *scutum gratiæ*, ita ut sensus maneat idem. —

Permutatio I. et III. personæ: Vulg.: „*nos*“, text. hebr. „*eum*“. item numeri *pluralis* cum *singulari collectivo* sæpe occurrit, quin sensus mutetur. — Solummodo ex *contextu* cognoscitur, utrum hebraicum נוּ (enu) vertendum sit III. persona sing. masc. an vero I. pluralis.

PSALMUS 6. (I. poenitentialis.)

Miserere mei Domine!

Auctorem nominat inscriptio — Davidem.

Argumentum. Psaltes versans in summo rerum discrimine ob insectationes adversariorum, implorat misericordiam Dei, qua opus est culpae consciis, et vitam sibi conservari petit. (v. 2—8.) — Firmissima dein auxilii divini spe animatus, hostes suos discedere iubet (v. 9—11.).

Occasio — accurate indicari nequit: absque dubio debet psalmus hic originem suam, quum permulti hostes iam de imminente Davidis exitio laetarentur.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem in carminibus. Psalmus David, pro octava.	1. Præfecto musicæ —: in fidibus —: pro octava. Psalmus Davidis.
2. Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.	2. Domine, noli me in ira Tua punire, nec in furore Tuo me castigare!
3. Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.	3. Miserere mei, Domine, nam tabesco; sana me, Domine, contremiscunt enim ossa mea.

4. Et anima mea turbata est valde: sed tu, Domine, usquequo?
5. Convertere, Domine, et eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam,
6. quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
7. Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.
8. Turbatus est a furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.
9. Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem, quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.
10. Exaudivit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.
11. Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur et erubescant valde velociter.

4. Anima quoque mea perculsa est nimis;
et Tu, Domine, quousque?
5. **C**onvertere, quæso, Domine, libera animam meam,
salva me pro benignitate Tua;
6. Mortuus enim non celebrat Te,
in orco quis Te laudet?

7. Fessus sum gemendo,
omni nocte madefacio lectum meum,
lacrimis meis irrigo stratum meum.

8. Tabescit mœrore oculus meus,
senescit ob permultos persecutores meos.
9. **R**ecedite a me omnes malefici,
audit enim Dominus vocem fletus mei!

10. Audit Dominus gemitum meum,
Dominus precationem meam admittit.
11. Pudore afficientur et graviter percellentur omnes hostes mei,
de novo repente afficiantur pudore!

v. 1. **In finem** = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
in carminibus = in fidibus; vide psl. 4, 1.

pro octava; hebr. vox שְׁמִינִית (š'minit) instrumento pulsatili adiecta, denotat verosimile *fidium singularem formam* — idoneam ad certos tonorum modos ac numeros proferendos. —

v. 2. **ne arguas . . . neque corripias me** scil. ulterius, amplius. *arguere*, scil. facto, pœnis, ut ex contextu patet: = punire; idem 37, 2 . . Ull.: ſtrafen. — In Prov. 3, 12. idem verbum Vulgata vertit: = corripere; Ull.: züchtigen.

v. 5. **misericordia** = benignitas, gratia; vide psl. 5, 8.

v. 6. **non est in morte** = non est mortuus = est vivens; vide 4, 9. Rgl. 14.

memor est tui = celebrat te. — Secundum Vulgatam dicitur: „non est mortuus, qui celebrat te", seu omisso relativo: „Non mortuus (= vivus tantum) celebrat Te!" *in idem* redit textus hebr.: „mortuus non celebrat te!" — Infernum enim cogitabant sibi Hebræi tamquam locum, ubi omnia

silent, omnia conticescunt. — Confer 113, 17. 18. „Non mortui laudabunt te, Domine, sed nos, qui vivimus, benedicimus Domino."

confiteor tibi = laudo te. — Vide etiam 43, 9. Confitebimur *in* nomine tuo = celebrabimus nomen tuum. Hebr. יָדָה (jadâ) denotat:

1. professus, confessus est. —

2. gratias egit, laudavit, celebravit, quandoquidem agnitionem beneficii facile sequitur gratiarum actio et beneficiorum celebratio. —

Vulgata fere stereotype *in psalmis* utitur verbo „*confiteri*" loco „laudare, celebrare" v. c. psl. 110, 1.; 117, 1.; 118, 7. — Etiam in aliis libris, ast non *semper;* v. c. Gen. 29, 35.: „modo *confitebor* Domino." — All.: „nun will ich den Herrn preiſen". — *ast* Gen. 49, 8.: „Iuda, te *laudabunt* fratres tui." — Inde

„confessio" Vulgatæ = *laus, gratiarum actio, gloria* — (obiectum laudis), — *maiestas.* — v. c.

Ezdr. 3, 11. „concinnebant in hymnis et *confessione* Domino". All.: Loblieder und Danklieder. — 94, 2.: Præcupemus faciem eius *in confessione* = veniamus ante faciem Eius cum gratiarum actione. — 110, 3. *Confessio* et magnificentia opus eius = *gloriosa* et magnifica est agendi ratio eius. — 148, 14.: *Confessio* eius super cœlum = *maiestas* eius est super cœlum.

103, 1. *Confessionem* et decorem induisti = indutus es *gloria* et maiestate. — Confer etiam N. T. Mat. 11, 25.: „*Confiteor*, tibi, Pater"; All.: ich preiſe dich.

v. 7. **laboravi in gemitu meo** = fessus sum gemendo. — **laboro** = defatigor, fessus sum; All.: ſich abmühen. — **in** instrumentale; vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

v. 8. **turbatus est** = tabescit; b. Hieron. „caligavit"; All.: „iſt verdunkelt". — *turbari* denotat in lingua rustica = ægrotus esse = mit dem Tode ringen, im Sterben liegen. —

v. c. Gen. 48, 1. vertit Vulgata: „quod ægrotaret pater tuus". — *Itala* habet: „pater tuus *turbatur.*" — *S. Augustinus* explicat (Locut. 198. d. Genes.): „*turbatur*" dici solet de iis, qui afflictione corporis morte propinquante iactantur".[1]) Hebr. עָשַׁשׁ (ášaš) = concidit, collapsus est, — adhibetur:

1. *de vestibus* usu et tinearum morsu collabentibus.

2. *de oculo et corpore* curis confecto et tabescente. — All. vertit hic loci „iſt verdunkelt"; 30, 10. („conturbatus") iſt betrübet . . . Loch hic loci: iſt trüb geworden; 30, 10. mein Auge verwirrt ſich.

a furore = propter mœrorem = mœrore; de præp. „a" vide psl. 5, 11. Rgl. 19. — *furor* = θυμός denotat affectus varios, lætos et tristes, erigentes et deprimentes; hic loci mœrorem. —

inveteravi inter omnes inimicos meos = senescit (sc. oculus meus) ob *permultos* persecutores meos. — b. Hier.: *consumptus sum* ab universis hostibus meis. — **inveterasco** = senesco. —

omnes; hebr. כֹּל (kol) non designat semper universalitatem = omnis; sed persæpe *multitudinem* tantum; sic etiam hic loci. —

inter Vulgatæ = includit nostrum „*ob*" vel „*propter*".

---

[1]) Rönsch, Itala et Vulgata, Marburg 1869.

v. 11. **erubesco** = pudore afficior; — **convertantur et erubescant valde velociter** = de novo repente afficiantur pudore.

Rgl. 20. **Regula 20.** *Lingua hebraica exprimit iterationem et frequentationem actionis verbis auxiliaribus.* — Huc pertinent præ aliis verba:

שׁוּב *(šub)*, *„reverti“*, (Vulgata in psalmis: „converti“).

יָסַף *(iasaf)* *„addidit*, adiecit.“ (Confer germanicum „pflegen“, quo iteratio designatur, v. c. Er pflegte zu thun = facere solebat = faciebat — dělával.

Lingua *latina* iterationem actionis exprimit plerumque particulis *„iterum, rursus, porro, ulterius, de novo, sæpe, multoties“*, etc.

Verbum, cuius iteratio designatur, sequitur in hebraico:

1. vel *in infinitivo* constructo, rarius absoluto, sine, vel cum lamed directionis.

2. vel in *eodem tempore* eademque persona, sine vel cum coniunctione universali: „et“.

3. nonnunquam etiam in forma *participii* vel adiectivi *verbalis*. —

Latina Vulgata hanc iterationem:

a) nonnunquam particula iterandi exprimit v. c. Gen. 4, 2. *rursumque* peperit; 26, 18. *rursum fodit.* — IV. Reg. 1, 11. *rursumque* misit.

b) plane non exprimit v. c. Gen. 4, 12. „non dabit“, pro „non dabit *ulterius*“. —

c) sæpissime autem iuxta LXX. serviliter vertit verbo: *„converti“*, in aliis libris etiam *„reverti“*, v. c. Mich. 7, 19. *„Revertetur*, et miserebitur nostri“. Allioli: „Er wird wiederum ſich unſer erbarmen“. Malach. 1, 4. *„revertentes* ædificabimus“ All. et Loch: „wir bauen wieder auf“.

Nota. Germanicæ et bohemicæ versiones illud „converti“ Vulgatæ *vario* modo vertunt; hic sensu *bono*, ibi sensu *malo*, prouti characteri personæ, de qua sermo est, respondere videtur. Sic v. c.: ſich wenden, ſich herkehren, zurückkehren, ſich verkehren, abfallen. (IV. Reg. 21, 3. et II. Paralip. 33, 3.) — obrátiti se, vrátiti se, převrátiti se etc. — Confer etiam N. T.: Luc. 22, 32. et tu aliquando *conversus* confirma fratres tuos. — Luc. 20, 11. 12. *addidit* alterum servum mittere, et addidit tertium mittere. All.: er ſandte wieder einen andern Knecht, und er ſandte wieder einen dritten. Luc. 19, 11. *adiiciens* dixit parabolam. Act. 12, 3. *„apposuit*, ut apprehenderet et Petrum“ etc.

var. **et erubescant;** Alexandrinus legit ante יֵבֹשׁוּ (j'bošu) coniunctionem (ו) *vau* = „et“.

valde velociter = repente; (b. Hier. — subito); latinum *„repente“* = subito, perbrevi tempore.

PSALMUS 7.

O Domine, adjuva me contra calumniatores et ingratos!

Auctor et argumentum. — Auctor sacer hujus psalmi, David, implorat auxilium Jehovae, Dei regis, contra persecutores suos immanes, quos nullo provocavit modo (v. 2—6). — Rogat, ut in publico tribunum conventu causam suus Iehova ipse agat i. e. provocat ad justum supremi judicis judicium (v. 7—9). — Denique persuasus de causae suae bonitate judiciique divini justitia, se erectus spe liberationis, sperat, fore, ut adversarius, si in malitia perseveret, ipse incidat in illam perniciem, quam Davidi paravit (v. 10—18).

Psalmus dubio procul spectat ad persecutionem Sauli, in cujus aula multi erant hostes Davidis, ut definiri vix possit, quisnam eorum sit ille Cuš Benjaminita, Sauli contribulus, quem inscriptio nominat. —

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Psalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chusi filii Jemini.	1. Hymnus Davidis, quem cecinit Domino propter sermones Cuši Benjaminitæ.
2. Domine Deus meus, in te speravi: salvum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me,	2. Domine, mi Deus, Tibi confido, serva me ab omnibus persecutoribus meis et libera me!
3. nequando rapiat ut leo animam meam, dum non est, qui redimat, neque qui salvum faciat.	3. Ne forte dilaceret me sicuti leo; discerpturus est (me) nemine liberante.
4. Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis:	4. Domine, mi Deus, si feci istud, si est pravitas in manibus meis:
5. si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.	5. Si injuriā affeci amicum meum, et si immerito spoliavi inimicum meum;
6. Persequatur inimicus animam meam, et comprehendat, et conculcet in terra vitam meam, et gloriam meam in pulverem deducat.	6. Persequatur me hostis et attingat et proculcet in terra vitam meam, et in pulverem prosternat dignitatem meam. (sela.)
7. Exurge, Domine, in ira tua, et exaltare in finibus inimicorum meorum.	7. Surge, Domine, in ira Tua! attole Te contra hostium meorum insolentias! et evigila in auxilium meum! justitiam Tu ipse præcepisti.
8. Et exsurge, Domine Deus meus, in præcepto, quod mandasti:	

et synagoga populorum circumdabit te. Et propter hanc in altum regredere:

8. Et cœtus nationum Te circumsistat et super illo in altum Te converte!

9. Dominus judicat populos. Iudica me, Domine, secundum justitiam meam, et secundum innocentiam meam super me.

9. Dominus judicabit populos.
Iudica me, Domine, secundum justitiam et integritatem meam!

10. Consumetur nequitia peccatorum, et diriges justum, scrutans corda et renes, Deus.

10. **D**esinat tandem pravitas impiorum, et stabilias justum;
corda enim et renes probas Tu, — Deus juste!

11. Iustum adjutorium meum a Domino, qui salvos facit rectos corde.

11. **C**lipeus meus est apud Deum, qui servat integros animi.

12. Deus judex justus, fortis et patiens: numquid irascitur per singulos dies?

12. Deus est judex justus, et Deus minatur omni die.

13. Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit, et paravit illum.

13. Si quis non resipiscat — acuit ensem suum,
tendit arcum suum aptatque eum

14. Et in eo paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.

14. et contra illum dirigit arma letifera, sagittas aptat ardentes.

15. Ecce, parturiit iniustitiam, concepit dolorem et peperit iniquitatem.

15. **E**n! ille parturit miseriam, concipit enim ærumnam, parit autem mendacium.

16. Lacum aperuit, et effodit eum: et incidit in foveam, quam fecit.

16. Foveam fodit et excavavit eam, ipse autem cadit in foveam, quam fecit.

17. Convertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

17. Revertitur ærumna eius — in caput ipsius
et in verticem ipsius descendit iniuria eius.

18. Confitebor Domino secundum iustitiam eius, et psallam nomini Domini altissimi.

18. Ego celebrabo Dominum pro iustitia Eius,
et psallam nomini Domini altissimi.

Psalmus; hebr. שִׁגָּיוֹן (šigajjon) denotat: coll. *syriaco* „saggi“ = cecinit — carmen in genere; coll. *arabico*, „šača“ = anxius, mœstus fuit; inde „šačejjon“ mœrore, anxietate pressus — carmen viri mœrore oppressi,

juæ inscriptio huic psalmo (verum et Habacuci carmini cap. III, 1., ubi vox eadem in plurali occurrit) optime congruit.

pro verbis = propter sermones, i. e. calumnias.

Chusi ponit Vulgata j. LXX. Χουσί; in hebr. sonat כּוּשׁ („Kuš).

Græca LXX. reddit hebraicum כ („kaf") literis vel χ vel κ; duplex kaf (כּ) = κχ, v. c. Σοκχώδ. — Latina Vulgata ponit *ab initio* vocis *ch* (ut hic loci), rarius *c* (= k semper pronuntiandum more Romanorum antiquorum. v. c. Cethim = Kethim); *in media* voce *ch*, si *vocalis* præcedit, v. c. Achis; *c* (= k) præcedente *consonante* v. c. Ascenec = Askenec; *in fine* vocis semper *ch*; v. c. Selach.

Literam hebraicam — שׁ = š, ſch — reddit Græcus ob defectum sius in lingua græca semper σ. Quando *sonum* literæ hebraicæ istius indicare vult, ponit = χσ (Conf. Lament. Ierem. χσεν, — Ρεχσ = Ρεσχ. — Ex eadem ratione ponit *latina Vulgata* „s" — nonnunquam „*ss*" v. c. Assem, Abessalon. — Sec. Vulgatam latinam scribunt versiones *germanicæ* semper — „s", *bohemicæ* in paucis tantum quibusdam nominibus exceptionem admittunt vertentes: Šalomon, Aškalon (Ier. 25, 20. Frencl); in Novo Test.: Šimon (in V. T. Simon); Šavel (Saul in V. T.).

filius Iemini = Benjaminita; בֶּן־יְמִינִי (ben-j'mini) est patronymicum, quo designantur posteri Benjamini, filii Iacobi. Vulgata in multis locis loco „Benjaminita" vertit „filius Iemini" v. c. Iud. 3, 15.; 19, 16.; I. Sam. 22, 7. etc.

v. 2. **Deus meus** = Deus mi; idem v. 4. — In Vulgata sonat nonnunquam *Vocativus* pronominis „meus" ut Nominativus: conf. 21, 2. „Deus *meus*". 77, 1. „Attendite, populus *meus*." Iudit. 12, 4. „domine meus". Sic etiam Virgil. Aeneid. 6. 834. „Projice . . . . . sanguis *meus*".

Vocativus „mi" est in editione Sixtina et in omnibus fere editionibus antiquis pro possessivo I. pers. singul. et plur. fem. „*mea*, *meæ*"; v. c. Ruth: 1, 11.; 13.; 2, 2. 22.; 3, 1.; III. Reg. 2, 20. . . . Confer Hieron. ep. 22, 1.: „*mi* domina, *mi* catella".

v. 3. **animam meam** = me; vide psl. 3, 3, Rgl. 8.

dum non est, qui redimat, neque qui salvum faciat; sec. hebraic.: „discerpturus est (me) nemine liberante". Sensus utriusque est *idem*: Sine auxilio Tuo non effugiam adversarium meum ferocem". var.

Hebr. פָּרַק (farak) = rupit, fregit; in specie: 1. abrupit, 2. diffregit (ossa membraque — psl. 7, 3.) 3. eripuit, liberavit (psl. 135, 24. Thren. 5, 8.), quod fit rumpendo, frangendo vincula. —

In textu hebr. sunt *duo participia*, *negatio* et *præpositio* „et".

LXX. habuit in codice suo negationem ante *primum* participium, *coniunctionem* autem ante *secundum*:

אֵין פֹּרֵק וּמַצִּיל (én forek umaccil); textus masoreticus autem —

פֹּרֵק וְאֵין מַצִּיל (forek v'én maccil.) — habet inter I. et II. participium *coniunctionem* cum negandi particula.

Stante negandi particula ante primum participium „forek", non potest verbum hoc verti „diffrangere, discerpere", sed necessario „liberare" vel „redimere". — Etiam *Syrus* habuit lectionem codicis LXX. interpretum, vertit enim, „dum non est salvans et eruens".

var. v. 5. **si reddidi retribuentibus mihi mala** = si mala (pro bonis) reddidi benefactoribus meis. — Loch: Wenn denen, die mir wohlgethan, ich Böſes hab' vergolten = „si iniuria affeci amicos meos“; vel *collective*: amicum meum.

retribuere pro simplici tribuere; vide Rgl. 5. pag. 16.

Hebr. שׁוֹלֵם (šolem) est participium f. kal a radice שָׁלַם (šalam) = „pacem, amicitiam habuit cum aliquo“ — denotat = *amicus* — hic loci — cum suffixo — „amicus meus“. LXX. et iuxta eam Vulgata, posuit significationem formæ kittel „rependit, retribuit“; conf. psl. 63, 13. hebr., ubi Vulg. vertit: „tu *reddes* unicuique iuxta opera sua“.

Pluralis „retribuentibus mihi“ = benefactoribus, amicis meis, — explicatur eo, quod שלמי textus non punctati — legi potest et: „*šol'mi*“ = amicus meus, et „*šol'-maj*“ = amici mei. Singularis *collectivus* idem denotat ac pluralis; unde nullum discrimen inter Vulgatam et text. masor.

var. **decidam merito ab inimicis meis inanis.** — Vulgata iuxta LXX. accipit hoc hemistichium ut *apodosin* hoc sensu: „Si malum reddidi benefactoribus meis, opto, ut inimicis meis succumbam spe frustratus.

decidam, compositum pro simplici: cadam; vide Rgl. 5.

ab inimicis meis = *per* inimicos meos, *manu* inimicorum meorum; confer: „cadere *ab* hoste in acie.“ Suet. Oth. 5.

inanis = spe frustratus. — Universalem coniunctionem hebr. וְ (v') vertit Græcus hic loci ἄρα, unde Vulgata habet „*merito*“. —

Hebraicus textus habet: Et si immerito spoliavi inimicum meum, i. e. si iniuriose egi *contra inimicum* meum. —

Hebr. חָלַץ (chalac) = exuit, spoliavit, sequente מִן (min) Os. 5, 6. = subtraxit, subduxit se, germ. abziehen = weggehen, discedere; — et hancce significationem (licet præpositio „min“ hic loci *non* sit), respexit versio LXX. ponens — ἀποπέσοιμι, quod Vulgata vertit — „decidam“.

Si ergo comparamus versionem textus masoretici: „Si iniuria affeci *amicum meum*, et si immerito spoliavi *inimicum meum;* persequatur me hostis et attingat“ — cum versione Vulgatæ, cuius sensus est: „Si iniuria affeci *amicos* meos; succumbam hostibus meis spe frustratus; persequatur me hostis et attingat“ — videmus, in versione Vulgatæ *additam esse exsecrationem*, dum in textu masoretico auctor contestatur, se *ne inimicum quidem* iniuria affecisse. — Utraque autem res est mala: iniuria afficere *amicum*, et odio habere *inimicum*, nam odium inimici Lex nequaquam probat, sed e contra dilectionem inimici, (quæ lege naturali docetur) *expresse æque ac Novum Testamentum* inculcat. (Vide quoad rem hanc pag. 12. b.) Unde etiam Salvator divinus perversam interpretationem Legis, quam serius demum per *nefas* introduxerunt Phariæsi hypocritæ, castigat et reiicit. (Math. 5, 43.) — Se nec illius, nec huius esse reum, auctor psalmi contestatur. —

Differentia hæc inter Vulgatam et textum masoreticum essentiam nequaquam tangit, et orta est ex ἀποπέσοιμι Alexandrinæ, ut supra dictum.

v. 6. **animam meam** = me; vide psl.. 3, 3. Rgl. 8.

v. 7. **exsurge** pro simplici surge; vide Rgl. 5.

var. **et exaltare in finibus inimicorum meorum** i. e. sublimis et fortis appare in finibus, qui ab hoste occupati plurimum ei conferunt.

Non alium sensum fundit versio textus masoretici: „Attolle te contra hostium meorum insolentias“. — Auctor enim sacer rogat, ut Deus potentiam

hostium frangat. — Hebr. עֶבְרָה (ébrâ) = græc. ὕβρις, lat. superbia, insolentia; pluralis sonat „ábrot“; status constr., ut hic loci, עֶבְרוֹת (ébrot); radix est עָבַר „ábar“ = transiit, transgressus est. —

Græcus LXX. vertit ἐν τοῖς πέρασι; Vulgata „in finibus“. — Habuit in codice suo fors „ábarim“ — עֲבָרִים = partes extremæ, fines, — pro nostro „ébrot“. Utrumque nomen descendit a radice עָבַר (a'bar) = transiit, transgressus est. — Hebr. הִנָּשֵׂא (hinnasé) cum præpositione בְּ (b') denotat: efferre se *contra* aliquem.

et exurge, Domine Deus meus = evigila in auxilium meum. — var.

Hebr. אֵלַי in textu *non* punctato legi potest: אֵלָי „*eli*“ = „Deus mi“, vel אֵלַי „*elaj*“ = „mihi, ad me, in favorem meum, in auxilium meum“. — add.

Græcus LXX. legit „eli“ inde ponit „ὦ Θεός μου“, *et addidit* „κύριε“ — unde Vulgata vertit: *Domine*, Deus meus.

in praecepto, quod mandasti i. e. secundum legem, quam ipse dedisti, — scilicet, ut fiat, quod iustum est. — **In** = secundum. —

Idem dicit textus masoreticus: „Iustitiam tu ipse præcepisti“. Hebr. מִשְׁפָּט (mišfat) significat: 1. *judicium.* — 2. *quod justum*, legibus *consentaneum* est. 3. *lex, statutum* — Hanc ultimam significationem respicit Vulgata, vertens: „præceptum“; et addit „*in*“, nec non pronomen relativum „*quod*“; add. omnia iuxta LXX.

v. 8. **synagoga** = cœtus, congregatio.

et propter hanc in altum regredere; LXX. καὶ ὑπὲρ ταύτης = super illa, scilicet congregatione nationum, vel vero tribuum Israëlitarum (conf. Deut. 32, 8.; 33, 9. 19.) in altum regredere. — Sensus est: „Peracto de me iudicio (ad quod dicitur Deus descendere) in altum regredere“. —

Idem dicit textus masor.: „Et super illo (sc. cœtu) in altum Te converte“. *Chaldæus* habet: „in domum maiestatis Tuæ revertere“, quo illud „in altum“ explicatur.

v. 9. **iudicat**; Vulg. vertit iuxta LXX. hebr. Futurum — *Præsenti.*

super me scil. veniat = mihi fiat; sensus est idem ut in textu masoretico.

v. 10. **consumetur** = desinat; Coptic: „es ende“.

dirigo LXX. κατευθύνω = rectum aliquid colloco, stabilio.

renes denotant sæpe per metonymiam cupiditatum et animi passionum sedem.

v. 11. **„iustum“** hoc adiectivum trahit Vulgata iuxta LXX. ad primam vocem versus 11^{mi} — „adiutorium“; in textu masoretico est autem ultima vox versus 10^{mi}, et pertinet ad „Deus“ ita, ut sit: „Deus iuste“. — Sensus mon mutatur. (vide Rgl. 6. pag. 16.)

adiutorium meum a Domino = clipeus meus est apud Deum. — Sensus utriusque est idem: *Deus est protector meus.*

adiutorium = auxilium, vel medium, quo auxilium præstatur; textus hebraicus habet: *„clipeus“.*

Vulgata ponit iuxta LXX. sæpe pro imagine — rem imagine significatam. Insuper occasione vocis, „adiutorium“ notanda sunt ad exhauriendam

eius significationem sequentia: Substantiva Vulgatæ cum terminatione „*orium*“ sunt proprie *neutra adiectivorum*, et designant *medium* seu *instrumentum*, quo actio verbo designata in effectum datur; *adiutorium* est ergo instrumentum, quo quis adiuvatur; instrumentum hoc est secundum textum masoreticum — *clipeus*. —

Quoad rem hanc confer: conflatorium, Schmelztiegel Prov. 27, 21.; emunctorium, Lichtputze Ex. 25, 38.; exceptorium, Behältnis Eccli. 39, 22.; infusorium, Gießröhrchen Zach. 4, 2.; propitiatorium, Sühnstätte, Gnadenthron Ex. 25, 17.; reclinatorium, Stuhllehne Cant. 3, 10.; sufflatorium, Blasebalg Ier. 6, 29.; suffusorium, Röhrchen zum Zugießen Zach. 4, 12.; liciatorium texentium, Weberbaum I; Sam. 17, 7.[1])

v. 12. **fortis** i. e. fortis per excellentiam = fortissimus = Deus. Hebr. אֵל (el) designat Deum in multis locis, et ipsa Vulgata vertit etiam „Deus“ v. c. 21, 2. bina vice: *Deus*, *Deus* meus, respice in me.“

add. **et patiens** *addit* Vulgata iuxta LXX., tamquam glossema, (ut iam recte observabit Drusius in Coment. ad hunc locum).

var. **numquid.** Græcus legit hebr. ואל — *v'al* = et *non*; pro: *v'el* = „et Deus.“ „*Numquid*“ Vulgatæ hic loci, ut sæpe, valet idem, quod: „*nonne*“.

irascor — minor; b. Hieron.: „comminor“; causa pro effectu.

var. **nisi conversi fueritis:** pluraliter exprimitur idem, quod text. mas. singulariter dicit: „si quis non resipiscat“. Alexandrina legit תָּשׁוּבוּ (tašubu) pro masoretico יָשׁוּב (jašub).

vibro pro acuo (b. Hieron.); consequens pro antecedente. *Syrus* vertit: expolire. —

in eo = in *eum* = *contra* eum, qui non resipiscit, parat vel dirigit arma letifera.

Rgl. 21. **Regula 21.** „*In*“ *etiam apud classicos ad quæstionem „quo“ nonnunquam construitur cum Ablativo*, si post motum — *commoratio* in loco designari vult. — Hic loci: sagittæ in eum directæ ferient eum certissime, et *in eo* hærebunt. — Ceterum *idem* sensus prodit, si interpretamur: *in eo*, sc. *in arcu* parat arma letifera = dirigit.

vasa mortis = arma mortifera, letifera; Allioli: tödtliche Geschoße (vide 4, 2. Rgl. 11.) Latino „vas“ designatur omnis generis supellex, etiam militaris et venatoria. —

v. 14. **sagittas suas ardentibus effecit** = sagittas aptat ardentes. **efficio,** *compositum pro simplici*: „facio, apto“; (vide Rgl. 5. pag. 16.).

ardentibus effecit = ardentes facit, aptat. Alexandrinus ad verbum vertit hebr. לְדֹלְקִים (l'dolekim) — τοῖς καιομένοις, et similiter lat. Vulgata græcam vocem — „ardentibus“.

Rgl. 22. **Regula 22.** *Pro Accusativo vel Nominativo prædicati verborum „facere, fieri, esse et similium“ ponit Vulgata*:

a) dativum (raro); ut hic loci: conf. Amos 6, 12.; „ruinis — scissionibus“ — pro: „ruinas — scissiones“. —

b) accusativum cum **ad**; v. c. I. Macc. 1, 38: „Et factum hoc *ad* insidias sanctificationi“.

---

[1]) Dr. Fr. Kaulen, Handbuch zur Vulgata Mainz 1870.

c) accusativum cum **in**; v. c. psalmus 17, 44.: „constitues me *in* aput gentium.“ — 131, 13. „elegit eum *in* habitationem sibi.“ — 77, 57. conversi sunt *in* arcum pravum.“ — Gen. 2, 7.: „Et factus est homo *in* nimam viventem“ = anima vivens = ens vivens.

d) ablativum cum *in* (raro); v. c. Gen. 2, 24: „erunt duo *in* carne na = caro una. — Sap. 10, 17.: „Fuit illis *in* velamento diei et *in* luce tellarum per noctem“ = velamentum, — lux.

v. 15. **iniustitia** pro *miseria*; causa pro effectu; iniustitia causat iiseriam.

iniquitas pro mendacium, genus pro specie.

v. 17. **dolor eius** i. e. dolor, quem ipse aliis parabat = ærumna eius.

iniquitas eius pro: injuria eius, genus pro specie.

v. 18. **confitebor Domino** = celebrabo Dominum; vide 6, 6.

Nota. Hebr. „sela“ (vide 3, 3.) post v. 6. Vulgata non vertit; LXX. onit διάψαλμα; b. Hieron: „semper“.

PSALMUS 8.

Gloria Dei manifestatur in coelo et in terra.

Auctor. Psalmus octavus est canticorum Davidis unum aliquod pulherrimum.

Argumentum. Psaltes celebrat Dei magnificentiam, quae maxime effulget n amore Eius erga hominem, quem tam nobilem esse voluit, ut Sibi Ipsi similis it, et reliquis praestet et imperet (ex Gen. 1, 27. sqq).

Occasio huius hymni magnifici frustra quaeritur.

Versus 5. et 6 applicatur ad I. Christum, qui omnium hominum erat erfectissimus (I. Cor. 15, 27; Hebr. 2, 5—9. et v. 3.; Math. 21, 16).

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem pro torcularibus, Psalmus David.	1. Præfecto musicæ; ad gittit Psalmus Davidis.
2. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos.	2. Iehova, Domine noster! quam illustre est nomen Tuum in universa terra! gloria enim Tua extendit se super cœlis;
3. Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et ultorem.	3. Ex ore infantium et lactentium fundasti gloriam propter adversarios Tuos, ad compescendum hostem et vindictæ cupidum.

4. Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam et stellas, quæ tu fundasti.
5. Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?
6. Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria et honore coronasti eum:
7. et constituisti eum super opera manuum tuarum.
8. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oves et boves universas: insuper et pecora campi:
9. volucres cœli et pisces maris, qui perambulant semitas maris.
10. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

4. **Q**uando contemplor cœlos Tuos,
opus digitorum Tuorum,
lunam et stellas, quas fundasti; —
5. Quid est mortalis, quod memor es
eius?
et homo, quod curam eius geris?
6. Facis eum paulo carere præ Deo,
honore ac dignitate coronas eum.
7. **D**ominari facis eum in opera manuum Tuarum,
omnia posuisti sub pedibus eius;
8. Pecus et boves universos,
nec non bestias agri,
9. volucres cœli et pisces maris
et quidquid transit semitas maris.
10. Iehova, Domine noster!
quam illustre est nomen Tuum in
universa terra!

v. 1. **in finem** = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.

var. **pro torcularibus.** Sic vertit Vulgata j. LXX. hebr. גִּתִּית (gittit); Græcus LXX. legit fors גַּתּוֹת (gattot) et vertit tamquam pluralem a singulari גַּת (gat), quo denotat *cupam*, in qua uvæ pedibus conculcantur, — torcular. (' et ו facile permutantur.) — Ast nostrum „*gittit*“ est infinitivus cum addita terminatione ית. „it“, a radice נָגַן (nagan) = fidibus cecinit, et denotat verosimile *singularem formam* instrumenti musici (conf. dicta de: „š'minit“ psl. 6, 1.) — גַּת (gatt) contractum ex גֶּנֶת (genet) pro נְגֶנֶת (n'genet) = cantus fidium.

v. 2. **Domine, Dominus noster** = Iehova, domine noster (b. Hieron.: Domine, *dominator* noster.). —

Iehova est nomen Dei (Elohim), in quantum salutem humani generis operatur, seu nomen Dei œconomiæ salutiferæ. Hoc nomen erat Iudæis ineffabile; huius loco pronuntiabant „*adonaj*“ = κύριος, dominus. Hac ex causa vertit Græcus LXX. „Iehova“ nomine appelativo „κύριος“, et Vulgata „Dominus„. Hoc in versu præcedit nomen proprium „Iehova“ — et immediate sequitur nomen appellativum „*adonaj*“, inde habet LXX. „Κύριε ὁ κύριος ἡμῶν“ — Vulgata: „Domine, dominus noster“. —

super coelos = super cœlis = oben am Himmel.

elevata est = extendit se; antecedens et subsequens.

v. 3. **perfecisti** pro: fundasti; consequens pro antecedente. —

Quæ Deus fecit, erant valde bona (Gen. 1, 31.) seu perfectissima; unde ndare" et „perficere" = perfectum facere, ex parte *Dei*, idem denotat.

Quæ Deus fecit, conservat, — unde perficere = *conservare*; 79, 16.

Latinum *perficio* = 1. perfectum reddo, 2. assequor.

v. 4. **quoniam** pro — quando. Hebr. כִּי (ki) utrumque significat; quæ nificatio eligenda sit, docet contextus.

v. 5. **visitas eum** = curam eius geris; visitare est genericum in *iam* et *malam* (vide 58, 6.) partem; hic loci in partem *bonam* — denotat ram gerere alicuius"; ut id etiam in antecedenti hemistichio expressum verbis: „*memor* es eius". Confer: „visitare pupillos et viduas" N. T. . 1, 27.

v. 6. **minuisti eum paulo minus ab angelis** (b. Hieron. . . „a Deo") Facis eum paulo carere præ Deo. — Iuxta LXX. vertit Vulgata hebr. lohim" non „Deus" — sed „angeli" — *contra* usum loquendi Antiqui ederis. In A. T. vocatur „angelus" „mal'ak" (i. e. legatus, nuntius), et solum- do in libro Iob 1, 6. 2, 1. 38, 7. vocantur angeli „b'ne ᵉlohim" i. e. *filii i*, nunquam autem „ᵉlohim". Confer 96, 7. 137, 1.

v. 7. Secundum hemistichium v. 7ᵐⁱ trahit Vulgata (non LXX.) ad 8ᵛᵘᵐ.

v. 8. **oves** pro — pecus; species pro genere. — Latinum *„pecus, is"* denotat pecus et *maius*, uti boves, equos, asinos, — et *minus*, uti es, capras etc.; hic loci notatur voce „pecus" — pecus *minus*, ut docet br. צֹאן (con).

v. 10. **Domine Dominus noster** vide v. 2.

PSALMUS 9.

Gratiarum actio et supplicatio.

Auctor et argumentum. Vates sacer, — David, celebrat Iehovam, gra- as agens pro insigni quadam victoria de potentibus hostibus reportata. Laudat hovam, quod hostes illos perfecte delevit (vers. 2—7.); — extollit iustitiam auxilium Eius (v. 8—12.); — dein insertis precibus, ut ex periculo ma- mo, in quo adhuc haeret, liberetur, Deum orat (v. 14—15.); — iterum de stium ruina exultat (v. 16 — ad finem).

Tempus. — Epinicium hoc exaratum est translata iam arca in Sionem f. 12, 15.).

Occasio. — Occasionem huic psalmo praebuit verosimle bellum cum esibenis eorumque confoederatis — Syris, Damascenis, Assyris, Edomitis, Am- onitis et Moabitis, ut in II. Sam. 8, 2—12. refertur, ubi vero ultima saltem roelia obiter attinguntur. — Confer psal. 59. et 82.

Textus Vulgatæ.

1. In finem pro occultis filii, Psalmus David.

2. Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.

3. Lætabor et exultabo in te: psallam nomini tuo, Altissime,

4. in convertendo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur, et peribunt a facie tua,

5. quoniam fecisti iudicium meum et causam meam: sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.

6. Increpasti gentes, et periit impius: nomen eorum delesti in æternum et in sæculum sæculi.

7. Inimici defecerunt frameæ in finem: et civitates eorum destruxisti.
Periit memoria eorum cum sonitu:

8. et Dominus in æternum permanet. Paravit in iudicio thronum suum:

9. et ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia.

10. Et factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione.

11. Et sperent in te, qui noverunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te, Domine.

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ; secundum „morere pro filio“
Psalmus Davidis.

2. א Celebraturus sum Dominum ex toto corde meo,
א enarratus omnia mirabilia Tua!

3. א Lætaturus sum et exultaturus de Te,
א psalliturus nomini Tuo, Altissime!

4. ב Eo quod inimici mei recesserunt, collapsi perierunt coram facie Tua.

5. Tu enim egisti iudicium in lite mea,
consedisti in tribunali, — iudex iustus.

6. ג Increpasti gentes, perdidisti impium,
delevisti nomen eorum in æternum et in perpetuum.

7. ה Quod inimicum attinet, consumatæ sunt vastationes in æternum;
urbes enim destruxisti, — periit memoria eorum.

8. ו Dominus autem in æternum regnabit,
stabilivit thronum suum ad exercendum iudicium.

9. ו Et ipse iudicabit orbem terræ iuste,
iudicabit populos æque.

10. ו Sit Dominus refugium presso,
arx temporibus tribulationis!

11. ו Et confident Tibi, qui noverunt nomen Tuum,
quod non dereliquisti cultores Tuos, Domine.

Psallite Domino, qui habitat in Sion: annuntiate inter gentes studia eius,
quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est: non est oblitus clamorem pauperum.

Miserere mei, Domine, vide humilitatem meam de inimicis meis:

qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.

Exultabo in salutari tuo: infixæ sunt gentes in interitu. quem fecerunt.
In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.

Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes, quæ obliviscuntur Deum.

Quoniam non in finem oblivio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.

Exsurge, Domine. non confortetur homo: iudicentur gentes in conspectu tuo.

Constitue, Domine, legislatorem super eos: ut sciant gentes, quoniam homines sunt.

12. ט **P**sallite Domino, qui regnat in Sione,
evulgate nationibus opera Eius!
13. Quod memor est eorum ceu vindex sanguinis
nec obliviscitur clamoris oppressorum.
14. ח **M**iserere mei, Domine, vide afflictionem meam ex parte osorum meorum,
et libera me a portis mortis!
15. Ut valeam enarrare omnem laudem Tuam,
de auxilio Tuo exultare in portis filiæ Sionis.
16. ט **D**emersæ sunt gentes in foveam, quam fecerunt,
in reti, quod absconderunt, captus est pes eorum.
17. Innotuit Dominus, — ius exercuit,
in opere manuum suarum illaqueatus est impius.
(higgaon sela.)
18. י **R**etrovertentur impii ad orcum,
omnes gentes, quæ Dei obliviscuntur.
19. Non enim in æternum dabitur oblivioni pauper,
oppressorum spes non peribit in æternum.
20. כ **S**urge, Domine, ne invalescat homo;
Iudicentur gentes coram facie Tua!
21. Incute Domine eis timorem;
intelligant gentes, se esse mortales! (sela.)

v. 1. in finem = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.

pro occultis filii: sic vertit Vulg. iuxta LXX. Secundum textum var.
asoreticum sonat versio: „morere pro filio", quo verosimile significatur

exordium alius cantici, ad cuius normam melodicam etiam hicce psalmus cantandus esset. — Idem, et nil aliud etiam versio Vulgatæ „pro occultis filii“ — significabit. — Versio LXX. orta est absque dubio ex mendosa lectione textus non punctati.

psalmus David vide psl. 3, 1.

v. 2. **confitebor tibi** = celebraturus sum te; vide psl. 6, 6.

in toto corde = toto corde, vel ex toto corde; „*in*“ instrumentale; vide 2, 9. Rgl. 7.

v. 3. **exultabo in te** = de te: — „*in*“ post verba *gaudendi* = *de*; vide 3, 3. Rgl. 10. 2. b.

var. v. 2. **in convertendo inimicum meum retrorsum** = eo, quod inimici mei recesserunt; vel: eo. quod in fugam convertisti inimicum meum. (Augsburg 1477. vertit ad verbum: „in bekerung meinen veind hinder ſich“.) — „*Inimicus meus*“ est singularis collectivus. — Alexandrinus legit impunctatum — אויבי — „oj'bi“ loco masoretici — „oj'baj“; ergo cum suffixo singulari — loco pluralis.

Rgl. 23. **Regula 23.** *Infinitivus tam hebraicus, quam græcus, cum præpositione redditur in latina lingua sententia, quæ conveniente coniunctione inchoat.* — Vulgata per *græcismum* ponit plerumque gerundium cum præpositione. — Hic loci Vulgata insuper II. hemistichium versus 4ti tamquam *apodosin* I. hemistichii sistit, quod nequaquam est necessarium.

v. 5. **iudicium meum et causam meam** — est *hendiadys* pro iudicium in causa mea. —

Rgl. 24. **Regula 24.** *Hendiadys* (ἐν διὰ δυοῖν = unum per duo) *est figura poëtica, per quam unum — per duo nomina coordinata seu duos conceptus exprimitur*, seu *in duo* dividitur. — Confer v. 10. „in opportunitatibus in tribulatione“ = temporibus tribulationis. Gen. 3, 16. „Multiplicabo ærumnas tuas et conceptus tuos“ = multiplicabo ærumnas conceptuum tuorum. All.: „ich will vervielfältigen die Beſchwerden deiner Schwangerſchaften.“

qui iudicas iustitiam = qui iudicas iuste; ommisso relativo = iudicans iuste, = iudex iustus. — De Accusativo adverbiali vide 11, 3. Rgl. 31.

var. v. 6. **periit impius** scil. Deo permittente, causante; = perdidisti impium. — Alexandrinus legit sine dubio:

אָבַד הָרָשָׁע (abad heraša) loco masoretici:

אִבַּדְתָּ רָשָׁע (ibbadta raša),

quia librarius ה (he) permutavit cum ת (tav).

var. v. 7. **inimici defecerunt frameae in finem** = frameæ inimici defecerunt in æternum; „*frameae*“ est subiectum, ut iam ex LXX. patet.; „*inimici*“ est genitivus singularis; — „**in finem**“ = in æternum.

deficio significat præter alia etiam = vires amitto, pereo, desino.

framea ex lingua germanica „Pfrieme“ = lancea vel hasta. —

Sensus ergo est: Hastæ inimici amiserunt vires, seu perierunt in æternum; — *hastæ* designant — robur bellicum.

Eundem sensum fundit textus masoreticus, qui dicit: „Quod inimicum attinet, consumatæ sunt vastationes in æternum“. — i. e. devictus est perfecte in æternum. — Alexandr. legit impunctatum חרבות — ch°rabot i. e. enses (frameæ) loco masoretici „ch°rabot“ i. e. vastationes. — (Augsburg. 1477. vertit ad verbum: die veind die namen ab des ſchwertes in das end.)

cum sonitu i. e. ut sonitus, ad modum sonitus; tam celeriter quam add. itus, qui momento transiit. Hoc addit Vulgata iuxta LXX., quin sensus ttetur.

v. 8. **in iudicio** pro — „in iudicium = in finem iudicii = ad exer- idum iudicium". — Vulgata hic loci vertit lamed directionis (vide psl. 3. Rgl. 9.) præpositione „in" cum Ablativo.

v. 9. **in aequitate — in iustitia** = æque — iuste (vide psl. 4, 9. l. 14.).

v. 10. **pauperi** pro: presso; causa pro effectu. — Sic in permultis is Vulgatæ ponitur „pauper", eiusque synonima pro: „pressus" v. c. 13, 19, etc.

adiutor = arx. Vulgata persæpe ponit significationem *propriam*, ubi tus hebraicus *metafora* utitur.

in opportunitatibus in tribulatione; est *hendiadys* vide v. 5, l. 24. — *opportunitas* est synonimum „occasionis" (Liv. 34, 62.), — „tem- ris". Hendiady ergo dicitur: occasionibus, seu temporibus tribulationis. Vulgata utitur sæpe præpositione *in* de tempore — pro simplici Abla- o: („*in*" temporale).

v. 11. **Quaero Dominum** = colo Dominum; quærens Dominum = ltor Domini. —

v. 12. **studia eius** = opera eius; causa pro effectu. — *Studium* est inis — animi assidua et vehemens ad aliquam rem applicata magna cum luntate occupatio. (Cic. Invent. 25. med.)

v. 13. **requirens sanguinem** = vindex sanguinis seu cædis: *sanguis* e. iniuste profusus, (quod in hebraica lingua *plurali* indicatur) = cædes; *quiro sanguinem* = vindico cædem.

pauper = oppressus; vide vers. 10.

v. 14. **vide humilitatem meam de inimicis meis** = Vide afflic- nem meam ex parte osorum meorum. — *Humilis* præter alia refertur *animum fractum*, demissum, cui opponitur *erectus*; — *humilitas* = de- ssio animi, causata qualicunque afflictione; afflictio hic loci causatur *ab* micis.

de inimicis meis = *ex parte* inimicorum meorum. (All.: durch ine Feinde.)

v. 15. Secundum hemistichium versus hebr. 14^ti^ trahit Vulgata ad 15. et similiter ex versu hebr. 15to ad v. 16^tum^.

exaltas me de portis mortis = liberas me a portis mortis = periculo mortis.

ut annuntiem = ut valeam enarrare; de „potentiali" vide psl. 8. Rgl. 16.

laudationes tuas = laudabilia facta tua = laudem tuam. — Plurali minis abstracti exprimitur persæpe *concretum* vide 16, 7.

v. 16. **in salutari tuo** = de auxilio tuo. — *In* = „de" post verba udendi vide psl. 3, 3. Rgl. 10. 2.

salutare tamquam *substantivum* = auxilium, salus; — tamquam *ad- tivum* = 1. afferens salutem, vitam, sanitatem. 2. mala arcens, pellens.

interitus = fovea; effectus pro causa.

Post v. 17. est in hebr. „*higgaon sela*", quod est nota musica, signi- ans — „fidium cantus, pausa". — Hac nota, ut simplici „sela" (vide l. 3, 3.) iubetur præfectus cantum aliquantulum intermittere, solisque

fidibus canere. — *„higgaon“* denotat strepitum, fidium sonum, ut patet e psl. 93, 4. „ad fidium cantum in cithara„; Vulgata: — „cum cantico in cithara“. — LXX. et Vulgata hanc notam musicam *non* vertit.

v. 18. **obliviscuntur Deum.** — Vulgata construit „oblivisci“ etiam cum *Accusativo personæ.*

v. 19. **oblivio non erit pauperis** = oblivioni non dabitur pauper. pauper est *obiectum* oblivionis.

patientia pauperum = spes oppressorum. — *Patientia* = exspectantia, spes; (conf. etiam psl. 70, 5.). Hebraica vox denotat *spem*, ut id Vulgata ipsa etiam *aliis* in locis expressit, v. c. Iob. 5, 16.; 7, 6.; Zach. 9, 12. etc.; — In psl. 61, 6 — est *„patientia“ — obiectum spei* = id, quod spero. *Pauper* = oppressus (vide v. 10.)

v. 20. **exsurge** pro simplici „surge“; (vide Rgl. 5. pag. 16.)

confortor = invalesco.

var. v. 21. **constitue legislatorem super eos** i. e. constitue super eos regem, qui legem Tuam exsequatur, qui eos doceat obtemperare. —

Eundem sensum fundit textus masoret. dicens: „Incute eis timorem“. Hebr. vocem non punctatam מורה legit Græcus LXX. מֹרֶה (morê) — *doctor*, *magister*, et vertit: — νομοθέτην, inde Vulgata: *„legislatorem“*; Masoretæ vero habent: מוֹרָה (morâ) = *timor;* b. Hier. vertit: *„terror“*.

Sic divergentia versionum — essentiam rei non tangens — facile patet.

homines = mortales; voci „homo“ semper notio debilitatis adhæret. Huc pertinent verba Cic. Fam. 5, 17.: *„homo* refertur ad conditionem *mortalis* vitæ, qua casibus et calamitatibus obnoxii sumus, — *vir* ad fortitudinem et constantiam in perferendis adversis“.

ut sciant gentes, quoniam homines sunt = ut intelligant gentes, se esse mortales.

Rgl. 25. **Regula 25.** *Post verba sentiendi et declarandi, ponit Vulgata „quod, quoniam“ mox cum indicativo, mox cum coniunctivo — loco Accus. c. inf.*

Nota. Hebr. „sela“ (vide 3, 3.) post hunc versum — lat. Vulgata non exprimit; LXX. vertit διάψαλμα; b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 9.² (hebr. 10.)

Domine tuere me contra impios raptores et insidiatores.

Psalmus hic caret inscriptione. Latina Vulgata et Arabs iungunt iuxta LXX. hunc psalmum praecedenti; verum diversitas materiae substratae repugnat, ut uterque psalmus iungatur in unicum canticum.

Causante hac contractione duorum psalmorum in unicum, invenitur in Vulgata in psalmo nono bina numeratio a versu primo incipiens — nempe versus 1—21. (hebr. psal. 9^{mus}) + v. 1—18. (= hebr. psalm. 10^{mus}). Eadem causa eundem effectum parit in psal. 113^{tio}.

Argumentum. Auctor sacer conqueritur de iniuriis, quibus affliguntur cultores Dei ex parte hominum insolentium, rapacium et insidiosorum; qui sen-

alitati suae unice indulgentes, Dei existentiam et providentiam negant. Ex , quod Deus eos hucusque non castigavit, concludunt, se fore semper felices. gendi rationem divitum rapacium psaltes grafice delineat (v. 7—11.) compa- ns eos cum feroci leone. Dein (v. 12—18.) — orat Iehovam, ut afflictos sui ltores defendat, iniquos raptores in perniciem agat, ne terra Iehovae (Lev. 5, 23.) huiusmodi atheistis profanetur, — firmiterque sperat, Iehovam preces is esse axauditurum.

Tempus et occasio exarationis indicari nequit. Docente historia sacra profana existebant omni tempore tales atheistae, quorum numerus — impri- iis temporibus turbulentis valde augetur.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Utquid, Domine, recessisti longe, despicis in opportunitatibus in tribulatione?	1 ל Quare de longinquo stas, o Domine, obvelans Te temporibus tribulatione plenis!
2. Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis, quibus cogitant.	2. Per superbiam impii angustias patiuntur miseri, capiuntur machinationibus, quas illi excogitant.
3. Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ et iniquus benedicitur.	3. Impius enim gloriatur de concupiscentia sua sensuali, et raptor exsecratur, — spernit — Dominum.
4. Exacerbavit Dominum peccator, secundum multitudinem iræ suæ non quæret.	4. Quod attinet impium in fastu spiritus eius: „Non vindicabit,“ — „non est Deus“ — sunt omnes cogitationes eius.
5. Non est Deus in conspectu eius: inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.	5. Munitæ sunt viæ eius omni tempore, alte remota sunt iudicia Tua ab eo, omnes adversarios suos arroganter contemnit.
Auferuntur iudicia tua a facie eius: omnium inimicorum suorum dominabitur.	
6. Dixit enim in corde suo: Non movebor a generatione in generationem, sine malo.	6. Dicit in corde suo: „Non nutabo a generatione ad generationem, ut qui non sim in adversis.“
7. Cuius maledictione os plenum est, et amaritudine, et dolo: sub lingua eius labor et dolor.	7. Os eius plenum est exsecratione, et fraudibus et oppressione, sub lingua eius est vexatio et cruciatus.
8. Sedet in insidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem.	8. Sedet in insidiis villarum, in latibulis trucidat insontem,

9. Oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.
Insidiatur, ut rapiat pauperem: rapere pauperem, dum attrahit eum.
10. In laqueo suo humiliabit eum, inclinabit se, et cadet, cum dominatus fuerit pauperum.
11. Dixit enim in corde suo: Oblitus est Deus, avertit faciem suam, ne videat in finem.

12. Exsurge, Domine Deus, exaltetur manus tua: ne obliviscaris pauperum.
13. Propter quid irritavit impius Deum: Dixit enim in corde suo: Non requiret.
14. Vides, quoniam tu laborem et dolorem consideras, ut tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.
15. Contere brachium peccatoris et maligni: quæretur peccatum illius, et non invenietur.
16. Dominus regnabit in æternum, et in sæculum sæculi: peribitis gentes de terra illius.
17. Desiderium pauperum exaudivit Dominus: præparationem cordis eorum audivit auris tua.
18. Iudicare pupillo et humili, ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.

oculi eius speculantur miserum.
9. Insidiatur in latibulo ut leo in lustro suo,
insidiatur, ut rapiat miserum;
rapit miserum trahens eum reti suo.
10. Contunditur, deprimitur et labitur; —
in ungulis eius sunt miseri.
11. Dicit in corde suo: „Obliviscitur Deus,
occultat faciem suam; non curat unquam.“
12. ק Surge, Domine, tolle, Deus, manum Tuam!
Noli oblivisci oppressorum!
13. Quare spernit impius — Deum,
dicens in corde suo — Te non vindicare?
14. ר Tu vides illud, nam spectare soles vexationem et molestiam
signans illud in manu Tua.
Tibi se committit miser,
orphanum — Tu adiuvare soles.
15. ש Frange brachium impii,
et vindica impietatem improbi, ut eam ultra non invenias!
16. Dominus est rex in æternum,
de terra Eius evanescent gentiles.

17. ת Audisti, Domine, desiderium oppressorum,
Tu confortabis cor eorum, attentam præbebis aurem Tuam
18. ad agendam causam orphani et oppressi,
ne amplius pergat terrorem iniicere — homo terrenus.

v. 1. **Recedo** = retrorsum cedo, me amoveo, discedo, abeo; — *longe recedo* = de longinquo sto; causa pro effectu. — Vulgata ponit „*recedo*“, quia Graecus LXX. pro consueto „ἵστημι“ „stare, quo centies aliis in locis hebraicum עָמַד (‘amad) vertit, — hic loci habet „ἀφίστημι“.

despicio = deorsum aspicio, despecto; — translate: *contemno, pro nihilo habeo, puto;* = *non aspicio, non curo.* Ill.: wegſehen. — In idem redit „*obvelo me*“ i. e. velo contego faciem meam, inde non video — non curo. Hebr. עָלַם (ʿalam), in f. hiktil = abscondit, obvelavit, — vertit Vulgata LXX. vario modo, uti verbo:

celare v. c. Iob. 42, 3.; IV. Reg. 4, 27. —

avertere (oculos) Ez. 22, 26. — *(aurem)* Lament. 3, 56. —

contemnere aliquem (pro hebraico: occultare oculos suos ab aliquo) Reg. 12, 3. —

despicere psl. 9², 1.; Prov. 28, 27. —

negligere et parvi pendere (pro hebr. abscondere, obvelare oculos suos) ev. 20, 4.

in opportunitatibus in tribulatione = temporibus tribulationis enis; vide psl. 9, 10. Rgl. 24. de hendiady.

v. 2. **incenditur pauper** = angustias patiuntur miseri; pauper = ppressus, miser (idem in vv. 14, 17.) vide psl. 9, 10.; singularis *collectivus* habet significationem numeri *pluralis.* — *incenditur* scil. animi affectu; „incendere“ denotat latinis — affectum aliquem vehementer commovere, oncitare; hic loci, ut ex contextu patet, intelligi debet — *angor.*

in consiliis, quibus cogitant = consiliis, quæ excogitant; consilia ensu malo sunt „machinationes“.

Regula 26. *Vulgata imitatur græcam* ***attractionem*** *relativi, ponit* Rgl. 26. *nim illud in casu nominis, ad quod refertur* — „*consiliis*“.

„**in**“ est instrumentale (vide psl. 2, 9. Rgl. 7.).

v. 3. **laudatur in desideriis animae suae** = gloriatur de concupiscentia sua sensuali. — **laudatur** i. e. „laudat se“ — significatione *medii,* on passivi; — **in** = „de“ post verba gaudendi; vide psl. 3, 3. Rgl.. 10. 2.

anima; hebr. נֶפֶשׁ (néfeš) non tantum „*animam*“ significat, sed etiam „*animum*“, utpote sedem sensuum, affectuum, — commotionem varii eneris; hic loci *sensualitatem*; — *desideria sensualitatis*“ = desideria sensualia (vide psl. 4, 2. Rgl. 11.) = concupiscentiam sensualem.

iniquus benedicitur = benedicit sibi; (significatione media, non assiva) = gloriatur, er preiſt ſich glückſich. — In textu masoretico est: *raptor exsecratur Iehovam*“; — *raptor* est species, — *iniquus* — genus. Hebr. בָּרַךְ (barak) non significat tantum: „*benedicere*“, sed etiam — *male*dicere“, „*exsecrari*“; confer III. Reg. 21, 10. „(Naboth) benedixit Deum t regem“. — Loch: „Er hat Gott und den König geläſtert“. — Iob. 1, 5.: ne forte . . . . . benedixerint Deo —“ Loch: „Vielleicht verwünſchten ie) Gott — 2, 5.: „quod in faciem benedicat tibi“ — Loch: „daß er ins Angeſicht dich verwünſchet“. — 2, 9. „benedic Deo, et morere“ — Loch: verwünſche Gott und ſtirb“.

v. 4. **exacerbo** = sperno, contemno (b. Hieron: blasphemo); effectus ro causa. Vulg. vertit hebr. נָאַץ (naaʿc), quod in f. kal et kittel denotat irrisit, sprevit, contempsit“, — *vario modo:*

„*exacerbare*“; hic loci v. 4. —

„*irritare*“; (vide 5, 11.) v. 13. nec non 106, 11.

„*incitare*“; 73, 18.: Ill.: reizen.

„*blasphemare*“; Num. 16, 30. II. Reg. 12, 14. Is. 1, 4. 5, 24. etc.

„*detrahere*“; All.: lästern; Num. 14, 23. Deut. 31, 20.

„*retrahere*“; in I. Sam. 2, 17., ubi Vulgata ponit effectum pro causa, vertens: „*quia retrahebant homines a sacrificio Domini*“ pro hebr.: „*quia contemnebant viri isti* (filii Heli) *sacrificium Domini*“. —

Tam in Vulgata quam in textu masor. est sensus: „Impius non tantum indulget sensualitatis suæ desideriis, sed etiam iis gloriatur; ergo plane *a Deo aversus est.* Hæc a Deo aversio in Vulgata exprimitur verbis: „iniquus benedicitur“ i. e. sibi benedicit, se beatum prædicat; ad beatitudinem eius sufficit *iniquitas — non* requiritur *Deus;* sec. text. masor. raptor valedicit Deo, seu exsecratur Deum; ad beatitudinem sufficit ei, si rapiendi cupiditatem explere valet. —

Genericis Vulg. vocibus „*peccator, iniquus*“ designari in specie *raptorem*, ut textus masor. habet, docet contextus (cf. v. 7.—10.); docet hoc etiam *Vulgata ipsa*, quæ *eandem* hebr. vocem, quam vertit hic loci „*iniquus*“, in multis aliis locis transtulit: „*avarus*“; v. c. Prov. 1, 19.; — Prov. 15, 27. Ier. 6, 13; — 8, 10.; Hab. 2, 9. — Ex. 22, 27.

Peccator = *quod attinet peccatorem*, seu impium. — Est sic dictus *Nominativus absolutus*, qui in latino sermone redditur per: „quod attinet“ cum Accusativo; vide insuper psl. 10, 4. Rgl. 29.

secundum multitudinem irae suae (scil. peccator dicit): **„Non quaeret“** (scil. Deus vindictam) = hebr.: „in fastu spiritus sui (scil. dicit): „Non vindicabit“. — Quae Vulg. vertit: „*secundum multitudinem iræ suæ*“, sonant ad verbum secundum textum hebraicum: „*secundum altitudinem* nasi sui“, i. e. in fastu spiritus sui.

Hebr. אָף (aff) denotat et „*nasum*“ et „*iram*“. B. Hieron. vertit: „Secundum altitudinem *furoris* sui“. — Hebr. vox גֹּבַהּ (gobah)

1. *altitudo*; (ut Vulg. *ipsa* etiam aliis libris vertit v. c. — Ez. 1, 18. 40. 42. I. Sam. 17, 4. Amos 2, 9.) —

2. *superbia, fastus.* Vulg. vertit Ier. 48, 29. „*sublimitas*“. Plenius sonat cum attributo: „*cor, spiritus* vel *nasus*“. Vulg. *ipsa* vertit II. Par. 26, 16. „*elevatum* (sensu malo) est *cor* eius“. — Prov. 16, 18. „ante ruinam *exaltatur spiritus*“; (præcedit membrum parallelum: „contritionem præcedit *superbia*). — Postrema locutio „*altitudo nasi*“ = fastus spiritus, est arabismo usitatissima. —

Quoad *interpunctationem* versus 3^tii^, 4. et 5. vide Rgl. 6.

v. 5. **non est Deus in conspectu eius** i. e. negat existentiam Dei; idem dicit textus masoret. — „*Non est Deus*“ — *sunt omnes cogitationes eius.* (scil. raptoris).

inquinatae sunt viae eius; text. masoret.: „munitæ sunt viae eius“ vel „prosperant viæ eius“; Græcus LXX. hebr. יחילו derivavit a radice
var. „chalal“ profanavit; ast derivandum est a radice „chil“ = firmus, munitus fuit, perduravit, prosperavit. — Quo sensu viae raptoris sint „firmæ munitæ, — seu prosperent, patet ex eius verbis v. 6.: „non movebor, = non nutabo . . , ut qui non sim in adversis“ (Vulg. = sine malo); i. e. nulla unquam patiar adversa, ut qui neque in præsenti patiar, neque olim passus sim ulla mala.

Causa, ob quam adhuc nulla mala passus est, et modo patitur, indicatur verbis versus 5.: „*alte remota sunt iudicia tua ab eo*“; — seu, ut

Vulgata habet: „*auferuntur iudicia tua a facie eius*“, i. e. remotum est tempus, quo pœnam ab eo sumes“.

Hæc perpetua felicitas reddit raptorem — *securum*, et hac de causa etiam omnes, qui iniquitati eius se opponunt, — adversarios suos, — contemnit arroganter; seu, ut Vulgata habet: „**omnium inimicorum suorum dominatur**“. Versione: „viæ eius sunt munitæ“ non negatur, — vias eius esse inquinatas, sed indicatur *ratio*, qua securitas et arrogantia impii explicatur.

Dominari = dominationem exercere = arroganter contemnere — in hoc contextu; dominatio raptoris respectu eorum, qui sese ei opponunt, coniungitur cum arroganti contemptu. —

In hebr. est יָפִיחַ (jafiach), quod sequente præpositione בְּ (b') designat „sufflare aliquem“ — anſchnauben; = cum arrogantia et insolentia contemnere. —

„**dominari**“ Vulgatæ construitur:

cum genitivo; conf. etiam Gen. 3, 16. 4, 7. Eccli. 17, 4.; —

cum *Dativo;* conf. Gen. 1, 28., Deut. 15, 6., Iud. 14, 4., I. Sam. 9, 17.;

in cum *Accusativo;* v. c. Iud. 8, 24., ubi etiam cum *Genitivo* et *Dativo simul* construitur: „non dominabor *vestri;* nec dominabitur *in vos* filius meus, sed dominabitur *vobis* Dominus“.

v. 7. **amaritudine** = fraudibus (b. Hieron. „dolis“). — Pluralem vocis, quem hic vertit Vulgata „amaritudo“, vertit in psl. 34, 20. „*doli*“ = fraudes.

dolo = oppressione (b. Hieron. „avaritia“). — Hebr. תּוֹךְ (tok) a rad. „takak“ = diripuit, spoliavit, — denotat: — oppressio, vexatio, fœneratio, fraus malitiosa. — Vulgata ipsa vertit eandem vocem psl. 54, 12. „*usura*“ Alii: „Wucher“; psl. 71, 14. pluraliter „*usuræ*“. —

v. 8. **sedet in insidiis cum divitibus** i. e. sedet insidians in do- var.
nibus divitum, quales sunt *villæ*, quod textus masoret. habet: „Sedet in insidiis villarum“; villæ sunt simul — locus insidiarum. —

Græcus LXX. legisse videtur: עֲשִׁירִים (ʿasirim) = *divites*, dum textus masoreticus habet: חֲצֵרִים (chᵃcerim) = *villæ* muro circumdatæ. — (b. Hier. „sedet insidians iuxta vestibula“). In sensu non est differentia.

Tertia pars v. 8ᵛⁱ trahitur in Vulg. ad v. 9ⁿᵘᵐ; similiter ultima verba v. 9ⁿⁱ: „*in laqueo suo*“ ad v. 10ᵐᵘᵐ; vide Rgl. 6.

v. 9. **respiciunt** sensu malo = speculantur.

v. 10. **in laqueo suo** = reti suo; **in** est instrumentale vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

humiliare = affligere, contundere (b. Hieron. „confringere“). Vulgata ponit *activum* pro passivo. — Sensus manet idem.

inclinabit se = deprimitur. Vulgata habet medium pro passivo.

cado = labor, ich falle.

cum dominatus fuerit pauperum = in potestate sua habet miseros. Idem dicit quoad *sensum* textus masoreticus: „*In ungulis eius*“ (raptoris) *sunt miseri.* (de *dominari* vide vers. 5.)

In hoc loco difficultatem maxime interpretibus parat nomen עָצוּמִים (ʿacumim) proprie „validi, robusti“, sub quibus vel valida membra prædatoris — ungulæ eius intelliguntur, vel laquei eius firmi. —

v. 11. **ne videat in finem** = ne curare debeat unquam.

Rgl. 27. **Regula 27.** *Si negatio præposita est verbo, tum sequens „omnis, semper, in æternum, in finem“* Vulgatæ verti debet: = *nullus, non ullus, nunquam, non unquam.*

video = respicio, (b. Hieron. — curo.)

v. 12. **exsurgo** = surgo; vide Rgl. 5., pag. 16.

v. 13. **irrito** = sperno; b. Hieron. „blasphemo“ vide vers. 4.

requiro = quæro, scil. vindictam.

v. 14. **labor** = vexatio; labor metonymice denotat molestiam, calamitatem, incommodum. (Cic. Fam. 15, 8. Virg. Aen. 4. 78 etc.).

dolor = molestia; (b. Hieron. — „furor“; causa pro effectu).

ut tradas eos (scil. — laborem et dolorem) **in manus Tuas.** — Secundum text. masor. sensu non alio: *„signans illud* (scil. vexationem et molestiam impiorum) *in manu Tua“*. Consignare dicitur autem Deus facta impiorum in manu sua cum in finem, ut eos tempore suo condigne castiget; iudex enim consignat crimina in finem punitionis.

ut tradas = „tradens“ vel „et tradis“; hebraico enim infinitivo constructo cum lamed directionis persæpe exprimitur latinum participium, ut etiam Vulgata ipsa multis in locis vertit.

tibi derelictus est pauper = Tibi derelinquit se, = Tibi se committit miser. — **derelinquor** = derelinquo me (sensu medio) = committo me; ich überlaſſe mich. — **derelinquo** pro „relinquo“.

v. 15. **quaeretur** scil. in finem vindictæ. Confr. v. 4., ubi peccator in fastu suo dicit: *„Deus non vindicabit“*; Vulg. *„non quæret“*. — *Eandem rem* Vulgata sententiis *passivis* (quæretur — invenietur) dicit, quam textus masoret. *activis* exprimit.

v. 16. **in aeternum et in saeculum saeculi** = in æternum; *gentes* seu gentiles intelligendi sunt atheistæ, et domestici (Hebræi) et extranei (ethnici), quia excepta circumcisione respectu aversionis a Deo illi ab hisce nihilo differunt.

peribitis gentes = evanescent gentiles; sensus est idem. Secundum LXX. et lat. Vulgatam loquitur auctor sacer *ad* gentiles; secundum text. masor. autem loquitur *de* gentilibus. Græc. LXX. legit in codice suo: *„tob'du“*, loco masoretici: *„ab'du“*.

v. 17. **praeparatio cordis** = cor præparatum, — bene dispositum.

praeparationem cordis eorum scil. „exaudivit“. (verbum ex I. he-
var. mistichio) i. e. Dominus exaudivit cor eorum præparatum i. e. oratione et pietate bene dispositum. — Quum talis dispositio gratiam divinam præsupponat, *Deus* est, qui corda eorum disponit, respective — confortat; unde *idem* sensus manet, si textus masoret. dicit: *„Tu confortabis cor eorum“* (b. Hieron. „præparasti cor eorum“). — Alexandrinus habuit in codice suo sine dubio שָׁמַע (šama' = audivit) loco masoret. שָׁמַעְתָּ (šam'ata = audisti) — legit dein הָכִין (= hakin — infinitiv. hiktil) loco masor. תָּכִין (= takin — futurum hiktil); litteræ ה et ת facillime permutantur.

Sensus horum verborum *„audivit auris tua“* in nexu cum sequentibus *„iudicare pupillo et humili“* — est: „attenta erit auris Tua ad agendam causam orphani et oppressi; inde patet *idem* sensus cum *textu masoret.* „Attentam præbebis aurem Tuam ad agendam causam orphani et oppressi.

v. 18. **humilis** = afflictus, oppressus, miser; vide v. 10: „humiliare“.

Ut non apponat ultra magnificare se homo super terram = ſe amplius pergat terrorem iniicere — homo terrenus. — **Ut non** = ne. **appono,** = pergo; hebr. יָסַף (jasaf) designat *iterationem*; vide 6, 11. :gl. 20.

magnificare se = exaltare se — vexatione et oppressione, quibus ebus necessarie incutitur terror afflictis. (b. Hieron. „superbire").

Eandem vocem formamque hebr. vertit Vulg. Is. 2, 19. „*percutere*". – Denotat autem עָרַץ (ʿarac) — „contremiscere, timere"; *transitive*: „ter-ere, terrorem iniicere". — Vulgata ipsa vertit participium niktal adiectivo *terribilis*" psl. 88, 8. —

homo super terram scil. vivens, et terrena tantum meditans et nhelans, Dei existentiam inde et iustitiam Eius negans, (confer v. 4—6.) = homo *terrenus* (b. Hieron.: „homo *de* terra"). (Augsburg 1477. vertit ad erbum: daſs der menſch fürbas nit zulege ſich großmächtigen auf der erd.)

PSALMUS 10. (hebr. 11.)

In diebus tribulationis confide Domino!

Auctor et argumentum. Auctor psalmi huius — David — imminente ericulo monetur ab amicis, ut sibi consulat fugā in montana, in quibus olim tebras habuit. (1—3.) Hic vero amicorum consilium reiicit, fiduciam reponens 1 Iehovam, rerum omnium gubernatorem. — (v. 4— ad finem.)

Tempus. Psalmus verosimile exaratus est inter initia coniurationis Abaloniticae, cuius indicia penitus celari non poterant; mentio enim fit de „intenata eversione fundamentorum ordinis legalis". (v. 3. Vulgata 4.).

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. In finem, Psalmus David.	1. Præfecto musicæ; — Davidis.
2. In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: Transmigra in montem sicut passer?	Domino confido; Quomodo potestis dicere mihi: „Fugite in montanum vestrum aviculæ!"
3. Quoniam, ecce, peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.	2. Nam, ecce impii tendunt arcum, aptant ad nervum sagittas suas, ut in caligine iaculentur in homines rectos corde.
4. Quoniam, quæ perfecisti, destruxerunt: iustus autem quid fecit?	3. Etenim fundamenta destruuntur. Iustus autem, — quid efficit?

5. Dominus in templo sancto suo: Dominus in cœlo sedes eius: oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.
6. Dominus interrogat iustum et impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.
7. Pluet super peccatores laqueos: ignis et sulphur, et spiritus procellarum pars calicis eorum.
8. Quoniam iustus Dominus et iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

4. **Dominus** est in sancto palatio suo;
Domini thronus est in cœlo,
oculi Eius respiciunt,
palpebræ Eius explorant filios hominum.
5. Dominus probat iustum; impium autem, —
eumque, qui amat violentiam, odit anima Eius.
6. Pluere faciet super impios — laqueos, ignem et sulphur,
et perardens ventus erit pars calicis eorum.
7. Iustus enim est Deus — iustitiam amat;
Iusti intuebuntur faciem Eius.

v. 1. **In finem** — (vide 4, 1.); — **psalmus David** — vide 3, 1. Psalmus hic habet in hebr. et in LXX. 7. versus; in Vulg. 8. — Versus hebr. 1^{mus} est 1. et 2^{dus} Vulgatæ; v. 3., 4., 5., 6., 7. hebr. = v. 4., 5., 6., 7., 8. Vulgatæ.

v. 2. **dicitis** = potestis dicere; vide psl. 5, 8. Rgl. 16.

animae meae = mihi; vide psl. 3, 3. Rgl. 8.

omiss. **in montem** = in montanum vestrum = in montanum, in quo olim latebras habuistis; Vulgata j. LXX. non habet pronomen possessivum „vestrum".

sicut passer (singularis collectivus); Vulgata adjungit particulam comparationis — „sicut"; in hebr. textu est metafora *„aviculæ"* sensu eodem.

Vulgata fere semper ponit *„passer"* (speciem) pro „avis", „avicula" (genus); (b. Hieron. „avis").

v. 3. **paraverunt sagittas suas in pharetra**; — textus masoret.: *„aptant ad nervum sagittas suas"*. Sensus est idem; scil. præparant se ad necem proborum; — *sagitto aliquem* = sagitta peto eum.

v. 4. **quae perfecisti, destruxerunt** i. e. quæ perfecte, firmissime constituisti, ut legis auctoritas sit salva, destruxerunt, — ordinem legalem evertere nituntur. Idem dicit textus hebraicus: *„fundamenta* (scil. a Deo posita) *destruuntur ab iis* (scil. impiis)". — b. Hieron.: „quia leges dissipatæ sunt"; — *perficio* = fundo (vide 8, 3.).

quid fecit ?= quid efficit? Sensus est: Talibus in circumstantiis, cum fundamenta ordinis moralis destruuntur, iustus homo contra eos, qui ordinem violenter turbant, nil efficere potest.

Rgl. 28. **Regula 28.** *In hebraica lingua sæpe ponitur interrogatio pro negatione.*

v. 5. **Dominus in templo sancto suo** scil. est (vide Rgl. 2.) = Dominus est in sancto *palatio* suo; — hebr. הֵיכַל „hékal" = amplum ædificium, palatium, templum (vide psl. 5. „argumentum"). Sacrum taberna-

ulum et serius templum Iehovæ est simul palatium Iehovæ — *Dei simul* : *regis* populi Israëlitici.

Dominus in coelo sedes eius = Domini thronus est in cœlo.

Regula 29. *Quando nomen quoddam cum emfasi est pronuntiandum,* Rgl. 29. *onitur in loco primo et quidem in Nominativo*: dein inseritur sententiæ *le casus pronominis personalis* vel *demonstrativi*, qui nomini præposito in ententia competit. Talis Nominativus vocatur = *absolutus*, et in latino ermone redditur per: „*quod attinet*“ (vide psl. 9^2, 4.) vel exprimitur illo asu, quem *pronomen sequens* indicat: pronomen autem hocce non est verendum, quia solum indicat casum nominis præpositi. Nostra sententia edditur ergo vel: — *a) Quod Dominum attinet*, thronus *Eius* est in cœlis, el vero: *b) Domini thronus* est in cœlis.

in pauperem; addit Vulg. iuxta LXX., quin sensum mutet. add.

interrogo = probo, exploro. Sic etiam Sap. 6, 4.: „Qui interroabit“ — Alff.: unterſuchen; Latinum „interrogo“ significat etiam = *sciscitor*, *ercontor*, *quæro*. (v. c. Cic. Part. 1. Cat. 1, 5. ext. Cæsar B. 9. 3. 71. xt. etc.). — *inquiro in aliquem*. (Liv. 38, 50. Cic. Dom. 29. etc.).

v. 6. **odit animam suam** i. e. impius odio habet *se*, quia ob im- var. ietatem suam a Deo iustissimo punietur. — Secundum textum masoret. ensu *non* diverso: „impium odit anima Eius“, i. e. Deus impium odio abet; sic etiam b. Hieronymus vertit.

Hebr. נַפְשׁוֹ (nafšo) verti potest „anima *sua*“ et „anima *eius*“, prout el ad *subiectum* sententiæ illud pronomen refertur, vel ad *aliud* nomen. Secundum Vulgatæ versionem, cui subiectum est in II. hemistichio — qui diligit iniquitatem“ (= iniquus), — verti debet pronomine: anima *sua* niquus odit animam *suam*).

In textu masoret. est autem *subiectum* „*anima* Eius“ i. e. Deus, et *biectum* odii est — *iniquus;* — Vocem „anima“ esse subiectum II. he- istichii, docet verbum „odit“ positum in III. persona singul. *femin.*, quia efertur ad „nefeš“. —

Græcus LXX. habuit fors in textu suo verbum in III. pers. sing. *masc.*; git ergo: שָׂנֵא (saná), pro masoret. שָׂנְאָה (san'a').

Ut iam dictum, sensus non est diversus; nam, qui peccat, contrahit bi odium Dei et simul se ipsum odio habet. Neque hoc negatur a Maoretis, neque illud a Vulgata.

v. 7. **spiritus procellarum** i. e. procellæ spirantes, vehementes; in xtu masoret: “*perardens ventus*“; intelligitur ardens ille ventus et suffoans, — *eurus*, — qui a medio Iunio usque ad medium Septembrem spirat, - quem Arabes „*samum*“ i. e. (ventum) venenosum vocant. — B. Hieron. ertit: „spiritus tempestatum“: — sensus non mutatur, nam tam hoc, quam lo designatur — „*calamitas summa*“.

Calix sæpe tropice adhibetur loco vocis: „sors“, „portio“; idem denotat **pars calicis**“.

v. 8. **aequitatem vidit vultus eius** i. e. iustis delectatur vultus ius: *æquitas* abstractum pro concreto: æqui, iusti (homines). — Vulgata sa vertit concreta pro abstractis v. c. 24, 21. „innocentes et recti“.

video, hebr. חָזָה (chazá) = adspicio, intueor, adspectu *delector*. — uia autem Deus iustis delectatur, reddet eos æterne beatos; et hoc dicit

text. masoret.: iusti intuebuntur faciem Eius, i. e. iusti æterne beati erunt. Vulgata habet *præcedens* pro *subsequente* vel *causam* pro *effectu*. —

Rgl. 30. **Regula 30.** *In hebraica lingua sæpe ponitur abstractum pro concreto*; v. c. *adiutorium* = adiutrix (Gen. 2, 18.); veritates = veritatis amantes, fidi, (psl. 11, 2.); *captivitas* = captivi (psl. 67, 19. et al.); desiderium = res desiderata (20, 3.) etc.

PSALMUS 11. (hebr. 12.)

Oratio iusti grassante corruptione morali.

Auctor sacer — David queritur, probos et sinceros emori, et progeniem peiorem nasci (v. 2—5.). Iehova promittit auxilium, quod vates certissime sperat; sunt enim promissa Iehovae sincera, purissimo argento comparanda. (v. 6—9.) — Exaratio huius psalmi facta esse videtur:

1. Vel tempore, quo David calumniis Doëgi et similium apud Saulum impetitus parentes suos securitatis causa in ditionem Moabiticam transportaverat, dein autem divina promissione per prophetam Gadum recreatus, in terram Iuda reversus est. I. Sam. 22, 1—5 ; — vel vero.

2. eo tempore, quo quam plurimi ad Absalonem deficiebant. — II. Sam. 15, 13 et seq. . .

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem pro octava, Psalmus David.	1. Præfecto musicæ secundum octavam. Psalmus Davidis.
2. Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus: quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum.	2. Adiuva, o Domine! nam deficiunt probi, nam cessarunt fidi ex hominibus.
3. Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum: labia dolosa, in corde et corde locuti sunt.	3. False loquuntur unusquisque cum socio suo, blandis labiis, corde non sincero loquuntur.
4. Disperdat Dominus universa labia dolosa, et linguam magniloquam.	4. Excindat Dominus omnia labia blanda, linguam fastidientem —
5. Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt: quis noster dominus est?	5. eorum, qui dicunt: „Lingua nostra prævalebimus, labia nostra sunt nobiscum; quis dominus nobis“?

Propter miseriam inopum, et gemitum pauperum nunc exsurgam, dicit Dominus. Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.

Eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum septuplum.

Tu, Domine, servabis nos: et custodies nos a generatione hac in æternum.

In circuitu impii ambulant: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

6. **P**ropter oppressionem afflictorum, propter gemitum pauperum — „Nunc surgam", dicit Dominus, „ponam in salute oppressum."

7. Verba Domini sunt verba pura, velut argentum, quod in catino liquatum in terra apparet, purgatum septuplum.

8. **T**u, Domine, custodies eos, Tu servabis nos ab hoc genere in perpetuum.

9. Quaque versum improbi apparent, quum invalescit vilitas inter homines.

---

v. 1. **In finem**; vide psl. 4, 1.—: **pro octava**; vide psl. 6, 1. **psalmus David**; vide psl. 3, 1.

v. 2. **salvum facio aliquem** = adiuvo eum. Vulg. *addit* obiectum: add. „e". —

sanctus: singul. collectivus = probi, Dei cultores, vide psl. 4, 4.

veritates: abstractum pro concreto = veritatis amantes — b. Hier. „fidi" = fideles; vide psl. 10, 8. Rgl. 30.

diminuor = i. e. ad minimum redigor = cesso; b. Hieron. „imnuor". — „a" = ex; hebr. מִן (min) confer 20, 11.

filius hominis = homo.

v. 3. **vana locuti sunt unusquisque** = false loquuntur . . . De nificatione nominis *„vanitas"* et adiectivi *„vanus, -a, -um"* in Vulgata le 5, 10. —

labia dolosa = labiis dolosis, blandis.

Regula 31. *Vulgata utitur Accusativo adverbialiter ad modum Accuivi hebraici et græci;* confer N. T. Hebr. 10, 22.: „aspersi corda, abluti Rgl. 31. rpus". —

In corde et corde locuti sunt = corde non sincero loquuntur. Alll.: „mit doppelten Herzen reden sie". —

Regula 32. *In lingua hebraica idem nomen* ***dupplicatur:*** Rgl. 32.

a) ad designandam „diversitatem"; cor et cor = cor non sincerum = r falsum = aliter cogitat et aliter loquitur. — In aliis locis vertit Vulgata men dupplicatum mox ad *sensum*, mox ad *verbum*; v. c.

Deut. 25, 13.: „Non habebis in sacculo *diversa pondera*" (in textu braico ad verbum: *„pondus et pondus"* i. e. gravius et levius; — graviora finem emtionis et leviora in finem venditionis.) — In v. 14.: „Non erit domo tua *modius maior et minor*". Vocem *„diversus"* Vulgata hic loci n disserte ponit, quia sequitur statim in textu „maior et minor". —

Attamen Prov. 20, 10. vertit Vulgata ad verbum: *„Pondus* et *pondus*, nsura et *mensura*, utrumque abominabile est apud Deum". — v. 23. bominatio est apud Deum *pondus* et *pondus*".

b) Sæpius adhuc dupplicatur nomen ad designandam „*pluralitatem*“ v. c. generatio et generatio = generationes; 44, 18. — in progenie et progenie = in omnes ætates; 48, 12.

in corde = corde; *in* est instrumentale, vide 2, 9. Rgl. 7.

v. 4. **disperdat** = excindat; All.: Es vertilge.

v. 5. **qui dixerunt** = eorum, qui dicunt. — All.: Die da sagen.

Rgl. 33. **Regula 33.** *Hebraicum pronomen relativum includit in se etiam demonstrativum.*

magnificare linguam pro: prævalere linguā — effectus pro causa.

labia nostra a nobis sunt = labia nostra sunt a parte nostra, seu *nobiscum*, ut b. Hieron. vertit. Loch: sind mit uns.

dominus; in hebraico est אֲדֹנָי „adon“; — non — „Iehova“. —

v. 6. **miseria** pro oppressio — b. Hieron. „vastitas“; effectus pro causa. — **inops** pro afflictus, ut sæpe in Vulgata occurrit; est enim synonimum vocis „*pauper*“; vide 9, 10. 13 etc. —

ponam in salutari = ponam in salute — in tuto oppressum; = salvum faciam oppressum; vide 9, 16.

omiss. Vulgata obiectum „oppressum“ disserte non exprimit; per se enim
ad d. intelligitur; addit autem iuxta LXX. **„fiducialiter agam in eo“** i. e. *cum eo*, ita ut sit sensus: Tamquam amicus causam eius agam. —

Additamentum hoc sensum non mutat, et quoad rem in præcedentibus „ponam in salute oppressum“ continetur. B. Hieron. vertit: „Ponam in salutari auxilium eorum“.

v. 7. **argentum probatum terrae** i. e. probatum a terra; — æstimatum, probatum a populis; vel etiam: — probatum in usum terræ; geprüft für das Land, ut Loch vertit. —

terra — continens pro contento = populi, homines.

Secundum Vulgatam comparantur eloquia Dei cum argento, — quod a populis purissimum *agnoscitur* et *æstimatur*.

Secundum textum masoret. comparantur cum *argento, quod in catino liquatum in terra apparet, purgatum septuplum;* — ergo cum argento purissimo, ita ut in *re* nulla sit dissensio. — Eodem sensu vertit *b. Hierom.*: „argentum igne probatum *separatum a terra*“ (= perfecte purgatum a scoriis) colatum septuplum“. —

Septuplum est numerus determinatus pro indeterminato; hic loci „multoties,“ seu toties, quoties id necessitas exigit, ut argentum *sit* et *vocari possit — purissimum*.

v. 8. **Tu servabis nos** scil. iustos. — Textus masoret. habet: „*eos*“, permutato suffixo III. pers. cum illo I. personæ, — quo sensus minime
var. mutatur. (conf. psl. 5, 9.) — Alexandr. legit נוּ (enu) = „nos“ loco masoret. ם (em) = „eos“. Permutatio נ cum ם est facillima.

var. v. 9. **secundum altitudinem Tuam** i. e. secundum altissimam, incomprehensibilem sapientiam Tuam permittis, ut numerus impiorum, qui nos circumdant, augeatur. —

Secundum *textum masoret.*: Quaque versum improbi apparent, quum invalescit vilitas inter homines, i. e. Invalescente vilitate inter homines quaque versum improbi apparent, i. e. numerus improborum crescit. —

Fieri hoc *Deo permittente*, ut Vulgata habet, *per se* intelligitur, et sic etiam illa veritas, quam textus masoret. dicit: „invalescente vilitate numerus improborum crescit“.

Græcus LXX. habuit in codice suo „כַּרְמְךָ“ (k'rum'ka), pro masoreto: „כַּרְמָם“ (k'rum); — ergo cum suffixo II. pers. singul.; inde vertit: „κατὰ ὄψος σου“. Textus masoret. illud *suffixum* non habet; etiam b. Hieron. id non habuit in textu suo. —

Dein legit Alexandr. impunctatum זלות: „zallota“ = multiplicasti — pro masoretici „zullut“ i. e. vilitas.

Est ergo sensus vers. 8. et 9ni *secundum Vulg. et text. masoret.:* „Tu serbis iustos ab impiis, qui nos opprimunt, qui nos circumdant, — quorum merus, permittente sapientia Tua incomprehensibili, augetur invalescente itate“. — B. Hieron. vertit: in circuitu impii ambulant, cum exaltati erint vilissimi filiorum hominum“; — reddit ergo abstractum „vilitas“ — ncreto „vilissimi“. (vide 5, 10. Rgl. 18.)

PSALMUS 12. (hebr. 13.)

Exaudi me, Domine!

Auctor et argumentum. — Auctor psalmi huius, David, diuturnis rsecutionibus exagitatus enixe implorat auxilium divinum, simulque firmissiam suam spem et fiduciam in Iehovae gratiam contestatur. —

Occasio: Multas persecutiones passus est David sub Saulo; quae autem rum dederit occasionem huic carmini exarando, definiri nequit.

Quoad numerationem est: versus 1. et 2. text. hebr. = 1. v. Vulg.
3. *a) b)* — = 2. „ „
3. *c)* — = 3. „ „
ceteris numeris nulla est discrepantia.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
. In finem, psalmus David.	1. Præfecto musicæ; — Psalmus Davidis.
Usquequo, Domine, oblivisceris me in finem: usquequo avertis faciem tuam a me?	2. Quousque, Domine, oblivisceris mei prorsus! quousque occultabis faciem Tuam a me?
2. Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?	3. Quamdiu volvam consilia in animo meo?
3. Usquequo exaltabitur inimicus meus super me?	mœrorem in corde meo tota die? quousque efferet se hostis meus super me?

4. Respice, et exaudi me, Domine Deus meus.
Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte;
5. ne quando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.
Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero:
6. ego autem in misericordia tua speravi.
Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo Domino, qui bona tribuit mihi, et psallam nomini Domini altissimi.

4. **R**espice, exaudi me, Domine, mi Deus!
collustra oculos meos, ne dormiam somnum mortis,
5. ne dicat hostis meus: Prævalui ei! adversarii mei exultant, quando nuto.

6, **E**go autem in gratia Tua fiduciam pono;
cor meum exultabit de auxilio Tuo, cantabo Domino, quod benefecit mihi.

v. 1. **In finem**; vide psl. 4, 1. — **psalmus David** vide psl. 3, 1. **obliviscor** construit Vulgata etiam cum *Accusativo personæ*; — vide 9, 18. —

in finem = prorsus (b. Hieron. „penitus"). — All. et Loch: „so ganz". — **averto faciem** = occulto — (b. Hieron. „abscondo") faciem.

v. 2. **pono consilia** = volvo consilia i. e. pono iterumque pono. — All.: „rathschlagen". — Loch: „Sorgen hegen". — **anima** = animus — vide psl. 9, 3. — **dolor** mœror; — causa pro effectu.

v. 3. **exaltor**; (medium) = effero me. — All. et Loch: „sich erheben".

v. 4. **meus** = mi; vide 7, 4. — **in morte** = in mortem. — Loch: „in den Tod". — All.: „zum Tode". — **mors** = somnus mortis.

v. 6. **misericordia** = gratia, vide psl. 5, 8. — **salutare** = auxilium; vide psl. 9, 16.

in = „de" — post verba *gaudendi*; vide psl. 2, 3. — Loch: „ob deines Heiles".

add. Vulgata addit in fine i. LXX.: „*Et psallam nomini Domini altissimi*". — Nec Syrus, nec b. Hieron. additamentum hoc exhibet; — desumptum est verosimiliter ex psl. 9, 3.

PSALMUS 13. (hebr. 14) = Psl. 52. (hebr. 53.)

Mundus malus.

Auctor et argumentum: Translata iam arca in Sionem (col. v. 7.), queritur psaltes regius de impiis et potentibus oppressoribus populi (v. 4.), quibus coërcendis par non erat; hinc auxilium divinum exoptat, et liberationem captivorum melioribus temporibus committit. — Si loqnitur de reductione

ptivorum (v. 7.) intelligendi sunt illi Israëlitae, qui occasione tot bellorum, ae David gessit, in captivitatem abducti sunt.

Quoad impios et potentes oppressores, intelliguntur non tantum hostes eri, sed huc pertinent etiam caedes Abneri et Amasae — per Joabum. II. Sam. 3, 27—32.; — 20, 8—10. — et III. Reg. 2, 5—6.

Textus Vulgatæ.

In finem, Psalmus David.

Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.

Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens, aut requirens Deum.

Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt: non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Sepulcrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant: venenum aspidum sub labiis eorum.

Quorum os maledictione et amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Contritio et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt: non est timor Dei ante oculos eorum.

Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam sicut escam panis?

Dominum non invocaverunt: illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ; — Davidis.
   Dicit stultus in corde suo: „Non est Deus,“
   Perditi sunt — abominandi in actibus suis,
   non est, qui faciat bonum.

2. Dominus de cœlis despicit — in homines,
   ut videat, num quis exstet sapiens, qui quærat Deum.
3. Numquid omnes recesserunt, — ad unum corrupti sunt?
   non est, qui faciat bonum, non est vel unus?

4. Numquid insaniunt omnes malefici isti,
   qui vorant populum meum — vorant instar panis,
   Dominum non invocant?
5. Ibi contremiscent pavore,
   nam Deus est cum genere iusto.

6. Quoniam Dominus in generatione iusta est: consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes eius est.
7. Quis dabit ex Sion salutare Israel? Cum averterit Dominus captivitatem plebis suæ, exultabit Jacob et lætabitur Israel.

6. Dirimite consilia afflicti, quum Dominus est refugium eius!

7. **U**tinam veniret ex Sione salus Israelis!
Si reduxerit Jehova captivos populi sui,
exultabit Jacob, lætabitur Israel.

v. 1. **In finem** vide 4, 1. — **Psalmus David** vide 3, 1. — **dixit** = dicit, dicere solet. — **insipiens** = stultus, i. e. impius; ille, qui non timet Deum, qui existentiam Dei negat; „Initium enim sapientiæ est timor Domini“ (psl. 110, 10.); — insipiens in hebraico vocatur נָבָל (nabal); agendi ratio eius delineatur a Isaia propheta 32, 6.

studia = opera, actus; vide psl. 9, 12. Opera esse mala, docet locus parall. 52, 2, „in iniquitatibus“. Ull.: „Unſchläge“.

add. **non est usque ad unum** i. e. non est vel unus; Ull.: „auch nicht einer“. Hoc Vulgatæ (iuxta LXX.) additamentum translatum est huc ex versu 3^{tio}.

v. 2. **requiro** = quæro, vide Rgl. 5.; **aut** addit Vulg. i. LXX.

v. 3. **inutiles** = corrupti; effectus pro causa; — *b. Hieron.* „conglutinati“.

add. Post v. 3. addit Vulgata: „Sepulcrum patens est . . . . ante oculos eorum“. —

Teste b. Hieronymo erat hoc additamentum in Alexandrina κοινῇ, et probabiliter ex epistola ad Rom. 3, 13–18. desumptum est. — Ceterum reperitur:

I. sententia etiam in psalmo 5, 11. et 139, 4.
II. „ „ „ „ 9^{2}, 7. — Prov. 1, 16. Vulg.
III. „ „ „ Isaia 59, 7—8.; psl. 37, 2.

contritio = pernicies, fractura; (vide psl. 59, 5.); conf. I. Macc. 4, 32; — in N. T. Rom. 3, 16. „contritio et infelicitas“; Ull.: „Verderben und Unglück“.

v. 4. **nonne cognoscent?** (psl. 52. „nonne sciant“) = numquid insaniunt? — *non sapere* = insanire. — „*nonne*“ Vulgatæ = *numquid* sensu: „Kommen ſie wohl zur Erkenntnis, zur Einſicht? = Haben ſie Verſtand?“

v. 4^{ti}. partem tertiam text. hebraici trahit Vulgata (non LXX.) ad v. 5^{tum}; — vide Rgl. 6. pag. 16.

add. v. 5. Vulgata iuxta LXX. addit ex psl. 52, 6. **„ubi non erat timor“** i. e. ubi non erat timendum, i. e. subito terrore correpti. Hoc additamentum manifeste respondet editioni huius psalmi secundæ — psalmo scilicet 52do.

v. 5^{ti} partem secundam text. hebraici trahit Vulgata (non LXX.) ad v. 6^{tum}; vide Rgl. 6.

v. 6. **Dominus** pro „Deus“, hebr. אֱלֹהִים, LXX. „ὁ θεός“.

in generatione iustorum = *cum* generatione iusta. — „*in*“ = cum; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. 3.; *generatio iustorum* = generatio iusta, genus iustum; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.

confudistis = confundere, dirimere *voluistis*.

v. 7. **quis dabit salutare** . . . = Utinam veniret salus! —

Regula 34. „*Quis dabit*“ est *hebraismus*, *quo optativus exprimitur* = Rgl. 34.
inam detur salus (conf. psl. 4, 6. Rgl. 12); de „*salutare*“ vide 9, 16.

cum averterit captivitatem plebis suae, = si reduxerit captivos plebe sua, i. e. si captivitati, exilio finem imposuerit. —

Pro „avertere“ ponit Vulgata „*convertere*“ in psl. 52, 7. —

„*avertere*, *convertere*“ Vulgatæ = reducere, facere, ut revertantur. (b. ieron. „quando *reduxerit* . . “) — *captivitas* abstract. pro concreto = ptivi; vide psl. 10, 8. Rgl. 30. — *captivitas plebis* = captiva plebs, ptivus populus = captivi ex populo; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.

PSALMUS 14. (hebr. 15.)

Iustus salvabitur in aeternum.

Auctor et argumentum, — Regius psaltes, — David, — delineat leam veri cultoris Iehovae. Verus Dei cultor est probitatis et veracitatis tudiosus nec non sinceri erga homines animi. Talis cultor est, quando ad anctuarium accedit, Deo gratus, eritque etiam beatus in aeternum. —

Detractio et calumnia, adulatio, perjurium, oppressio fenore (Ex 22, 24. ev. 25, 36.) et partium studium in judicio — cum idea veri cultoris Dei so-iari nequeunt. (Confer verba divini Salvatoris: „Non potest arbor bona malos ructus facere“; — „a fructibus eorum cognoscetis eos“ etc. Math. 7, 16. . .)

Occasio. — Occasio hujus psalmi exarandi erat sine dubio solemnis ranslatio arcae foederis ex Kirjat — jearim in montem Sionem.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. Psalmus David. . . .	1. Psalmus Davidis.
Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?	Domine, cuinam licet commorari in tentorio Tuo, cuinam licet habitare in monte Tuo sancto?
2. Qui ingreditur sine macula et operatur justitiam:	2. Ei, qui vivit integre et agit juste,
3. qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua:	et qui loquitur veritatem secundum cor suum.
nec fecit proximo suo malum, et opprobrium non accepit adversus proximos suos.	3. Qui non calumniatur lingua sua, qui non facit iniuriam socio suo, et qui non profert contumeliam in proximum suum.

4. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat.
Qui iurat proximo suo, et non decipit:
5. qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera super innocentem non accepit:
qui facit hæc, non movebitur in æternum.

4. In cujus oculis contemnitur contemptu dignus,
magni autem æstimantur cultores Domini;
ille, qui, si juravit cum damno, — illud non mutat.
5. Qui pecuniam suam non collocat fenore,
et munus adversus innocentem non accipit.
Qui facit hæc, non nutabit in æternum.

v. 1. **Quis habitabit . . . quis requiescet** = cuinam *licet* commorari . . cuinam licet habitare in . . . ; vide de *potentiali* psl. 9, 15. Rgl. 16.

v. 2^{di} partem secundam textus hebraici trahit Vulgata ad versum 3^{tium} ; vide Rgl. 6. pag. 16.

v. 3. **in corde suo** = *secundum* cor suum; *in* = *secundum*; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. — **in lingua** = linguā; „*in*“ instrumentale; vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

opprobrium non accepit, scil. in ore, **adversus proximos suos** = qui non profert calumniam in proximum suum; singularis habet notionem *collectivam.*

v. 4. **ad nihilum deduci in oculis alicuius** = contemni (b. Hieron.: „despici“) in oculis alicuius. —

malignus = contemptu dignus; causa pro effectu. —

timeo Dominum = colo Dominum; *timens* = colens, cultor. —

var. **qui iurat proximo suo**; scil. cum *damno*, ut textus masoret. habet, et etiam b. Hieron. reddit: „iurat, *ut se affligat.*“ — Græc. LXX. legit impunctatum רע — „re'a“ i. e. proximus, — loco masoret. „*ra*“ i. e. damnum. Addit insuper suffixum III. personæ sing.; inde vertit αὐτοῦ, Vulg. „suo“.

et non decipit = illud non mutat; i. e. non obstante damno, quod sibi iuramento contraxit, illud, quod iuramento confirmavit, non mutat. — Mutatione fit *deceptio;* ad deceptionem homo facile adducitur *damno*, quocum observatio iuramenti coniuncta est. Idem ergo, sed *generalius* dicit Vulgata: „qui iurat proximo suo et non decipit“, i. e. non decipit proximum *respectu eorum*, ad quæ se iuramento obligavit. — Articulo ante vocem „*ra*“ — damnum, significatur damnum *certum*, *inevitabile;* vide 3, 9. „salus“.

v. 5. **super innocentem** = *contra*, *adversus* innocentem. —

Super = contra, adversus; confer psl. 26, 2. „Dum appropiant *super me* nocentes“ — 40, 10.: Magnificavit *super me* supplantationem“, etc. —

moveri = nutare, cadere (ut *sæpe* occurrit).

PSALMUS 15. (hebr. 16.)

Deus optima pars hereditatis meae.

Auctor et argumentum. — Regius psaltes — David, — in summo rum discrimine versans, contestatur, gratiam Dei esse summum bonum suum, se fidelibus tantum Jehovae cultoribus delectari (v. 2.—3.), — omnem autem tum alienum aversari (v. 4.—5.); dein sortem sibi a Deo praefinitam laudat, 6.) spemque suam reponit in Deo, qui eum semper docebat et docet, et qui m ex omnibus periculis, quae saluti et vitae ejus minantur, eripiet aeterneque atum reddet (v. 7.– 11.)

Messianum hujus psalmi characterem testantur Actus apostolorum 2, —33. — Citatis nempe versibus 8.—11. hujus psalmi, dicit b. Petrus apo-lus: „Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha David, quoniam unctus est, et sepultus, et sepulchrum eius est apud nos usque ad hodiernum m. Propheta igitur cum esset, et sciret, quia jurejurando jurasset illi Deus, fructu lumbi ejus sedere super sedem ejus: providens locutus est de surrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro us vidit corruptionem. Hunc Jesum resuscitavit Deus, cujus nos omnes tes sumus. Dexterā igitur Dei exaltatus, et promissione Spiritus sancti accepta Patre, effudit hunc, quem vos videtis, et auditis."

Occasio exarationis indicari nequit.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
. Tituli inscriptio ipsi David. Conserva me, Domine, quoniam sperevi in te.	1. Carmen aureum Davidis. Serva me, o Deus, nam fiduciam pono in Te!
2. Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.	2. Dico Domino: „Tu es Dominus meus, felicitas mea non est præter Te!
. Sanctis, qui sunt in terra ejus, mirificavit omnes voluntates meas in eis.	3. Sanctis, qui sunt in terra, et illustribus unice delector.
. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea acceleraverunt. Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.	4. Multi sunt dolores eorum, qui ad alios deos festinant. Non libabo libationes cruentas illis libari solitas, nec sumam nomina eorum super labia mea.
. Dominus pars hereditatis meæ, et calicis mei: tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.	5. Dominus est portio mea in terra et calix meus, Tu servabis hereditatem meam!
. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara est mihi.	6. Funiculi ceciderunt mihi in regione peramœna, et hereditas illa placet mihi.

7. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.
8. Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dexteris est mihi, ne commovear.
9. Propter hoc lætatum est cor meum, et exultavit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe.
10. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.
11. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem.

7. Laudo Dominum, qui consulebat mihi
immo noctu monent me renes mei
8. Continuo pono coram me Dominum
qui mihi ad dexteram est: — non
nutabo.
9. **P**ropterea lætatur cor meum et
exultat animus meus,
immo et caro mea secure habitabit
10. Non enim relinques animam meam
in orco,
non permittes, ut sanctus tuus videat
corruptionem.
11. Edoces me viam vitæ,
satietas lætitiarum est coram facie
Tua,
lætitia vera est ad dexteram Tuam
perpetuo.

v. 1. **Tituli inscriptio**; *titulus* vocatur — lapis monumentalis — monumentum (confer gen. 28, 18.); Loch: „Mal" (= Denkmal). — *tituli inscriptio* = carmen dignum, ut lapidi stylo insculpatur = carmen monumentale, insigne, egregium. — Idem denotat græcum „στηλογραφία," quod LXX. exhibet.

In textu hebraico est מִכְתָּם (miktam), i. e. scriptum. Radix est כָּתַם = כָּתַב (katam = katab) punxit stylo = sculpsit, scripsit. — Ab alii derivatur a nomine כֶּתֶם (kétem), voce poëtica, quæ denotat „aurum"; ergo aliquid aureum, insigne, egregium. Unde nostra versio: *„carmen aureum"*.

Inscriptio hæc occurit *sexies*. — et quidem in psalmis 15, 55—59. — Latinis est *„titulus"* = 1. inscriptio, præcipue in columnis, in arcu triumphali. — Dein 2. „columna", „statua".

ipsi David i. e. Davidis. Græc. LXX. vertit loco *Genitivi auctoris* quem præpositio לְ (l') indicat, semper *Dativum:* „τῷ Δαυίδ", quod Vulg. reddit vel „David" v. c. psl. 3, 4, 5, etc.; vel „ipsi David". Vulg. exprimit ergo *articulum* græcum nonnunquam pronomine *„ipse"*, — in psl. 96, 1. *„hic"*. *„Psalmus ipsi David"* = psalmus, qui originem suam debet ipsi Davidi.

conserva = serva; compositum pro simplici verbo; vide Rgl. 5 pag. 16.

Domine = o Deus. Alexandr. vertit hebr. אֵל (el) — „κύριος" ind. Vulgata latina habet „Dominus". Sic vertit Alexd. etiam Num. 23, 8. Ios. 3, 10. Iob 8. 3.

v. 2. **quoniam bonorum meorum non eges** i. e. Tu es tibi suffi-entissimus, — bonorum meorum non eges. — Idem continetur etiam in ·xtu masoretico quoad rem: *„felicitas mea non est præter te“* i. e. Quod me ·vera felicem, beatum reddit, non est præter te; i. e.: Tu solus es fons feli-·tatis meæ; beatitudo mea a Te dependet.

Quod *de se* dicit, valere etiam de ceteris creaturis, docetur in psal-·rio in plurimis locis. In idem redit versio b. Hieronymi: „Bene mihi non ·st sine te“.

Sensus versionis Vulgatæ et textus masoret. est: „Tu es tibi suffi-·entissimus, beatitudo autem mea et ceterarum creaturarum a Te dependet“.

Ratio versionis divergentis est sequens: Hebraicum טוֹבָתִי (tobati) ·mi potest vel

1) *active*: „bona mea, beneficia mea“ i. e. bona, quæ ego aliis con-·ro; vel

2) *passive*: „felicitas mea, salus mea“ i. e. bona, quibus ego afficior. Ut patet, sumserunt LXX. et lat. Vulgata illam vocem — „active.“

v. 3. **sanctis, qui sunt in terra eius, mirificavit omnes volun-·ates meas in eis** — Sensus est: In sanctis, qui in terra versantur, Deus ·nnia desideria mea miro modo adimplevit. —

Quod Vulg. vertit: *„sanctis“* est in hebraico — Nominativus absolutus ·præmissa præp. לְ (l'), et sonat proprie: „quod sanctos attinet“. De Nomi-·ativo absoluto vide psal. 10, 4. Rgl. 24. — Idem dicit textus masoret. Sanctis, qui sunt in terra et illustribus unice delector“. —

Delectatio, gaudium sequitur — adimpletionem desideriorum: — etiam ·os dicimus: „desideria mea sunt adimpleta“ pro „gaudeo“ et vice versa.

in terra eius = Vulgata addit iuxta LXX.: „eius“. add.

mirificare = miro modo facere. Alexandr. legit loco masoretici וְאַדִּירֵי v'addirê) = „et illustres“ — יְאַדִּיר (ja[a]dir); inde vertit ἐθαυμάστωσε, Vulg. var. ·mirificavit.“ — **voluntas** = *a)* delectatio, *b)* obiectum desiderii, res desi-·erata vide 1, 2.

v. 4. **infirmitates** = dolores; causa pro effectu.

postea acceleraverunt i. e. *post ea* (vide Rgl. 6. pag. 16.) scil. idola, var. ·eos falsos, celeriter abierunt = ad deos alienos festinant. — **accelero** = ·eleriter abeo, festino. — Idem dicit textus masoret.: *„Multi sunt dolores ·rum, qui ad alienos deos festinant“*. — Græcus LXX. legit vocem non ·uuctatam אחר „achar“ = *post;* pro „acher“ = *alius.*

„Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus“ i. e. Non ·ongregabo conventus eorum, ut intersim cruentis eorum sacrificiis“. — Idem ·icit quoad *rem* textus masoret.: *„Non libabo libationes cruentas, illis libari ·olitas“*, vel ut b. Hieron. habet: „Non libabo libamina eorum de sanguine“.

v. 5. **restituo**; compositum pro simplici „statuo, stabilio. servo“ (vide ·gl. 5. pag. 16.)

Tu es, qui restitues hereditatem meam = Tu servabis hereditatem ·eam, hac in terra ab hoste violatam; *conf. retribuo* pro „tribuo“ 7, 5.

Vulgata hebr. vocem תָּמַךְ (tamak) = „prehendo, prehensum teneo, su-·tento, servo“, — *varie* vertit v. c. *„apprehendo“*: Prov. 31, 19. — *„teneo“* ·mos 1, 5. 8. — *sustento* Ex. 17, 12. — *„suscipio“* psl. 40, 13.; 62, 9. (sus-·ipio = tueor; vide psl. 3, 4.) — *„perficio“* psl. 16, 5.; — hic loci *„restituo.“*

v. 6. **funes** *scil. mensorii;* **in praeclaris** = in regione peramœna, vel præclare; vide psl. 5, 10. Rgl. 18.

etenim Vulgatæ denotat sæpe — *etiam;* conf. 36, 25.: „junior fui, *etenim* consenui"; psl. 82, 9. „*Etenim* Assur venit cum illis".

v. 7. **intellectus** = consilium, ut etiam b. Hieron. vertit; effectus pro causa.

v. 8. **providebam Dominum in conspectu meo semper** i. e. Videbam semper Deum ante me; — semper eum præ oculis habui"; vel, uti b. Hieron. habet: „proposui Dominum in conspectu meo semper;" — *provideo* = video; vide Rgl. 5. — *in conspectu meo* = ante me; vide Rgl. 4.

commoveor = moveor; nuto, cado; vide psl. 14, 5.

v. 9. **in spe** = secure; vide psl. 4, 10. Rgl. 14.

non dabis = non permittes.

Hebr. נָתַן (natân) sequente Accusativo personæ et infinitivo cum præpositione denotat: „concedere, permittere" ut græcum δίδωμι. Vulg. ipsa sic vertit; v. c. Gen. 20, 6. „et non *dimisi*, ut tangeres eam" Loch: „und ließ nicht zu, daß du sie berührteſt". — Confer 3, 19. etc. — In Iud. 1, 34. pro „non permittere" vertit Vulg. „*locum non dare*" sensu eodem.

v. 11. **cum vultu tuo** = coram facie tua. — Hebr. אֵת (et) = *apud;* sequente „facies" valet idem, quod לִפְנֵי (lif'nê) = coram.

delectationes scil. sunt; vide Rgl. 2. pag. 16. i. e. lætitia *vera* est. — *Plurali* vocis exprimit hebr. lingua *superlativum*, qui in lingua latina optime redditur hic loci „lætitia *vera*"; vide psl. 5, 10. Rgl. 18. — Sensus Vulgatæ et textus masoret. est idem.

in dextera = ad dexteram vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

PSALMUS 16. (hebr. 17.)

Domino confidit justus persecutionem patiens.

Auctor et argumentum. — Auctor hujus psalmi — David patiens persecutionem ex parte hostium implacabilium, fastuosorum, insidiosorum, bonis omnibus affluentium et ad voluptatem omnia referentium — testatur innocentiam suam, opemquo Dei implorat. Summae consolationi est ei firma fides, justos fore aeterne beatos in altera vita.

Tempus et occasio. — Psalmus hic exaratus est absque dubio illo tempore, quo Saul Davidem persequebatur; propius autem quid determinari nequit.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
Oratio David.	1. Oratio Davidis.
1. Exaudi, Domine justitiam meam: intende deprecationem meam.	Audi Domine rem justam, attende gemitum meum!

Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.
. De vultu tuo judicium meum prodeat: oculi tui videant æquitates.
. Probasti cor meum, et visitasti nocte: igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas.

, Ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.
. Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea.
. Ego clamavi, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam mihi, et exaudi verba mea.
. Mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te.

. A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, ut pupillam oculi. Sub umbra alarum tuarum protege me:
). a facie impiorum, qui me afflixerunt.
Inimici mei animam meam circumdederunt,
). adipem suum concluserunt: os eorum locutum est superbiam.
. Projicientes me, nunc circumdederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.

. Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, et sicut catulus leonis habitans in abditis.

ausculta preces meas de labiis doli expertibus!
2. A Te exeat iudicium super me, oculi Tui spectant recte!

3. **E**xplorasti cor meum, inspexisti noctu igne probasti me, —
in me non invenies cogitationem pravam,
hæc non transcendit os meum.
4. Quoad opera humana — ego secundum verba labiorum Tuorum — abstinui me a viis violentis.
5. Gressus mei inhæserunt orbitis Tuis, passus mei non vacillaverunt.

6. **E**go Te invoco; Tu enim, o Deus, exaudis me,
inclina aurem Tuam ad me, audi sermonem meum!
7. Insignia redde gratiosa beneficia Tua, nam Tu liberas confidentes Tibi
ab adversariis — dexterā Tua!
8. **C**ustodi me tamquam pupillam oculi, in umbra alarum tuarum occultes me —
9. ab improbis, qui persequuntur me, ab hostibus, qui cum impetu circumdant me!

10. **I**lli claudunt cor suum torpens, fastuose loquuntur ore suo.
11. Quoad gressus nostros — nunc me circumdant,
oculis suis intendunt, ut dejiciant me in terram.
12. Sicut leo, qui appetit discerpere, et sicut leo juvenis sedens in latibulis.

13. Exsurge, Domine, prævені eum et supplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameam tuam
14. ab inimicis manus tuæ. Domine, a paucis de terra divide eos in vita eorum: de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.
Saturati sunt filiis: et dimiserunt reliquias suas parvulis suis.
15. Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo: satiabor, cum apparuerit gloria tua.

13. Surge Domine, siste Te contra eum, prosterne eum!
gladio Tuo libera animam meam ab improbo homine!
14. Manu Tua ab hominibus, o Domine! ab hominibus mundanis, quorum portio est in vita hac;
nam thesauro Tuo imples ventrem eorum, abundant filiis,
et relinquunt abundantiam suam liberis suis.
15. Ego autem, quia justus, spectabo faciem Tuam,
satiabor, cum expergefactus fuero, — imagine Tua.

Oratio David = oratio Davidis. — In Vulg. nomina propria rarissime declinantur.

v. 1. **exaudi** = audi; compositum pro simpl. vide Rgl. 5. pag. 16. — **iustitiam** = iustam rem meam; abstr. pro concreto; vide psl. 9, 15. — **intende** attende; vide psl. 5, 3. — **deprecatio** = gemitus; hebr. vox hoc et illud significat. —

non in labiis dolosis = de labiis doli expertibus. B. Hieron. vertit: var. „absque labiis mendacibus". — Græc. LXX. legit fors in codice suo: לֹא בְשִׂפְתֵי („lo b'sifte") — pro masoretico: בְּלֹא שִׂפְתֵי („b'lo sifte"). —

v. 2. **de vultu tuo** = a te; vide Rgl. 4. pag. 16.

iudicium meum = iudicium *super me;* confer psl. 5, 8. Rgl. 17. — **aequitates** = æque, recte; vide psl. 5, 10. — Rgl. 18. — Eandem vocem hebraicam, quæ est *pluralis tantum*, vertit etiam Vulgata adiectivo *„rectus"*: Os. 14, 10.: „quia *rectæ* viæ Domini".

v. 3tii partem tertiam trahit Vulg. ad v. 4tum; vide Rgl. 6. pag. 16.

var. v. 4. **ut non loquatur os meum** = hæc (scil. iniquitas, vel prava cogitatio) non transcendit os meum. — Alexdr. legit: יְדַבֵּר (j'dabber) loco masoretici: יַעֲבָר (ja'abor.) ע permutatum est cum ד.

opera hominum = opera humana; cum *Lamed directionis = quoad* opera humana"; vide psl. 3, 3. Rgl. 9.) Græc. LXX. illud Lamed directionis *non* expressit; inde etiam in Vulgata *non* vertitur.

custodivi vias duras = abstinui a viis violentis = vitavi vias duras. — Hebr. שָׁמַר (šamâr) denotat: 1. observo, ut *aliquid faciam*; 2. observo, ut *aliquid vitem;* i. e. abstineo me ab aliqua re; hic loci a viis duris, i. e. violentis, tyrannicis.

verba labiorum tuorum = lex tua, mandata tua. — Sic etiam
cem decalogi *præcepta* vocantur: „*decem* verba“ (Ex. 34, 28.) B. Hieron.
rtit: In opera hominum propter verbum labiorum tuorum ego observavi
is lationis“. — (Lat. „latio“ = actus ferendi; conf.: legum latio (Cic.
t. 3. 26.); suffragii latio (Liv. 38, 36.); auxilii latio (ibid. 2, 33.); hic
i latio est — legislatio). —

Ut ex his patet, dicit psaltes in versu 3. et 4.: „Satis probasti me, Do-
ne: *cogitationem pravam* in me non invenies: hæc enim non transcendit
meum; et quod attinet *opera* humana, abstinui a viis violentis propter
gem tuam“. Hisce et sequente versu 5to explicatur versus 1.: „audi Do-
ne *„rem iustam“*.

v. 5. **perfice gressus meos in semitis tuis** = *fac, ut semper sint*
essus mei in semitis tuis; vel: „Confirma gressus meos in semitis tuis“ —
asu eodem, si „perficere“ denotat — *confirmare, sustentare;* conf. 88, 38.;
le dicta 15, 5. de verbo תָּמַךְ (tamak). — **semita** = orbita (Geleiſe).

v. 7. **mirifica misericordias tuas** = miranda, seu insignia redde
atiosa beneficia tua. —

misericordia = gratia; vide psl. 5, 8. — *plur.* = gratiosa bene-
ia. —

Regula 35. *Nomina abstracta in plurali occurunt sæpissime sensu* Rgl. 35.
ncreto. — vide psl. 9, 5. — *laudationes* = laudabilia facta.

v. 7^mi^ partem secundam textus hebr. trahit Vulgata ad v. 8^vum^. Vide
l. 6. pag. 16.

v. 8. **a resistentibus** (= ab adversariis) **dexterae tuae** (= tuis);
i enim hominem iustum persequuntur, sunt eo ipso adversarii *Dei*. In *re*
lla datur discrepantia inter Vulg. et text. masoret.

v. 9. **a facie impiorum** = ab impiis; vide Rgl. 4. pag. 16.

animam meam = „*me*“; hic loci exprimitur „*me*“ per præp. עַל
) et suffixum I. personæ.

Hebr. בְּנַפְשִׁי (b'nefeš) designat: „*cum impetu*“. Est enim hic loci „ne-
;“, ut psl. 27, 12.; 41, 3. *(hebr.)* ille animi impetus, quo hostis in hostem
tur. — Omissio huius vocis in Vulgata sensum non mutat, quia eo ipso
tet ex verbo: „*circumdare*“, de quo vide psl. 3, 7.

v. 10. **adipem** = cor torpens, scil. pinquedine; —

concludo = claudo; vide Rgl. 5. pag. 16.

superbiam = superbe; *Accusativus adverbialis.* In *hebr.* est nomen
stractum cum præpositione בְּ (b'); vide psl, 4, 9. Rgl. 14.

v. 11. **projicientes** = proiecturi = ut me proiiciant. var.
Secundum textum masor. sonat versio: „*quoad gressus nostros;*“ b.
eron. vertit: *incedentes adversum me.* —

Sensus v. 8^vi^ non mutatur, est enim quoad essentiam in Vulgata et in
t. masor. et b. Hieron. — idem: „inimici mei conantur me perdere.“
Alexdr. legit fors: אֹשְׁרוּנִי (išš'rûni; sic etiam b. Hieron.)

loco masoretici: אַשֻּׁרֵנוּ (aššurênu.)

oculos suos statuerunt = oculis suis intendunt; *statuo* = stare
io; *statuo oculos* = oculis solertissime intendo. Thalhofer: „Ihr Auge
ten ſie darauf, zu Boden (mich) zu ſtrecken.[1])

[1]) Dr. Valentin Thalhofer: Erklärung der Pſalmen. Regensburg V. Auflage. 1889.

declinare in terram = declinare *me* in terram; — *declino* = deorsum flecto; conf. Virg. A. 4, 185. Prop. 2, 1. 11. etc. — Quoad rem est sensus Vulgatæ et text. masoret. idem.

v. 12. **susceperunt me** = parati sunt me prehendere, capere; Loch: „Sie harren meiner": **suscipio** = compositum pro simplici — „capio" vide Rgl. 5.

v. 13. **supplanta eum** = prosterne eum, labefacta eum; Loch: wirf ihn nieder; — de „*supplanto*" vide 40, 10.

frameam tuam pro „frameā tua;" de „framea" vide psl. 9, 7. — Text. masoret. habet: „gladio tuo" — aliud tantum genus armorum.

v. 14. **ab inimicis manus tuae** pro: „ab inimicis *manu tuā*" scil. eripe me; conf. v. 8.: „a resistentibus **dexterae tuae**" pro: „*dexterā tuā*".

var. **a paucis de terra divide eos.** Sensus *Vulgatæ* est: „A iustis asseclis meis, qui numero pauci sunt (= a paucis), remove, divelle hostes de terra". —

Lat. „*divido*" = divello, dissitum facio; conf. Ov. Pont. I. 9, 48.; Virg. Aen. 3, 383.; ibid. 12, 45.: „quem nunc mœstum patria Ardea longe dividit " etc.

Alexd. legit: מִמְּעַטִּים (mimm'a'tim) = „a paucis"

loco masoretici: מִמְּתִים (mimm'tim) = „ab hominibus„. Dein legit LXX. impunctatum חלכם — „chall'kem„ = „divide eos„,

loco masoretici „chelkam" = „portio eorum".

Quoad *rem* idem dicit text. masoret.: „Libera me . . . ab hominibus mundanis". Ceterum explicari potest „*de terra*" = terrenus, — mundanus, si „de terra" tamquam *appositio* ad „eos" consideratur. Tunc erit sensus: „a paucis divide illos" — *terrenos*, qui terrena tantum anhelant, Legem tuam non respiciunt = homines *mundanos*.

„in vita eorum de absconditis adimpletus est venter eorum" i. e. „Quuamdin vivunt, omnibus abundant, felices sunt.

Idem dicit text. masoreticus: „quorum portio est in vita hac" i. e. qui mercedem suam plenam iam in hac vita accipiunt.

Lat. „*portio*" (dicta est quasi partio vel partitio a „pars".) denotat partem, dein mercedem; conf.: „portio hereditatis" Iust. 36, 2.; 21, 1.; partem Acarnaniæ in portionem belli acceperat" i. e. in *mercedem* belli gesti. Iust. 28, 1.; 5, 2. —

absconditum = thesaurus.

reliquias suas i. e. res, quibus præter indigentiam abundat.

v. 15. **in iustitia** = iustus; vide psl. 4, 9. Rgl. 14.

„apparere alicui" denotat: *cognosci* et *perspici* ab aliquo seu alicui manifestum esse; ac præcipue de iis dicitur, qui in iudicio adsunt. (Conf. Cic. Client. 53. etc. — Est ergo: **„Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo"** = „ego autem, quia iustus, spectabo faciem tuam".

satiabor, cum apparuerit — gloria tua i. e. gloriosa imago seu facies tua. — Idem, quoad *rem*, dicit textus masoret.: „Satiabor, cum expergefactus fuero, imagine tua"; i. e. in nexu cum præcedentibus: „Improbi hac in vita mercedem *terrestrem* accipiunt; ego autem iustus a Deo cognoscar, et in vita alterā — *cœlestibus* gaudiis fruar".

PSALMUS 17. (hebr. 18.) = II. Sam. c. 22.

Gratiarum actio pro victoria veritati concessa.

Auctorem et tempus exarationis huius psalmi indicat inscriptio; compositus est psalmus hic a Davide longius aetate provecto, quum omnes hostes superasset.

Argumentum. — Regius psaltes effert laudibus Iehovam, qui cultorem sincerum ex summis liberavit periculis. Praedicatio lati auxilii et laudes novae repetuntur.

Textus Vulgatae.

In finem puero Domini David, qui locutus est Domino verba cantici hujus, in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, et de manu Saul, et dixit:
Diligam te, Domine, fortitudo mea:
Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus.
Deus meus adjutor meus, et sperabo in eum.
Protector meus, et cornu salutis meæ, et susceptor meus.
Laudans invocabo Dominum et ab inimicis meis salvus ero.
Circumdederunt me dolores mortis, et torrentes iniquitatis conturbaverunt me.
Dolores inferni circumdederunt me: præoccupaverunt me laquei mortis.
In tribulatione mea invocavi Dominum, et ad Deum meum clamavi.
Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam, et clamor meus in conspectu eius introivit in aures eius.

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ; — A servo Domini — Davide, qui locutus est ad Dominum verba cantici hujus, cum liberasset eum Dominus e manu omnium hostium ejus, nec non ex manu Sauli. Dixit enim:
2. **A**mo Te, o Domine, robur meum!
3. Domine, rupes mea, arx mea et liberator meus!
   Deus mi, refugium meum, cui confido!
   clipee mi, cornu salutis meum, alta arx mea!
4. Clamo: „Celebretur Dominus,
   nam liberatus sum ab hostibus meis!
5. **C**ingebant me laquei mortis,
   et torrentes exitiales terrebant me.—
6. Laquei orci circumdabant me,
   laquei mortiferi occupabant me.
7. Dominum invocabam in angustiis meis,
   et vociferabar ad Deum meum.
   Ipse audivit e palatio suo vocem meam,
   et vociferatio mea coram Eo — pervenit in aures Ejus.

8. Commota est, et contremuit terra: fundamenta montium conturbata sunt, et commota sunt, quoniam iratus est eis.

9. Ascendit fumus in ira ejus, et ignis a facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo.

10. Inclinavit cœlos et descendit: et caligo sub pedibus eius.

11. Et ascendit super Cherubim, et volavit: volavit super pennas ventorum.

12. Et posuit tenebras latibulum suum in circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aëris.

13. Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando et carbones ignis.

14. Et intonuit de cœlo Dominus, et Altissimus dedit vocem suam: grando et carbones ignis.

15. Et misit sagittas suas, et dissipavit eos: fulgura multiplicavit, et conturbavit eos.

16. Et apparuerunt fontes aquarum, et revelata sunt fundamenta orbis terrarum:
ab increpatione tua, Domine:
ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

17. Misit de summo, et accepit me: et assumsit me de aquis multis.

18. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, et ab his, qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.

8. Tunc commota est et contremuit terra;
etiam fundamenta montium quassa sunt
et concussa, — nam Ei exarserat ira. —

9. Fumus ascendit ex naribus Eius
et ignis consumens exibat ex ore Ejus,
prunæ exardebant ex Eo.

10. Et inclinavit cœlos et descendit,
et atra nubes sub pedibus Eius.

11. Et vectus super Cherubo volavit,
volans super alis venti.

12. Tenebras fecit velamen suum,
circum se tugurium suum. —
tenebras aquosas, nubes caligi — nosas.

13. Ex fulgore coram Eo prorumpebant per nubes Eius
grando et prunæ ignis.

14. Et tonuit Dominus in cœlis,
et Altissimus edidit vocem suam,
grandinem et prunas ignis.

15. Et emisit sagittas suas et dispersit eos, —
et fulgura multa et conturbavit eos.

16. Et apparuerunt fundi aquarum,
et detecta sunt fundamenta terræ —
ob increpationem Tuam, o Domine,
ob anhelitum spirantis iræ Tuæ.

17. Extendit (manum) ex alto et prehendit me,
extraxit me ex aquis magnis. —

18. Liberavit me ab hoste meo valido,
et ab osoribus meis, quoniam validiores erant me.

). Prævenerunt me in die afflictionis meæ: et factus est Dominus protector meus.

). Et eduxit me in latitudinem: salvem me fecit, quoniam voluit me.

.. Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi:

2. quia custodivi vias Domini, nec impie gessi a Deo meo.

3. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: et justitias eius non repuli a me.

4. Et ero immaculatus cum eo, et observabo me ab iniquitate mea.

5. Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, et secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.

6. Cum sancto sanctus eris, et cum viro innocente innocens eris:

7. et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris:

8. quoniam tu populum humilem salvum facies et oculos superborum humiliabis.

9. Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine: Deus meus, illumina tenebras meas.

0. Quoniam in te eripiar a tentatione, et in Deo meo transgrediar murum.

1. Deus meus, impolluta via eius:

19. Irruerunt in me tempore mihi calamitoso,
attamen Dominus exstitit mihi fulcrum.

20. Eduxit me in spatium amplum, liberavit me, quoniam delectabatur me.

21. Rependit mihi Dominus secundum iustitiam meam,
retribuit mihi secundum puritatem manuum mearum.

22. **N**am servabam vias Domini,
neque impie defeci a Deo meo.

23. Etenim omnia mandata Eius coram me habeo,
et leges Eius non removebam a me.

24. Sed sincero animo fui erga Eum, et cavi mihi, ne quid mali agerem.

25. Inde retribuit mihi Dominus secundum iustitiam meam,
secundum manuum mearum puritatem, quæ patet coram oculis Eius.

26. **B**enigno exhibes Te benignum,
erga hominem sincerum exhibes Te sincerum.

27. Candido exhibes Te candidum,
et cum perverso agis secundum perversitatem eius.

28. **T**u sane adiuvas homines oppressos, et deprimis oculos superbos.

29. Tu sane vis, ut luceat lucerna mea, Dominus, Deus meus, collustrat tenebras meas.

30. Per Te sane dispello turmas hostiles, et per Deum meum transilio muros.

31. **Q**uod Deum attinet, integrum est regimen Eius,

eloquia Domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se.

32. Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum?

33. Deus, qui præcinxit me virtute, et posuit immaculatam viam meam:

34. qui perfecit pedes meos tamquam cervorum, et super excelsa statuens me:

35. qui docet manus meas ad prœlium. Et posuisti, ut arcum æreum, brachia mea.

36. Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: et dextera tua suscepit me.
Et disciplina tua correxit me in finem, et disciplina tua ipsa me docebit.

37. Dilatasti gressus meos subtus me: et non sunt infirmata vestigia mea.

38. Persequar inimicos meos, et comprehendam illos: et non convertar, donec deficiant.

39. Confrigam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.

40. Et præcinxisti me virtute ad bellum, et supplantasti insurgentes in me subtus me.

41. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, et odientes me disperdidisti.

verbum Domini est liquatum.
Ille est clipeus omnibus, qui ad eum confugiunt.

32. Etenim quisnam est Deus præter Dominum?
et quis est petra præter Deum nostrum?

33. Ipse est ille Deus, qui cinxit me robore
et tutam fecit viam meam.

34. Qui reddidit pedes meos ut pedes cervarum,
et in locis meis excelsis stare me fecit.

35. Qui instituit manus meas ad bellum,
ut arcum æneum tendere sciant brachia mea.

36. Tu etiam dedisti mihi clipeum Tuum tutelarem,
et dextera Tua suffulsit me,
et Tua clementia magnum me fecit.

37. Tu liberos fecisti gressus meos sub me,
nec vacillarunt tali mei.

38. Persecutus sum hostes meos et assecutus sum eos,
nec reversus sum, donec perdidissem eos.

39. Percussi eos nec poterant surgere, ceciderunt sub pedes meos.

40. Tu enim cinxisti me robore ad bellum,
prostravisti adversarios meos sub me.

41. Et præbuisti mihi cervicem hostium, et perdidi osores meos.

. Clamaverunt, nec erat, qui salvos faceret, ad Dominum: **nec exaudivit eos.**

. **Et comminuam eos, ut pulverem ante faciem venti: ut lutum platearum delebo eos.**

. Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium.

. **Populus, quem non cognovi,** servivit mihi: in auditu auris **obedivit mihi.**

. Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt, et claudicaverunt a semitis suis.

. Vivit Dominus, et benedictus Deus meus, et exaltetur Deus salutis meæ.

. Deus, qui das vindictas mihi, et subdis populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.

. Et ab insurgentibus in me axaltabis me: a viro iniquo eripies me.

. Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine: et nomini tuo psalmum dicam.

. magnificans salutes regis eius, et faciens misericordiam christo suo David, et semini eius usque in sæculum. —

42. Vociferati sunt, nec adfuit salvator: ad Dominum, nec exaudivit eos.

43. Et comminui eos instar pulveris coram vento,
et effudi eos instar cœni platearum.

44. **Tu** eripuisti me ex litibus civilibus,
constituisti me caput gentium:
homines, quos non novi, serviunt **mihi.**

45. Ad auditum auris obedientes se **præstabant mihi,**
peregrini adulabantur mihi.

46. Peregrini emarcuerunt
et trepidabant in munimentis suis.

47. **Vivat** Dominus et celebretur petra mea,
et exaltetur Deus salvator meus!

48. Ille Deus, qui concessit ultionem mihi,
et subiecit nationes sub me.

49. Tu liberasti me ab inimicis meis,
immo super adversarios meos extulisti me,
a viro violento liberasti me.

50. **Propterea** celebrabo Te inter gentes, o Domine,
et canam nomini Tuo.

51. Ipse enim magnifice defendit regem suum,
et præstitit benevolentiam uncto suo. —
Davidi et semini eius in perpetuum.—

In finem: vide psl. 4. 1. **puer** = servus: hebr. עֶבֶד (ebed). *Dati-s* ponitur pro *Genitivo auctoris*: vide psl. 15. 1. (ipsi David?).
in die, qua = est hebraismus, pro: cum, quum.
Nota. Epinicium hocce invenitur, exceptis nonnullis variantibus, etiam II. Sam. cap. 22. — Quando Vulgata *eandem* vocem, vel frasin hebrai-m in II. Sam. cap. 22. *aliter* vertit, quam in hoc psalmo, indigitatur hoc

adiuncto: — „II. Sam. . . ." . — Si in II. Sam. pro *Perfecto* — vertitur *Futurum* vel vice versa, hoc *non* indicatur; — vide Rgl. 1. — Ex hac comparatione cognoscitur simul, saltem ex parte, diversa translatorum qualitas.

v. 3. **firmamentum** — II. Sam.: „petra" = rupes.

refugium — II. Sam. „robur" = text. masor. „arx" (locus refugii). —

adiutor — II. Sam. „fortis" = refugium; concretum pro abstracto —

protector — II. Sam. „scutum" = clipeus; pro imagine — res imagine designata; idem v. 31. —

cornu salutis meae = cornu salutis *meum* = cornu salvans me; — vide psl. 4, 2. Rgl. 11. — *Cornu* est imago roboris et potentiæ.

susceptor — II. Sam. „elevator" = alta arx; vide psl. 3, 4.

v. 5. **dolores** = laquei; b. Hieron. „funes"; effectus pro causa.

torrentes iniquitatis — II. Sam. „torrentes Belial" = torrentes exitiales. — *Iniquitas* est Latinis difficultas, quæ oritur, cum quippiam gravius est, quam vires ferre possint. — *Sequela* talis difficultatis est exitium, pernicies. Conf. Colum. 2, 4. med.; Liv. 38, 22.; Cæs. 13. G. 7, 45. etc. — Sæpe iniquitas refertur *ad animum*, et significat vitium æquitati contrarium, — *iniustitiam*, *iniuriam;* et hac significatione potissimum in Vulgata adhibetur; *torrentes iniquitatis* sunt torrentes iniqui, iniusti, iniuriosi, qui perniciem seu exitium struunt.

Hebraico בְּלִיַּעַל (belijja'al), composito ex בְּלִי (b'li) (= non, sine), et יַעַל (ja'al) (= commodum, utilitas), designatur proprie *„inutilitas"* (Nichtsnutzigkeit), inde nequitia, vilitas.

v. 6. **dolores inferni** — II. Sam. „funes inferni" = laquei orci; vide v. 5.) —

praeoccupaverunt — II. Sam. „prævenerunt" = occupaverunt. — *præoccupare;* compositum pro simplici: „occupare"; vide Rgl. 5, pag. 16. — **laquei mortis** = laquei mortiferi.

v. 7. **de templo sancto** = e palatio; vide psl. 5, 8. —

add. Adiectivum **„sancto"** addit Vulgata iuxta LXX.

in conspectu eius = coram eo; idem v. 13. vide Rgl. 4. pag. 16.

v. 8. **iratus est eis** = ira ei exarsit (b. Hieron. „quoniam iratus est"). —

conturbata sunt et commota sunt (II. Sam. concussa sunt et conquassata.) —

v. 9. *ascendit fumus* **in ira eius** — II. Sam. „de naribus eius" = ascendit fumus *ex* naribus eius (vide psl. 9^2. 4. de hebr. voce „aff.")

Rgl. 36. **Regula 36.** Singulari linguæ idiomate utuntur Hebræi præpositione בְּ *(b')*, quam Vulg. plerumque *„in"* vertit, etiam de *fonte*, *origine*, *materia*, unde aliquid hauritur, fit, egreditur. — In latino sermone ponendum est *„ex"*; v. c. Vulg. gen. 44, 5. „Scyphus . . . ipse est, *in quo* bibit dominus meus" pro: *„ex quo* bibit"; bibere *in poculo* = bibere, *quæ in* poculo sunt. — Amos. 6, 6 „bibens vinum *in* phialis", pro „ex phialis". —

Idem valet in Chaldæo. v. c. Daniel 5, 2. Præcepit, ut afferrentur vasa aurea, ut biberent *in eis* rex et optimates . . ." pro *„ex eis* . ." — Inde in II. Sam. vertitur *„de* naribus".

ignis a facie eius exarsit — II. Sam. „ignis de ore eius vorabit".

carbones succensi sunt ab eo = prunæ exardebant ex eo; *pruna* dicitur carbo, quamdiu ardet; *prunæ* sunt carbones vivi; vide v. 14. —

v. 10. **caligo** = atra nubes; abstractum pro concreto.

v. 11. **ascendit** — II. Sam. „lapsus est“ = vectus est; antecedens consequens.

v. 12. **in circuitu ejus** — II. Sam. in circuito suo“ vide v. 31. l. 37. — **latibulum** = velamen. — **tenebrosa aqua** = tenebræ aquosæ; rsio ad verbum sonaret: „*caligo* aquæ“; — vide 4. 2. Rgl. 11. — **nubes aëris** = nubes caliginosæ; vide psl. 4. 2. Rgl. 11. — Vulgata iuxta LXX. addit „*in*“. add.

v. 13. **prae fulgore in conspectu eius** = ex fulgore coram eo. **prae** = *ex*; hebr. מִן (min); conf. 5, 11. Rgl. 19. — **transeo** = prorumpo.

v. 14. **intonuit** — II. Sam. „tonabit“ — compositum pro simplici: onuit“; vide Rgl. 5. pag. 16.

carbones ignis = carbones igniti = prunæ, i. e. fulmina; vide v. 9.

v. 16. **fontes aquarum** — II. Sam. „effusiones maris“ = fundi uarum; contentum pro continente.

ab increpatione = ob increpationem; vide psl. 5, 11. Rgl. 19.

ab inspiratione spiritus irae tuae = ob anhelitum spirantis iræ æ. —

inspiratio pro simplici „spiratio“ = anhelitus. —

spiritus irae = spirans ira; vide psl. 4, 2. Rgl. 11. —

misit; scilicet manum = extendit (manum).

v. 17. „**de summo**“ — II. Sam. „de excelso“; — **accepit** — II. Sam. ssumpsit“; — **assumpsit** — II. Sam. „extraxit“. —

de aquis multis = ex aquis magnis; vide 5, 8. „multitudo“.

v. 18. **de inimicis** — II. Sam. „ab inimicis“ = ab hoste; *singularis llectivus.*

confortati sunt super me — II. Sam. „robustiores me erant“ = alidiores erant me; vide psl. 4, 7. 8. Rgl. 13.

v. 19. **protector** — II. Sam. „firmamentum“ = fulcrum (b. Hieron. irmamentum“); — pro imagine res designata.

v. 20. **in latitudinem** = in spatium amplum; vide psl. 4, 2.

voluit me — II. Sam. „complacui ei“ = delectabatur me; vide 2, 1.

v. 22. **nec impie gessi** — II. Sam. et b. Hieron.: „et non *egi* impie Deo meo“ scil. recedens = neque impie defeci a Deo meo.

v. 23. **omnia iudicia eius in conspectu meo** *sc. sunt* = omnia mandata eius coram me habeo; vide Rgl. 2. pag. 16.

iudicium = lex, mandata, statuta; conf. 118, 108; hebr. מִשְׁפָּט nišfat), de cujus significationibus vide dicta psl. 7, 7. —

in conspectu meo = coram me; vide Rgl. 4. pag. 16.

justitiae — II. Sam. „præcepta“ = leges; *justitia* = lex, juris norma, t sæpe occurrit.

non repuli — II. Sam. „non amovi“.

v. 24. **immaculatus** — II. Sam. „perfectus“.

cum eo = *erga eum*; hebr. עִם (im) cum verbis *agendi* (bene vel ale) = erga — contra.

observabo me ab iniquitate mea = cavi mihi, ne quid mali age- m. — *iniquitas mea* = ego inique ago. conf. 140, 5. „oratio mea“ = go oro.

v. 25. **in conspectu oculorum eius** — II. Sam. „suorum“ = coram oculis eius; vide Rgl. 4. pag. 16. nec non v. 31. Rgl. 37.

v. 26. **cum sancto sanctus eris** = Erga benignum exhibes te benignum; vel: benigno exhibes te benignum; de „*chas'd*“, Vulg. „*sanctus*“, vide 4, 4. — de „*cum*“ vide v. 24.

cum viro innocente — II. Sam. „robusto“; —

innocens eris — II. Sam. „perfectus“ = erga hominem sincerum exhibes Te sincerum. — *innocens* est genus; *sincerus* species.

v. 27. **cum electo electus eris** = Candido exhibes te candidum. Hebr. בָּרַר (barar) = 1. separavit; 2. selegit; 3. separavit et removit impura = purgavit; niktal — purgavit se; participium = purgatus, purus, candidus.

cum perverso perverteris = cum perverso agis secundum perversitatem eius. —

v. 28. **populum humilem** — II. Sam. „pauperem“ = homines oppressos; humilis = oppressus; vide psl. 9, 14. — **oculos superborum** = oculos superbos. — *superba, -orum* = superbia; vide 101, 2. Rgl. 57.

v. 29. **tu illuminas lucernam meam** = tu vis, ut luceat lucerna mea. — Hebr. נֵר (ner) = lucerna, transfertur — *ad felicitatem et gloriam*, et phrasis: „Tu sane vis, ut luceat lucerna mea“ idem est ac: Tu vis, ut res meæ prosperentur. — Vox „lucerna“ est etiam consueta imago — domus Davidic e *perenniter duraturæ* (II. Sam. 7, 16.) — Conf. III. Reg. 11, 36. — II. Sam. 21, 17. etc.

v. 30. **in te eripiar a tentatione** — II. Sam. „in te enim curram accintus = *per* te dispello turmas hostiles. —

tentatio; abstractum pro concreto = tentantes, qui me tentant. — *Tentare* aliquem latinis præter alia denotat: invadere, infesto animo aggredi, vexare. Conf. Cic. Rab. perd. 1. med. — Cæs. B. G. 3, 49. — Flor 2, 14. — Liv. 33, 5. etc. —

Etiam *absolute*, ut hic loci, „tentare“ dicitur pro: „*aggredi bello*“; inde „*tentantes*“ = bello aggredientes = turmæ hostiles. — (Confer Liv. 29, 26. — Suet. Claud. 17. — Cæs l. Vell. 2, 113. — et Ov. Pont. 7, 121.; confer germ. anfechten, Anfechtung. — Hac ratione sæpe de *morbis* dicitur; conf. v. c. Cic. Tusc. 4, 14. „Animi valentes morbo tentari non possunt“ — „de vino“, quod vires adimit et vacillare facit. v. c. Plin. 23. 1, 20. etc. —

in te = per te; **in Deo** = per Deum; vide psl. 3, 3. Per te eripiar seu liberabor a tentatione = per te dispello turmas hostiles; sensus manet idem. —

transgrediar — II. Sam. „transiliam.“

v. 31. **Deus meus, impolluta via eius** = Dei mei via est impolluta; vide de Nominativo absoluto psl. 10, 4. Rgl. 29, —

via = agendi ratio, regimen.

add. **Deus meus** — II. Sam. „Deus“; Vulgata addit i. LXX. „meus“.

eloquia — II. Sam. „eloquium“;

protector — II. Sam. „scutum“; vide v. 3.

sperantium in se; pro: sperantium in eum. —

Rgl. 37. **Regula 37.** *Vulgata ponit pronomen reflexivum pro personali, et vice versa; simili modo etiam „suus, -a, -um“ pro „eius“ et vice versa.*

v. 32. **Deus** — II. Sam. „fortis“, textus masoret. „petra“ — idem v. 47.

v. 33. **posuit immaculatam** — II. Sam. „perfectam“ — **viam am** = tutam fecit viam meam. — Vulg. adhibet persæpe „ponere ali- m aliquid“ pro: „facere aliquem aliquid“.

via immaculata = via tuta absque periculo.

praecinxit — II. Sam. „accinxit“: pro simplici „cinxit“: idem v. 40. e Rgl. 5. pag. 16.

v. 34. **qui perfecit pedes meos tamquam cervorum** — II. Sam. æquans pedes meos cervis. — **perfecit** pro simplici „fecit“ = red- it: vide Rgl. 5. — **statuens me** = stare faciens me.

excelsa — II. Sam. „excelsa mea“ text. masoret. habet: „excelsa omiss. a“; sensus non mutatur.

v. 35. **posuisti ut** — II. Sam. „componens quasi“ — **arcum aereum** var. **chia mea.** Sensus est: firma, robusta valde fecisti brachia mea, ut et arcum æreum tendere valeant. *In re est* sensus idem.

Alexandrinus legit נַתַּתָּה (natatta) = posuisti, fecisti,

loco masoret. נְחַתָּה (nichᵃta): permutatum est ח cum ת.

v. 36. **et dedisti mihi — protectionem** — II. Sam. „clipeum“ — **utis tuae** = clipeum tuum tutelarem. — **protectio** = clipeus; pro gine res designata. — **protectio salutis tuae** = protectio tua salvi- = clipeus tuus tutelaris; vide psl. 4, 2. Rgl. 11. —

suscepit me = suffulsit me; vide psl. 3, 4.

et disciplina tua correxit me in finem — II. Sam. „et mansuetu- tua multiplicavit me“: — hebr. vox significat: „multiplicare, magnum re aliquem“: confer „multitudo = magnitudo“, psl. 5, 8. —

disciplina dicitur Latinis omnis institutio et educatio, quatenus est puero et discipulo; *doctrina* autem, *facultas* etc, quatenus est in do- te et educante. —

corrigo = dirigo (rectum facio) et hinc = rego (confer Ovid. t. 6. 464).

in finem, quod addit Vulgata i. LXX., = in perpetuum, assidue, add. rsus, omnino. —

Sensus Vulgatæ est: „Educatio Tua rexit me assidue.“

Textus masoret. indicat *qualitatem* istius educationis, quæ est — *cle- atia* (II. Sam. et b. Hieron. „mansuetudo“), et simul *effectum* illius „re- e“ verbis: — „*magnum me fecit*“. — Idem ergo quoad *rem* dicit text. soret.: „Et Tua clementia magnum me fecit“. —

Hebr. vox עֲנָוָה (ʿanva), denotat „animum demissum, modestiam“; si tribuitur, = mansuetudinem, clementiam“.

Vulgata *addit* i. LXX.: „**et disciplina tua ipsa me docebit**“. add.

v. 37. **dilatasti gressus meos subtus me** = Tu liberos fecisti ssus meos sub me; — de „*dilatare*“ vide psl. 4, 2.

subtus = sub; sic etiam in v. 39. et 40. — II. Sam. „*sub*“ in v. 39.

et non sunt infirmata vestigia mea — II. Sam. „et non deficient mei“ = nec vacillarunt tali mei: causa pro effectu.

vestigia, text. masoret. *tali*, sicut etiam II. Sam. Vulgata vertit.

v. 38. **donec deficiant** scil. inimici; — II. Sam. „donec consumam = donec perdidissem eos, scil. inimicos. — *deficere* ex parte *devicti et dere* ex parte victoris *eandem* denotat rem.

v. 39. **nec potuerunt stare** = nec poterant *surgere* (= b. Hier.) consequens pro antecedente; — in II. Sam. vertit Vulg.: *„consurgere“*.

v. 40. **supplantasti insurgentes in me** — in II. Sam.: „incurvasti resistentes mihi“; — **subtus me** = prostravisti adversarios meos sub me; — *de „supplantare“* vide psl; 16, 13; 40, 10.

v. 41. **et inimicos meos dedisti mihi dorsum** i. e. fecisti mihi inimicos dorsum præbentes, vertentes = inimicos meos in fugam vertisti; idem, — quoad *rem*, dicit text. masoret.: „Et præbuisti mihi cervicem hostium;“ — b. Hieron.: „et inimicorum meorum dedisti mihi dorsum“. —

disperdidisti pro simplici perdidisti; vide Rgl. 5. — Si textus masoret. habet „perdidisti“, non negat, id factum esse *Deo adiuvante;* confer v. 2., 3., etc.

v. 43. **„ante faciem venti“** = coram vento; vide Rgl. 4. pag. 16.

deleo — II. Sam. „comminuo“ = effundo; b. Hieron. „proiicio“ sensu eodem. Hebr. רִיק (rik) = evacuare, *effundere.* Sic etiam ipsa Vulgata vertit v. c. Gen. 42, 35. „cum frumenta *effunderent*“. — Ier. 48, 12: vasa „exhaurire.“ —

v. 44. **de contradictionibus populi** = de litibus civilibus. — **contradictio** = oppositio, lis.

in caput = caput; vide psl. 7, 14. Rgl. 22. —

v. 44ti. partem tertiam trahit Vulg. ad v. 45tum: vide Rgl. 6. —

v. 45. **non cognovi** pro simplici „non novi“; confer 102, 14. „cognovit figmentum nostrum“ = novit naturam nostram; vide Rgl. 5. — II. Sam. vertit: „ignoro“.

in auditu — II. Sam. „auditu“ — **auris obedivit mihi** = *ad* auditum auris obedientes se præstabant mihi; לְ (l') directionis vide 3, 3. Rgl. 9.

v. 45ti. partem secundam trahit Vulg. ad v. 46.: vide Rgl. 6.

v. 46. **filii alieni mentiti sunt mihi** = peregrini adulabantur mihi; *„adulari“* est latinis:

1. *blandiri* voce et gesticulatione motuque blando corporis; inde sæpius ponitur pro: „assentari.“

2. *adorare*, seu ritu Persarum humi *se prosternere*, et dein *colere*. — In quantum adulans sinceritatem lædit, — *mentitur facto.* —

filius alienus est hebraismus = peregrinus, alienigena.

inveterati sunt = emarcuerunt; b. Hieron. „contrahentur“. — II. Sam. *„defluxerunt“*; „defluere“ = languescere; (de hoc verbo vide psl. 1, 3.); — *inveterari* Vulgatæ est = confici, consumi, debilem fieri.

Claudicaverunt a semitis suis; (Schegg: „zitterten aus ihren Reihen“.) = textus masoret. „trepidebant in munimentis suis“; II. Sam. „contrahuntur in angustiis suis.“

Hebr. חָרַג (charag) ἅπαξ λεγ. = tremuit, trepidavit; inde nomen — chald. חַרְגָּא (charga) = timor, trepidatio. Vulgata ipsa hanc vocem vertit Deut. 32, 25. „pavor“. —

c'audicare latinis est = altero tantum pede incedere, vel alterum pedem infirmum et instabilem aut curtum habere. *De alis* avium etiam dicitur, si pennarum nisus est inanis; translate = *deficere;* —

trepidatio est symptoma defectionis virium. —

Semita est callis angustior, — II. Sam. ponit „angustiæ“ i. e. angustæ itæ — et differt a *via*, quæ est latior et frequentior; frasi „*claudicare emitis suis*“ designatur fuga et dispersio devictorum, ex munimentis suis ulsorum. Textus masoreticus indicat *præcedens*, Vulgata *consequens* sensu lem.

v. 47. **Deus meus;** textus masoret. „*petra* mea“; metafora.

Deus salutis meae = Deus salvator meus; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.

v. 48. **subdis;** Alexd. legit II. pers. loco tertiæ; permutatum est var. od) præformativæ cum ת (tau).

Vulgata (non LXX.) trahit primam partem versus 49ni text. hebraici v. 48um; vide Rgl. 6.

iracundis; Alexd. traxit particulam אַף (af) = „immo“ ad præce- tis membri vocem „inimicis“ meis et sumsit eam significatione nominis a“; vide 9^2, 4. „aff“. —

v. 49. **et ab insurgentibus in me exaltabis me** — II. Sam. „a re- tentibus mihi elevas me“; = *super* adversarios meos extulisti me. —

ab denotat hic loci comparativum, vide psl. 4, 7. 8. Rgl. 13 et ver- dum est per: „*super*“. — **iniquus** genericum pro speciali „*violentus*“.

v. 50. **confiteor tibi** = celebrabo te; vide psl. 6, 6. —

„in“ = inter; vide psl. 5, 12.

psalmum dicam; — II. Sam. „cantabo“ = *canam;* idem 56, 8.

v. 51. **magnificans salutes regis eius** = ipse enim magnifice de- dit regem suum (i. e. vicarium); Confer v. 31. ubi psaltes dicit: „Je- wa) *protector* est omnium sperantium in se. —

magnificare salutes regis = magnifice, præclare curare salutem regis magnifice regi præstare auxilium = magnifice regem defendere. —

De voce „*salus*“, loco cuius Vulgata ponit etiam „*salutare*“, vide psl. 16. — Hebr. גָּדַל (gadal) denotat in f. hiktil: „præclare, magnifice egit“.

faciens misericordiam cum christo suo David = præstitit bene- lentiam uncto (seu regi) suo Davidi. —

de „*misericordia*“ vide psl. 5, 8.; — de „*christo*“ vide psl. 2, 2.

in saeculum; II. Sam. „in sempiternum“ = in perpetuum.

PSALMUS 18. (hebr. 19.)

Gloriam Dei praedicat mundus visibilis et spiritualis.

Auctor et argumentum. — Regius psaltes, — David, canit in prima ius psalmi parte (v. 2—7.) admirandam Dei gloriam, qualis in coelorum opi- io i. e. in universo mundo aspectabili sese manifestat; in altera lau- bus celebrat praestantiam legis divinae. —

Tempus. — Quando auctor sacer psalmum hunc exaraverit, determinari equit. —

Textus Vulgatæ.

1. In finem, Psalmus David.

2. Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annuntiat firmamentum.
3. Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam.
4. Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.
5. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum.
6. In sole posuit tabernaculum suum; et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo, exultavit ut gigas ad currendam viam.
7. A summo cœlo egressio eius; et occursus eius usque ad summum eius; nec est, qui se abscondat a calore eius.
8. Lex Domini immaculata convertens animas; testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.
9. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda; præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.
10. Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi; iudicia Domini vera, iustificata in semet ipsa;

11. desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, et dulciora super mel et favum.

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ; — Psalmus David.
2. Cœli enarrant gloriam Dei, et opus manuum Eius prædicat firmamentum.
3. Dies nuntiat diei dictum, et nox indicat nocti scientiam.
4. Non est dictum illud, neque verba illa eiusmodi, quorum sonus non audiatur.
5. In universam terram exit sonus eorum verbaque eorum in orbis fines, in quibus posuit Ipse tentorium soli.
6. Hic vero egreditur oriens tamquam sponsus e toro suo nuptiali, laetatur instar herois currere viam.
7. Ab extremis coelis est ortus eius, et decursus eius ad fines eorum oppositos, et nihil est, quod lateat æstum eius.
8. Lex Domini est perfecta; — recreat animum; effatum Domini est fidum; — docet imperitum.
9. Instituta Domini sunt recta; — lætificant cor; præceptum Domini est clarum; — collustrat oculos.
10. Cultus Domino exhibitus est sincerus; perstabit in perpetuum; iudicia Domini sunt vera; sunt simul iusta.
11. Pretiosiora sunt auro, multoque auro puro; et dulciora melle, immo melle destillato.

. Etenim servus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.
. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me;
. et ab alienis parce servo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero; et emundabor a delicto maximo.
. Et erunt, ut complaceant eloquia oris mei; et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutor meus, et redemptor meus.

12. **E**tiam servus Tuus iis eruditur, in observatione eorum est merces magna.
13. Quisnam conscius esse poterit errationum indeliberatarum? de iis, quæ inscius deliqui, absolvas me!
14. A peccatis deliberatis serva servum Tuum, ne dominentur in me! tunc vacuus ero a culpa et mundatus a delicto magno.
15. **G**rata sint verba oris mei et desideria cordis mei coram Te, o Domine! petra mea et mi vindex!

v. 1. **In finem**; vide psl. 4, 1. — **psalmus David**; vide psl. 3, 1.

v. 3. **eructo** = nuntio; confer Mat. 13, 35. „eructabo abscondita . . ." Hioli: „ich will ausſprechen"; F. Procházka: „vypravovati budu".[1])

v. 4. **loquelae**; b. Hieron. „sermo", singularis, ut in textu masoret. **quorum non audiantur voces eorum** = quorum sonus non audiatur. **quorum** = ut eorum.

Regula 38. *Pronomen relativum linguæ hebraicæ est immutabile; casus* Rgl. 38.
us obliquus exprimitur suffixo subsequenti. Vulgata plerumque ponit casum lativi obliquum (hic loci „*quorum*") et simul illud pronomen personale, o in hebraica lingua casus ille obliquus relativi tantum indicatur.

Confer etiam in N. T. v. c. Marc. 1, 7.; Ioan. 1, 27.; Luc. 3, 16.: *uius* non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum *eius* pro: „cuius lceamentorum corrigiam solvere non sum dignus".

v. 5^ti^ partem III. trahit Vulgata ad v. 6^tum^; vide Rgl. 6, pag. 16.

v. 6. **in sole posuit tabernaculum suum**; textus masoret. „In quibus, il. *finibus* orbis, posuit ipse tentorium soli; b. Hieron. „soli posuit tabernculum in eis". — Sensus Vulgatæ est: „Dei sedes est in cœlo". Veritatem nc etiam textus masoretici exprimit multis in locis, v. c. psl. 11, 4. (Vulg. , 4.) — Sensus text. masoretici est: „Solis sedes est in finibus orbis". — em patet etiam ex Vulg. v. 7mo. Hæc diversitas essentiam minime tangit. - Alexdr. habuit in codice suo verosimile præpositionem ב loco masoret. ֹ suffixum III. personæ singularis masc. loco masoret. pronominis III. pers. ur. cum præpositione בְּ (b'),

et ipse, scil. sol, tamquam sponsus egreditur.

v. 7. **a summo coelo** i. e. a summitate cœli, (ut vertit b. Hieron.) - ab extremitate cœli = ab extremis cœlis. — **ad summum eius** scil. eli = ad fines cœli *oppositos*. — „A summo cœlo . . . usque ad summum eli" = ab extremis cœlis . . . usque ad fines eorum oppositos.

[1]) Bibli česká. V Praze 1804.

occursus = cursus, decursus.

v. 8. **convertens animas** = exhilarans, recreans animum; —

converto i. e. in pristinum bonum statum reduco; = exhilaro, — recreo, refocillo. Confer 22, 3. „animam meam *convertit*“; psl. 79, 4. — „Domine, *converte* nos; Lament. 1, 16. „*convertens* animam meam“. Alt. „Der mich wieder belebet“). Loch: „welcher labte meine Seele“.

parvulis = imperitis, — parvulis respectu experientiæ, scientiæ in hebraico est singularis collectivus.

v. 9. **iustitiae** = legis instituta; sæpe occurrit; conf. Deut. 4, 5 (b. Hieron. „præcepta“); confer etiam psl. 17, 23. „iustitiæ“.

v. 10, **timor Domini** = cultus Domino exhibitus. Dominus est *obiectum* timoris seu cultus.

iustificata in semet ipsa = iusta simul; vide psl. 4, 9. „in ipsum“.

v. 11. **Desiderabilia super aurum et lapidem** = desiderabiliora seu pretiosiora auro et lapide (vide psl. 4, 7. 8. Rgl. 13). „*Lapidem pretiosum*“ ponit Vulg. sensu non diverso pro = „aurum purum“ conf. 21, 4 — Hebr. פָּז (fac), proprie adiectivum „purgatus, purus“ est:

1. *epitheton auri;* conf. Cant, 5, 11. „Caput eius aurum *optimum.*

2. dein *aurum purum,* quod ab auro *vulgari* discernitur. psl. 18. 11. 20, 4.; 118, 127.

favus = mel destillatum: favus a φάω = findo, separo, est *loculus* quem apes fingunt e cera multicavatum: sic dicitur etiam „*mel in favo*“ et Vulgata utitur etiam hac voce ad designandum „*mel e favo profluens*“ = mel optimum, destillatum.

v. 12. **etenim** = etiam; Alt.: „auch“; vide psl. 15, 6. —

custodit ea = eruditur iis; effectus pro causa; — b. Hieron.: „docebit ea“. — **retributio** = merces, præmium.

v. 13. **delicta** (b. Hieron. „errores“) **quis intelligit?** = erationum *indeliberatarum* quis conscius esse poterit? — *delictum* est Latinis:

1. peccatum, 2. *erratum ingenii.*, — *erratio indeliberata.* (Conf. Hor A. P. 442.) Censorin. de die nat. 20. Quod *delictum*, ut corrigeretur, pontificibus datum est negotium, eorumque arbitrio intercalandi ratio permissa“

intelligit = consciusesse poterit; vide de *potentiali* psl, 5, 8. Rgl. 16

ab occultis meis munda me = ab iis, quæ *inscius* deliqui, absolva me; (Conf. Cic. Ac. post. 2, 41. 127. „Indagatio ipsa rerum tum maximarum, tum etiam occultissimarum habet oblectationem“).

v. 14. **et ab alienis parce servo tuo** = a peccatis *deliberatis* serva servum Tuum: b. Hieron. „*a superbis* quoque libera servum Tuum.“

„ab alienis“ est *neutrum plurale.* LXX. habet: ἀπὸ ἀλλοτρίων; Latinum „*alienus, -a, -um*“ denotat sicut græcum ἀλλότριος. -α. -ον — *peregrinum hostem, aversum, abalienatum;* dein illud, quod *non convenit.* quod *non decet*, quod est *inimicum, hostile, aversum.* — Neutro plurali „*aliena*“ exprimuntur hic loci — in oppositione ad *errationes indeliberatas* (v. 13.) — peccata *deliberata*, quibus homo manifestat mentem a Deo aversam, abalienatam, Deo inimicam.

Secundum textum masoret. sonat versio: „*a superbis*“ vel (coll. psl. 1, 21. Rgl. 57.) „a superbia“ i. e. a peccatis, quæ *ex superbia* committur, = a peccatis deliberatis; superba enim mens legi, quam novit, edire non vult.

Loco masoretici זֵדִים (zedim) legit LXX: זָרִים (zarim) permutato cum ר.

His præmissis erit sensus verborum: **„Si mei non fuerint dominati“:** mei non fuerint dominata — ista peccata *deliberata* = si ab eorum dominio gratiā Tua liberatus fuero, = si a peccatis istis et culpā mundatus ero; — **ero immaculatus** i. e. absque culpa, — mundatus“.

v. 15. **et erunt, ut complaceant** = beneplaceant, grata sint eloquia ris mei; (b. Hier. „Sint placentes“).

meditatio cordis mei = desideria cordis mei; desideria sunt *obtum* meditationis.

adiutor = petra; metafora; b. Hieron. „Dominus fortis meus“ vide l. 18, 3. — **redemptor** = vindex.

PSALMUS 19. (hebr. 20.)

Oratio pro rege tempore belli.

Argumentum. Psalmus hic complectitur votum populi pro rege ad llum proficiscente (v. 2—6.), responsum regis (v. 7.) et rursus verba puli. (v. 8—10.).

Auctor est David, qui translata iam in montem Sionem arca (v. 3.) nc psalmum exaravit ad usum publicum, ut Hebraei tempore belli illum dentantes se excitarent ad fiduciam in Iehovam, et demum victoriam adepti — atias Deo agerent.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
. In finem, Psalmus David.	1. Præfecto musicæ; — Psalmus Davidis.
. Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.	2. Exaudiat te Dominus die angustiarum exaltet te nomen Dei Iacobi!
. Mittat tibi auxilium de sancto, et de Sion tueatur te.	3. Mittat auxilium tibi e sacrario, et ex Sione suffulciat te!
. Memor sit omnis sacrificii tui: et holocaustum tuum pingue fiat.	4. Memor sit omnium sacrificiorum tuorum, et holocaustum tuum habeat pingue! (sela.)

5. Tribuat tibi secundum cor tuum, et omne consilium tuum confirmet.
6. Lætabimur in salutari tuo: et in nomine Dei nostri magnificabimur.
7. Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognovi, quoniam salvum fecit Dominus christum suum.
   Exaudiet illum de cœlo sancto suo: in potentatibus salus dexteræ eius.
8. Hi in curribus, et hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.
9. Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: nos autem surreximus et erecti sumus.
10. Domine, salvum fac regem, et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

5. Det tibi secundum cor tuum, et impleat omne desiderium tuum!
6. Iubilemus ergo de auxilio tuo, et in nomine Dei nostri tollamus vexilla!
   Dominus implebit omnia desideria tua.
7. Iam scio, Dominum adiuvare unctum suum,
   Ipse exaudiet eum de cœlis suis sanctis — mirabilibus factis dexteræ suæ salutiferæ.
8. Isti (gloriantur) curribus, isti equis, nos autem gloriamur nomine Domini, Dei nostri.
9. Illi procumbunt et cadunt, nos autem surgimus et erecti stamus.
10. O Domine adiuva regem! — Exaudiet nos, quum invocamus Eum.

v. 1. **In finem** — vide psl. 4, 1.; — **psalmus David** — vide psl. 3, 1.

v. 2. **in die tribulationis** = die angustiarum.

Rgl. 39. **Regula 39.** *Vulgata ponit* „**in**“ *de tempore pro simplici Ablativo.*

protego; text. masoret. „exalto“; causa et effectus.

v. 4. **pinque fiat** = acceptetur ut pinque = sit gratum. — Voce „pinquis“ exprimitur Hebræis — abundantia, copia vel ubertas cuiusvis rei; conf. psl. 21, 30.; 67, 16. etc.

v. 5. **confirmo** = impleo (= b. Hieron.); implendo enim desiderium confirmatur, — ratum habetur. —

consilium = desiderium. Consilia enim capiuntur ad assequenda ea, quæ desiderantur.

v. 6. **in salutari tuo** = de auxilio tuo; — de „in“ vide psl. 3, 3. Rgl. 10. — de „*salutari*“ vide psl. 9, 16.

var. **magnificabimur**; scil. potenti auxilio Dei nostri. Sec. textum masoreticum „*tollamus vexilla* i. e. procedamus ad pugnam“.

Græc. LXX. habuit vocem non punctatam נגדל et legit: נְגַדֵּל „n'guddal“, dum textus masoreticus habet נדגל, quod legitur; נִדְגֹּל (nidgol). Lectio varians orta est ex transpositione literarum „d“ et „g“ (dg et gd). In re non est diversitas.

„Magnificabimur — auxilio Dei"; scil. in pugna, et — „in nomine Dei amus vexilla" = sub auxilio Dei procedamus ad pugnam.

v. 6ti partem tertiam trahit Vulgata ad v. 7mum; vide Rgl. 6. pag. 16.

v. 7. **cognovi** = novi, scio (= b. Hieron.).

quoniam . . . pro Accusativo cum inf.; vide psl. 9, 21. Rgl. 25.

salvum facio = adiuvo (idem v. 9.); — vide psl. 11, 2.

christus = unctus, rex vicarius Iehovæ; vide psl. 17, 51.

in potentatibus salus dexterae eius. Verba hæc sunt sic ordinda: „in potentatibus dexteræ eius — salus"; scil. *sit* vel *erit* regi = per am potentiam dexteræ Eius, vel mirabilibus factis dexteræ Eius sit vel t regi salus. — Dextera, quæ salutem confert, est *salutifera*, ut textus soret. habet (vide Rgl. 2. pag. 16.)

potentatus — significat Latinis: 1. dominium, 2. vires, facultas nob. 1, 31.). Pluralis nominis abstracti denotat concretum; — hic loci o: *mirabilia facta;* vide psl. 16, 7. Rgl. 35.

„in" est instrumentale; vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

dexterae eius = dexteræ suæ; vide 17, 31. Rgl. 37.

v. 8. **nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus** Hieron. „recordabimur") = nomen Domini Dei nostri celebramus cultu emni, Ei unice confidentes, Eum tantum invocantes; = Iehova est obtum adorationis nostræ, — Eo tantum gloriamur. —

in equis; scil. gloriantur; verbum ex IIdo hemistichio supplendum.

v. 9. **obligati sunt** = ligati vinculis = procumbunt; scil. ligati.

obligo = ligo, vincio; inde b. Hieron. vertit: incurvati sunt; confer: igatio iniquitatis Act. 8, 23. = vinculum iniquitatis. All. Bande der gerechtigkeit; Sušil: „vazba nepravosti."[1])

et exaudi nos; Alexandr. legit „*va*ânênu" loco masoret. „*ja*ânênu"; mutatum est ' cum '.

Nota. Hebraicum „sela" (vide 3, 3) post v. 4. Vulgata non vertit; X. ponit „διάψαλμα", b. Hieron. „semper".

PSALMUS 20. (hebr. 21.)

Gratiarum actio pro auxilio regi praestito.

Auctor et argumentum. Psalmus hic a Davide exaratus, est epinim seu gratiarum actio populi pro auxilio regi in bello praestito, nec non ceteris magnificis beneficiis, quibus Jehova regem cumulavit. (v. 2—8.) in profert populus spem novarum victoriarum, imploratque tutelam Jehovae. 9—14.)

Occasio et tempus. De occasione et tempore exarationis nil certi tui potest.

[1]) Skutky apoštolské. Přeložil a obšírně vyložil Dr. Fr. Sušil. V Praze 1869.

Textus Vulgatæ.

1. In finem, Psalmus David.

2. Domine, in virtute tua lætabitur rex, et super salutare tuum exultabit vehementer.

3. Desiderium cordis eius tribuisti ei, et voluntate labiorum eius non fraudasti eum.
4. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.
5. Vitam petiit a te: et tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum et in sæculum sæculi.
6. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum.

7. Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
8. Quoniam rex sperat in Domino, et in misericordia Altissimi non commovebitur.
9. Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.

10. Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.
11. Fructum eorum de terra perdes, et semen eorum a filiis hominum,
12. quoniam declinaverunt in te mala, cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire.

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ; — Psalmus Davidis.
2. O Domine, de tutela Tua lætatur rex,
et de auxilio Tuo, quam vehementer exultat!
3. Desiderium cordis eius adimplesti, et petitionem labiorum eius non repudiasti. (sela.)
4. Tu enim confers ei bona optima, imponis capiti eius coronam auream.

5. Vitam petiit a Te, dedisti ei eam, vitam longam in sæculum et in perpetuum.
6. Magna est gloria eius ob auxilium Tuum,
Tu præstas ei splendorem et dignitatem.
7. Nam Tu facis eum fontem benedictionis in perpetuum,
Tu exhilaras eum lætitia coram facie Tua.
8. Rex enim fiduciam collocat in Domino,
et ob gratiam Altissimi non nutabit.
9. Manus tua assequetur omnes hostes tuos,
dextera tua assequetur omnes oderes tuos.
10. Facies eos instar fornacis ardentis simulatque apparuerit facies tua, Dominus eos in ira sua perdet et ignis eos absumet.
11. Posteros eorum de terra exstirpabis, et semen eorum ex hominum societate.
12. Etsi mala contra te machinentur, et dolos excogitent, — nihil efficient.

Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltare, Domine, in virtute tua: cantabimus et psallemus virtutes tuas.

13. Tu enim facies, ut terga dent. si nervis tuis diriges (telum) ad facies eorum.

14. Surge, o Domine, cum tutela Tua! cantu et fidibus celebrabimus potentiam Tuam.

v. 1. **In finem** vide 4. 1. — **Psalmus David:** vide 3. 1. —

v. 2. **in virtute tua laetabitur rex** = de tutela tua lætatur rex. = *de*. post verba gaudendi: vide psl. 3, 3. Rgl. 10. —

Virtus (seu „fortitudo“, ut h. Hieron. vertit), qua regi Deus succurrit, robur, quod ei concedit. — est tutela divina.

super salutare tuum = *de* auxilio tuo: de „*salutare*“ vide psl. 16., ubi Vulgata vertit: „*in* salutari tuo.“

v. 3. **voluntate labiorum eius non fraudasti eum** = petitionem iorum eius **non** repudiasti.

voluntas labiorum eius = id. quod desiderat et labiis profert = peo labiorum eius. —

„*fraudare*“ Latinis est — aut rem *debitam* aut *exspectatam* non reddo aliquem decipere. Dein transfertur etiam ad alia, et ponitur pro: „*privare, adimere*“; petitionem effectu desiderato privare, idem est ac — itionem repudiare.

v. 4. **praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis** = Tu cons ei bona optima.

benedictiones dulcedinis = beneficia dulcia — optima. —

prævenire aliquem *in* beneficiis = venire ad aliquem *cum* beneficiis conferre, adferre alicui beneficia. —

„*in*“ = „cum.“ si de societate sermo est: vide psl. 3, 3. Rgl. 10. —

Regula 40. Si hebr. præpositio בְּ (b), quam *Vulgata vertit:* „*in*“, Rgl. 40. *bis „eundi“ postponitur, tribuit eis vim „afferendi“*; v. c. 65, 13. ıtroibo in domum Tuam *in* holocaustis = *cum* holocaustis = adducam locausta.

coronam de lapide pretioso = coronam auream; vide psl. 18, 11.

v. 5. **tribuisti;** scilicet eam, i. e. vitam.

Regula 41. *In hebraica lingua sæpissime omittitur obiectum, si facile* Rgl. 41. *elligitur.*

longitudo dierum = vita longa: vide psl. 4, 2. Rgl. 11.

dies = vita, tempus vitæ.

v. 6. **in salutari tuo** = ob auxilium tuum: vide psl. 3, 3. Rgl. 10. 9. 16.

v. 7. **dabis eum in benedictionem** = facis eum benedictum, vel ıcis eum fontem benedictionis“ i. e. non tantum est ipse — benedictus, l etiam per eum — subditi eius: vide psl. 7. 14. Rgl. 22.

in gaudio cum vultu tuo = gaudio seu lætitia coram facie tua Hieron. „apud vultum tuum“). — „*in*“ est instrumentale: vide psl. 2, 9. l. 7. — „*cum*“ = „apud, coram“: hebr. אֵת (et): vide psl. 15, 11.

v. 8. **in misericordia** = ob gratiam; vide psl. 5, 8; „*in*“ = ob; le psl. 3, 3. Rgl. 10. *b)*

commoveor = nuto; vide psl. 15, 9.

v. 9. **inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis** = active: „manus tua inveniat, i. e. assequatur omnes inimicos tuos“ (= b. Hieron. „inveniet“). — *„invenire“* = assequi; — *omnibus inimicis tuis* pro: *ab* omnibus inimicis tuis.

v. 10. **pones eos ut clibanum ignis** = facies eos instar fornacis ardentis. — *clibanus ignis* = fornax ardens; — *pono* = facio; vide psl. 17, 33. etc. —

in tempore vultus tui = momento, quo, vel quum, vel simulac apparuerit facies tua.

v. 11. **fructum eorum**; scilicet ventris, — ut ex altero hemistichio patet, — seu posteros eorum.

a filiis hominum = *ex hominibus*, ex societate hominum. — *a* = *ex*, hebr. מִן (min); conf. 30, 13. *a* corde = *ex* corde; 11, 2. veritates *a* filiis hominum = fidi *ex* hominibus.

v. 12. **quoniam declinaverunt in te mala** = etsi mala contra te machinentur. — *quoniam* hic loci est pro: „etsi, quamvis“; variæ enim sunt significationes hebraicæ conjunctionis כִּי (ki). —

declino cum casibus *motus ad locum* denotat = „inclino, convertor.“ (Cic. Or. 2, 38. Quint. 12, 3. ad f. etc.). Vulgata utitur hoc verbo *active* cum *causativa* significatione hoc sensu: hostes eo tendunt, ut mala in te inclinent, seu convertantur; idem dicit textus masoreticus: „etsi mala contra te *machinentur.*“

consilia i. e. sensu malo = dolos; (b. Hieron. vertit: *„scelus“*).

v. 13. **pones eos dorsum** = facies, ut terga vertant, seu dorsum dent; — coges eos terga vertere, — in fugam eos vertes; vide psl. 17, 41.

in reliquiis tuis praeparabis vultum eorum = nervis tuis diriges (telum) ad facies eorum. — *„in“* est instrumentale; vide 2, 9.

reliquiae; sic vertit Vulgata iuxta LXX. hebraicam vocem מֵיתָרִים (metarim), quæ *octies* in sacra Scriptura occurrit, et qua designantur:

1. *funiculi tentorii* et 2. *nervi arcuum.*

Quinquies vertit Vulgata ipsa *„funiculi“* (Ex. 37, 18. 39, 40. Num. 4, 26. Ies. 54, 2. et Ier. 10, 20.); — *bis „funes“* (Num. 3, 26. 37.); hic loci autem *„reliquiæ“* i. LXX. περίλοιπα. —

Vocatur autem nervus arcus (ex mente Agelii) [1]) sic, quia cum iacitur sagitta, chorda prius intenta *relinquitur* et relaxatur.

B. Hieron. vertit etiam hic loci *„funes“* („funes tuos firmabis contra facies eorum“.) — *„Reliquiæ“* Vulgatæ in hoc loco sunt ergo — *nervi arcus.* —

praeparabis = parabis; compositum pro simplici; (vide Rgl. 5. pag. 16.) = diriges; sic enim *ipsa* Vulgata *eandem* vocem hebr. *eiusdem* formæ (kolel) vertit, et quidem psl. 7, 10. et psl. 58, 5. — In psl° 7mo, v. 13. autem vertit verbo *„parare“*: „arcum suum tetendit et *paravit* illum.“ (Loch: bereit halten. Alt.: zurichten.); v. 14. „et in eo *paravit* (f. hiktil, eiusdem significationis) i. e. direxit — vasa mortis“ (vide 7, 13.).

Illo *„parare“*, ut re ipsa patet, intelligitur — τὸ *dirigere.* . . Unde b. Hieron. vertit: „funes tuos confirmabis contra facies eorum“. Latinum *„confirmo“* = firmum facio, solidum reddo.

---

[1]) Scholia in V. T. Ern. Frid. Car. Rosenmülleri. P. IV. vol. II. Lipsiæ 1802.

vultum eorum = *ad*, vel *contra* facies eorum. Vulgata iuxta LXX. æpositionem עַל (al) non exprimit.

Præparare et *parare* in latino sermone permutantur, et denotant: tare, adaptare, bene dirigere; ast etiam tractare (zurichten) — bene vel le; hic loci sumendum est sensu *malo;* agitur enim de eo, ut hostes rga dent. Tunc erit sensus Vulgatæ, si verbum „præparare" retinemus: *Nervis arcus tui male tractabis faciem hostium.*" (Confer notum: Faciem i, miles!) Ex his patet, sensum Vulgatæ et textus masoretici esse quoad *n* eundem.

v. 14. **exaltare** = surge; *exalto* latinis est — in altum elevo, erigo; *exaltor* = elevo me = surgo.

in virtute tua = cum tutela tua; *virtus* = tutela; vide v. 2. — = cum; vide v. 4.

Nota. „*Sela*" (vide 3, 3.) post v. 3. Vulg. non vertit. LXX. ponit ψαλμα" b. Hieron. „semper".

PSALMUS 21. (hebr. 22)

Consummatum est.

Auctor et argumentum. — Psalmus hic, — exclusive Messianus — t vaticinium de Christi Domini passione (v. 2—22.) et de fructu hus passionis (v. 23—32.).

Regius psaltes — David, supernaturali lumine illustratus, ex persona essiae in hoc psalmo loquens, vividis coloribus depingit atroces cruciatus, os Christus Dominus ex parte hostium suorum perpessurus, nec non extremam imi anxietatem, quam experturus erat. —

In II. parte exponit laetos passionis Dominicae fructus, qui communicantur hominibus in Ecclesia a divino Salvatore fundanda. Eam ingredientur nnes gentes, in ea reficientur sacra Eucharistia cuiusvis conditionis embra sine discrimine, tam magnates et divites, quam pauperes. —

Memoria divini Salvatoris in Ecclesia Eius in aeternum durabit, et quaelibet neratio laetum de redemptione nuntium sequenti iuniori generationi annuntiabit rbis: „Ille hoc consummavit".

Psalmum hunc esse exclusive Messianum extra omne dubium collocatur - effato Salvatoris ipsius et Apostolorum, — consensu omnium interetum christianorum — ipsiusque Ecclesiae decisionibus. —

Ipsi quoque Iudaei antiquiores non negarunt, Messiam hoc psalmo ectari; recentiores tamen psalmum hunc de tristi nationis suae statu terpretari amant, ut frangant vim argumentorum, quae Christiani ex eodem rivarunt.

Plura etiam in hoc psalmo inveniuntur, quae sunt prorsus aliena ab hioria Davidis, vel cuiusvis alterius personae; cum his autem, quae Christus ominus cruci affixus passus et locutus est, mire conspirant; veluti cum per-

sona in hoc psalmo loquens sistitur manibus et pedibus confossa (v. 17), inimici vestibus eiusdem potiti, easque inter se partiti dicuntur (v. 19.); insuper verba, quibus inimici loquentes inducti utuntur (v. 9.), cum iis verbis, quibus Christum Dominum in cruce pendentem Iudaei subsannarunt, plane conveniunt; (Matth. 27, 43.) quin imo ipse Salvator, in cruce moriens, prima psalmi nostri verba protulisse in evangeliis legitur (Matth. 27, 46.; Marc. 15, 34.).

Tempus — Qua occasione et quo tempore David psalmum hunc exaraverit, definiri non potest.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem pro susceptione matutina, Psalmus David.	1. Præfecto musicæ; secundum „Cerva auroræ“ Psalmus Davidis.
2. Deus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? Longe a salute mea verba delictorum meorum.	2. Deus mi! Deus mi! cur me deseris! remotus es ab auxilio mihi ferendo, a verbis rugitus mei!
3. Deus meus, clamabo per diem et non exaudies: et nocte, et non ad insipientiam mihi.	3. Deus mi, clamo interdiu, sed non respondes; et noctu, nec quies conceditur mihi.
4. Tu autem in sancto habitas, laus Israël.	4. Et tamen Tu es — ille Sanctus, qui sedes super hymnos Israëlis.
5. In te speraverunt patres nostri: speraverunt, et liberasti eos.	5. In Te fiduciam collocabant patres nostri, in Te sperabant et liberasti eos.
6. Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt: in te speraverunt, et non sunt confusi.	6. Ad Te vociferabantur et liberati sunt, Tibi confidebant, neque pudefacti sunt.
7. Ego autem sum vermis, et non homo: opprobrium hominum, et abiectio plebis.	7. Ego vero vermiculus sum et non homo, detestabilis hominibus et contemtus a plebe.
8. Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labiis, et moverunt caput.	8. Quicumque me adspiciunt, subsannant me, diducunt labia, nutant capite.
9. Speravit in Domino, eripiat eum: salvum faciat eum, quoniam vult eum.	9. „Confisus est Domino — liberet eum, erripiat eum, si delectatur eo“.
10. Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meæ.	10. Sane Tu eduxisti me ex utero, Tu securum me reddidisti ad ubera matris meæ.

In te proiectus sum ex utero: de ventre matris meae Deus meus es tu,

ne discesseris a me: quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est, qui adiuvet.

Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum: et dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit faucibus meis: et in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.
Foderunt manus meas et pedes meos:

dinumeraverunt omnia ossa mea.
Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me:

diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice.

Erue a framea, Deus, animam meam: et de manu canis unicam meam.

In Te proiectus sum inde a nativitate, —
ab utero matris meæ Deus meus es Tu.

Ne subducas Te a me longius, prope enim accessit angustia, nec est, qui adiuvet.

Circumdant me tauri numerosi, robusti ex Bašane tauri me cingunt.

Distendunt contra me os suum, ut leo dilaniaturus et rugiens.

Effusus sum instar aquæ, et omnia ossa mea se disiungunt, cor meum factum est tamquam cera, liquefit inter viscera mea.

Vis mea vitalis exaruit tamquam testa, et lingua mea adhæret palato meo; ad humum ergo mortis disponis me.

Quoniam cingunt me canes, turba maleficorum me circumdant, perfoderunt manus meas et pedes meos.

Dinumerare possem omnia ossa mea; illi intuentur, — cum voluptate intuentur me.

Distribuunt vestimenta mea inter se, et de veste mea iaciunt sortem.

Sed Tu Domine, ne sis procul! robur meum, propera ad auxilium mihi ferendum!

Eripe a gladio animam meam, e manu canum unicam meam!

22. Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam.
23. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te.
24. Qui timetis Dominum, laudate eum: universum semen Iacob glorificate eum.

25. Timeat eum omne semen Israël, quoniam non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis;
nec avertit faciem suam a me, et cum clamarem ad eum, exaudivit me.

26. Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.

27. Edent pauperes, et saturabuntur, et laudabunt Dominum, qui requirunt eum: vivent corda eorum in sæculum sæculi.

28. Reminiscentur et convertentur ad Dominum universi fines terræ, et adorabunt in conspectu eius universæ familiæ gentium.

29. Quoniam Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium.
30. Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terram.

22. Serva me ab ore leonis,
et a cornibus bubalorum libera me

23. **A**nnuntiabo nomen Tuum fratribus meis,
in media concione Te collaudabo
24. „Quicumque colitis Dominum, col-
laudate Eum,
omnis progenies Iacobi honorate
Eum,
et revereamini Eum omnes poster
Israelis!“
25. „Quoniam non contempsit nec aver
satus est dolores afflicti,
neque occultavit faciem suam a
illo,
sed, cum vociferaretur ad Eum, ex
audivit“.

26. De Te aget laus mea in concion
plenaria;
vota mea persolvam coram cultori
bus Eius.

27. Convivabuntur pauperes ad satie
tatem,
laudabunt Dominum ii, qui quærun
Eum:
„Utinam hilare sit cor vestrum i
perpetuum!“

28. **R**ecordabuntur et convertent se a
Dominum omnes termini
terræ,
et prosternent se coram Te omne
familiæ gentium;

29. nam Domini est regnum,
et Ipse dominatur gentibus.
30. Edent et prosternent se coram E
omnes opulenti terræ,
coram Eo incurvabunt se omnes
qui descendunt in pulverem,

Et anima mea illi vivet. et semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura : et annuntiabunt cœli iustitiam eius populo. qui nascetur, quem fecit Dominus.

nec non illi. qui vitam suam amplius servare nequeunt.
31. Posteritas serviet Ei,
de Domino narrabitur generationi,
32. quæ veniet et nuntiabit iustitiam Eius
generationi sequenti: „Ille hoc consummavit".

v. 1. **In finem;** vide psl. 4, 1. — **psalmus David** vide psl. 3. 1.
pro susceptione matutina: in textu masoret. est: *„secundum: Cerva* var.
rœ", (b. Hieron. „cerva matutina"); his verbis verosimile significatur rdium alius cantici, ad cuius melodiam etiam hic psalmus cantandus et. (conf. 9, 1.)

Idem — scilicet „exordium alius cantici" etiam versio Vulgatæ signibit.

Differentia inter versionem Vulgatæ et textum masoret. sic explitur: Pro masoretico אַיֶּלֶת (ajjélet) = *„cerva"*, legit Græc. LXX. literas tus non punctati אילת „ejalut" = *fortitudo, robur.* — dein *auxilium.* od idem valet ac „susceptio" Vulgatæ; inde vertit: „ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως". Vulgata *„pro susceptione"*. (Vide dicta de „ἀντιλήπτωρ" — Vulgata sceptor" psl. 3, 4.).

Hebr. vox שַׁחַר („šachar") denotat — *auroram, tempus matutinum.*

Hebræi seriores nominabant iuxta Talmudem *„matutinum tempus,"* quo ma lux apparet. — *„cervam auroræ"* (seu „cervam matutinam") et comrabant primos radios solis orientis cum *„cornubus cervæ seu capreæ"* — Quia autem ex Lege quotidie — prorumpente aurora agnus in sanctuo immolabatur; verosimile videtur, cantatum fuisse simul pro *benigna sceptione* sacrificii matutini a Deo imploranda canticum. cuius exordium at: „cerva auroræ." —

His præmissis denotare potest inscriptio: *„pro susceptione matutina"* inæ Vulgatæ vel:

1. *pro susceptione benigna* sacrificii matutini a Deo imploranda — vel
2. *„pro implorando auxilio divino,* (seu tutela divina) occasione sacrii matutini", — si *„susceptio"* idem valet. quod *auxilium, tutela.* (conf. l. 3, 4.) — Quoad *rem,* nulla est divergentia.

v. 2. **meus** = mi; vide psl. 7, 2. —
Iuxta LXX. addit Vulgata *„respice in me"*, quod sensum non mutat. add.
a salute mea = ab auxilio mihi ferendo; vide psl. 9, 16.: salutare salus.

verba delictorum meorum; i. e. verba, quæ mihi extorquent do- var.
res, quos pro expiatione peccatorum totius generis humani in me suscepi. ti gemitus et clamor immanibus doloribus extortus vocatur in textu maretico *„verba rugitus mei"*. —

Rugitus. proprie leonis, transfertur ad designandam vocem illam horbilem, quam viris alioquin fortibus exprimere solet vis doloris et intolebilis animi anxietas.

Græcus LXX. habuit in codice suo radicem שָׁגָה (šagâ) = erravit, —

textus masoreticus autem exhibet radicem שָׁאַג (ša'ag) = rugivit.

Vocem *textus masoretici* legit *Aquila* vertens: βρύχημα (rugitus) e *auctor „Quintæ“*, vertens: βοήσις (imploratio). —

Non obstante lectione variante sensus versionis Vulgatæ et textu masoretici idem est.

v. 3. **non exaudies** = non respondes.

var. **et non ad insipientiam mihi**; scil. sint. Sensus est: „Clamor meu non sit clamor indignantis, de Te conquerentis; hoc esset insipientia, stul titia seu peccatum; sed — eius, qui dixi heri: „Pater mi, si possibil est, transeat a me calix iste; verumtamen non, sicut ego volo, sed sicu Tu.“ — „Pater mi! si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fia voluntas Tua.“ (Matth. 26, 39. 41.)

Secundum textum masoret. sonat versio: *„Nec quies conceditur mihi.* — Vocem textus non punctati: „רמיה“ Græc. LXX. legisse videtur: מָיָה „r'mija“, quod designat *ignaviam, fraudem, rem moraliter non bonam;* textu masoreticus autem exhibet vocem „dumijja“, quod *silentium, quietem* denotat Hæc divergentia — orta ex permutatione litteræ ר cum ד — essentiar sensus minime tangit.

v. 4. **Tu autem in sancto habitas, laus Israël** i. e. Tu in san ctuario resides, *obiectum laudis* populi Israëlitici. —

Eundem sensum fundit textus masoreticus: *„Et tamen Tu es — ill Sanctus, qui sedes super hymnos Israëlis.*

v. 7. **opprobrium hominum** = detestabilis hominibus.
abiectio plebis = abiectus, contemptus a plebe.

v. 8. **omnes** = quicumque; vide psl. 6, 8. „hebr. כֹּל (kol.)“
locuti sunt labiis = diducunt labia.
moverunt caput = nutant capite, quod est gestus irridentis.

v. 9. **volo aliquid** = delector aliqua re; vide psl. 1, 2. „voluntas“

v. 10. **spes mea ab uberibus matris meae** = Tu securum m reddidisti ad ubera matris meæ.

Hebraicum עַל *(al)* præter alia significat: = *ad*, quod in nonnulli locis etiam LXX. et Vulgata exprimit. v. c. II. Par. 30, 1. voce: ἐπί, Vul gata: *„ad“ bina* vice in citato versu.

Etiam apud auctores classicos significat „ab“ interdum locum ve personam, *apud* quam aliquid fit. (vide Lexicon); inde *„ab“ uberibus* = *„ad“ ubera.*

Spes mea scilicet: Tu es, vel eras; vide Rgl. 2. pag. 16.; — secundu text. masoreticum: „securum reddidisti me“; causa et effectus; spes enit reddit hominem securum. conf. psl. 4, 10.: *„in spe“.* —

Spes = fiducia, cui opponitur *metus*, i. e. exspectatio mali. —

Idem verbum eiusdem formæ vertit Vulgata Ier. 28, 15. *„confider fecisti* populum mendacio“; (expressit עַל (al) *dativo*) et 29, 31.; *„fecit vo confidere in* mendacio“; (expressit עַל (al) præpositione *„in“*). — Est ergo „spes mea ab uberibus matris meæ eras“ idem ac: Tu me confidere fecis ad ubera matris meæ. —

v. 11. **In te proiectus sum ex utero** seu *„inde a nativitate“* — iquiori ævo pater recens natum in sinum suum recipiebat, et hoc ritu m esse declarabat. Gen. 30, 31. 50, 23. Job. 3, 12.

v. 13. **vituli** = tauri; hebraica voce פָּר (far) designatur taurus im- nis ætate florens, juvencus. Tauri et juvenci ob robur et proterviam t imago *hostium*. Tauri *Bašanitici*, quia fortiores et ferociores, sunt bolum hostium *potentiorum*. —

tauri pingues = robusti ex Bašane tauri. In regione Bašan erant cua optima, unde et tauri Bašanitici pinguiores erant ceteris. Iuxta nionem Alexandrini LXX. vocatur res „pinguis“ per metaforam in he- ico — „Bašanitica“; conf. 67, 16. mons pinguis = mons Bašanaticus.

v. 14. **super me** = contra me; vide psl. 14, 5.

rapiens = dilaniaturus; antecedens pro consequenti.

Regula 42. *Hebræis unicum est participium, quod omnibus temporibus* Rgl. 42. *ervit. Ex contextu cognoscitur tempus.*

v. 15. **dispersa sunt ossa mea** = ossa mea se disiungunt; *dispergi* — de ossibus in corpore vivo, est: — *disiungi.*

virtus mea = vis mea vitalis.

faucibus meis = palato meo.

in pulverem mortis deduxisti me = ad humum mortis disponis . — *Pulvis mortis* = est pulvis, in quo cadavera mortuorum recon- ntur = sepulcrum.

v. 17. **canes multi.** Iuxta LXX. addit Vulgata: *„multi“*; canes sunt add. pe imago hominum *mordacium* et *impudicorum.*

concilium est quævis coagmentatio, = conventus, turba, etc.

v. 18. **dinumeraverunt** = *dinumerare possent*, scil. spectatores mei; var. *potentiali* vide psl. 5, 8. Rgl. 16.; confer psl. 9, 15. —

Text. masoret. exhibet I. personam: „dinumerare *possem*“. —

Diversitas est in *persona agente*, quin res mutetur. Ex I. persona ριθμησα facile evasit III. pers. plur. accedente littera „ν“ — ἐξηριθμησαν.

et = addit Vulgata iuxta LXX. add.

inspexerunt = cum voluptate intuentur me. —

Hebr. רָאָה (raâ) non tantum denotat „videre, spectare“, sed etiam um delectatione spectare, cum voluptate intueri“; confer Gen. 6, 2.

v. 20. **tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me** var. sed tu, Domine, ne sis procul! robur *meum* . . . .

Vulgata trahit vocem „auxilium“ ad verbum: „ne elongaveris“ et add. dit: „tuum“, quin sensus mutetur.

auxilium = robur; effectus pro causa. —

ad defensionem meam conspice = propera ad auxilium mihi endum; antecedens et consequens.

v. 22. **cornua unicornium** = cornua bubalorum (Büffel, Wildstier, vol, divoký vůl). — Hebr. vox רְאֵמִים, רְאֵם (r'em) denotat — bubalum, — spe- m gazellarum; *tropice* — hostem atrocem. — *Cornua* sunt symbolum *boris* et *potentiæ.*

humilitatem meam = me *afflictum*; abstractum pro concreto; vide var. l. 10, 8. Rgl. 30. — *humilis* = afflictus; vide psl. 9, 14. 17, 28.

Textus masoret. habet: „exaudi me"; est constructio prægnans pro „exaudi me et libera", i. e. libera me. — Pro עֲנִיָּתָנִי (ʿanitâni) = „exaudi me" habuit interpres Græcus in codice suo — עַנְוָתִי (ʿanvatî) i. e. *„humilitatem meam."*

Sensus v. 22. est: „libera me ab hostibus meis", quem et *Vulgata* [illegible] *textus masoreticus* exprimit.

v. 23. **ecclesia** = concio, congregatio, cœtus; vide psl. 1, 1. „cathedra" et psl. 126, 32. — Radix est: ἐκκαλέω = evoco, convoco.

v. 24. **timeo Dominum** = colo Dominum; idem v. 26.; vide psl. 14, 4

v. 24ti partem III. trahit Vulgata ad v. 25.; vide Rgl. 6. pag. 16.

v. 25. **deprecationem pauperis** = dolores afflicti; — effectus pro causa. — *deprecatio* = dolor, gemitus; vide psal. 16, 1. — *pauper* = afflictus; vide psl. 9, 10.

var. **a me** = ab illo, scilicet dolores patiente. „ו" suffixum III. persona permutatum est cum „י", quod est suffixum I. personæ.

clamarem = clamaret seu vociferaretur; scilicet dolores patien[illegible] Vulgata ponit iuxta LXX. Imam personam, textus masoreticus IIIam; sensus manet idem.

v. 26. **apud te laus mea in ecclesia magna;** scil. erit; (vide Rgl. 2. pag. 16.) = de te aget laus mea; = tu eris *obiectum* laudis meæ. — Sensus est: „De te hymnum canam in concione plenaria".

v. 27. **requiro** = quæro; vide Rgl. 5. pag. 16.

var. **vivent corda eorum in saeculum saeculi** = utinam hilare s[illegible] cor vestrum in perpetuum! —

Eorum; textus masoreticus: „vestrum;" hoc sicut illud refertur a[illegible] *cultores* Domini, inde sensus manet idem. —

Vivere = beate vivere, hilaris esse. —

Auctor sacer respicit convivia, quæ mactatis victimis *eucharisticis* a[illegible] locum sanctum celebrari solebant, et ad quæ pauperes invitabantur; hæ convivia præsignificabant refectionem fidelium ss. Eucharistiæ Novi Testamenti.

De *hocce* convivio prædicit etiam propheta Isaias 25, 6. . . .

v. 28. **convertentur** = convertent se; significatione mediâ. Ethni[illegible] obliti sunt veri Dei, ideo de iis dicitur: „Recordabuntur et convertent s[illegible] ad Dominum". —

v. 30. **pinguis** = opulentus, abundans diviliis, potentia; vide ps[illegible] 19, v. 4.

terra = pulvis. Verbis: **„qui descendunt in terram"** seu *in pu[illegible] verem* — intelligendi sunt *subditi* principum et magnatum nec non *pauperes* nam coram magnatibus orientales de jumento descendunt, se fere usqu[illegible] ad terram inclinant et genu vel fimbriam vestis eorum osculantur, eamqu[illegible] fronti imponunt; coram principibus et regibus vero se totos in terra prosternunt, vel genibus flexis fronte terram attingunt et pedes illius v[illegible] terram osculantur.

v. 31. — v. 30mi partem III. trahit Vulgata ad v. 31. (vide Rgl.
var. pag. 16.) et vertit: **„et anima mea illi vivet"**, i. e. „et anima mea [illegible] *honorem Dei* vivet = ego vitam meam et me totum Deo consecrabo". — *„Illi"* est Dativus *commodi.*

Versio textus masoretici sonat: *„Nec non illi, qui vitam suam amplius servare nequeunt"*; His verbis intelligendi *sunt moribundi,* ita, ut sit sensu[illegible]

. Eucharistia reficientur opulenti seu magnates, — subditi eorum et peres, qui coram eis in pulverem se prosternunt, nec non omnes — ibundi". —

Diversitas orta est ex permutatione ' cum ו. — et in permutatione (l'o) = *non*, cum לוֹ (lo) = *ei, illi.* — Legit Græcus in codice suo נַפְשִׁי לוֹ "ši lo), pro Masoretico: נַפְשׁוֹ לֹא (naf'šo lo).

Latina Vulgata (non LXX.) trahit ultimam partem v. 30mi „et anima illi vivet" ad versum 31. et II. hemistichium v. 31mi ad versum 32.; e Rgl. 6. pag. 16.

semen meum = posteritas, posteri; **meum** addit Vulgata juxta LXX. add.

v. 32. **annuntiabitur Domino generatio ventura** = de Domino rabitur generationi venturæ; vel = in honorem Domini hicce lætus tius prædicabitur hominibus generationis sequentis.

Hæc constructio explicatur optime, si conferimus „*annuntiari*" huius cum „*evangelizari*" apud Math. 11, 5., Luc. 7, 22.: „pau*peres evangelizantur*", i. e. pau*peribus evangelizatur.* (Ull.: Den Armen wird das Evangelium gepredigt). —

annuncio est latinis idem fere, quod „*nuncio*" et plerumque de rebus *is* adhibetur. Sic notat Donat. ad Tert. Ad. 4, 2. 8. —

Pro „*narrare*" usurpavit „*nunciare*" non semel Appul. Met 8. init.

annuntiabunt coeli justitiam ejus populo qui nascetur; Vocem add. *li*" addit Vulgata; in LXX. hoc additamentum non existit, nec in Syro, in Arabe; etiam in multis antiquis Psalteriis non invenitur. —

Erat hæc vox „cœli" sine dubio tamquam *glossa* ad marginem scripta, e serius in textum venit; — desumta est fors ex psalmo 18, 2. „*Cœli* rrant gloriam Dei." Glossā hac explicandus erat *pluralis* „annuntiabunt". Ast plurale prædicatum „*annuntiabunt*", refertur ad præcedens collectum — „*generatio ventura*"; est ergo hic loci — constructio secundum *sum*, quæ sæpissime occurrit, et nullā indiget glossā.

Est ergo sensus in nexu cum antecedentibus: „De Domino prædicatur generationi venturæ, et homines hujus generationis annuntiabunt populo, qui nascetur, seu generationi sequenti, — iustitiam Eius." Idem et aliud dicit etiam textus masoreticus.

iustitiam eius i. e. absolutam bonitatem eius. Confer Ioan. 11, 11. . . o sum pastor bonus; bonus pastor dat vitam suam pro ovibus suis etc. Nomine „*iustitiæ*", צְדָקָה (c'dak'a) — Hebræi *summam* morum *rectitudinem* et absolutam bonitatem designant; vide psl. 49, 6.; 35, 11,; 30, 2.; „ 2.

populo, qui nascetur, quem fecit Dominus = populo, qui Deo add. *disponente* nascetur; vel: populo, qui nascetur, quem *redemit* Dominus."

Textus masoreticus *directe* dicit, *quod* generatio generationi nuntiabit, rbis: כִּי עָשָׂה (ki 'asâ) = „*Ille hoc consummavit.*"

Hebr. עָשָׂה ('asâ) est sicut latinum „*fecit*" latissimæ significationis que usus et accomodatur omnibus fere actionibus; quænam significatio specie sit eligenda, docet contextus. Hic loci valet „**fecit**" idem, quod: *nfecit*, ad *finem perduxit, consummavit;* vollbringen; dokonati.

Subjectum est in verbo: „'asâ" III. pers. sing. masc.: ergo: „*is* vel *ille*;" intelligendus est „*Dominus*," quia de *Domino* narrabitur generationi venturæ.

Inde simul explicatur *additamentum* Vulgatæ juxta LXX.: „*Dominus*"; b. Hieron. hoc additamentum non habet.

Objectum prædicationis de Domino, — scilicet *redemptio mundi*, — est ex antecedentibus facile intelligibile, et hinc in hebraico non exprimitur (confer psl. 20, 5. Rgl. 41.)

Interpreti Alexandrino vertenti: ὃν — et Vulgatæ vertenti: „*quem*" — est objectum — „*populus qui nascetur*," seu — generatio sequens.

Stante hoc objecto valet „*fecit*" idem, quod — „redemit."

Quod Græcus LXX. vertit ὅν, (Vulgata: „*quem*"), vertendum est „ὅτι"; in hebraico enim est כִּי (ki), quod in oratione *directa* ponitur, et quod Vulgata plerumque voce „*quia*" vertit. Conf. etiam N. T. v. c. Math. 26, 72. negavit cum iuramento: „*Quia* non novi hominem". Allioli: „Ich kenne den Menſchen nicht".

Ut ex dictis patet, manet sensus quoad rem idem.

Prima huius psalmi verba protulit Dominus noster in cruce pendens, ut iam supra dictum est; ultima Eius verba erant: „*Consummatum est*"; scilicet — *opus redemptionis mundi* (Ioan. 19, 30.).

Christum esse illum *Salvatorem mundi*, annuntiabit generatio sequens generationi verbis: „*Ille hoc consummavit.*"

PSALMUS 22 (hebr. 23).

Pastor bonus.

Auctor et argumentum. — Auctor hujus psalmi David contestatur fiduciam suam in Deum et gratias agit pro tutela divina.

Tempus. — Collato v. 5to exaravit David psalmum hunc, quum fugitivus ab Absalone trans Jordanem recessisset; verosimile eo tempore, quum illi in locis desertis inter medios hostes summa inopia rerum necessariarum conflictanti „Sobi, Machir et Berzellaj obtulissent stratoria et tapetia et vasa fictilia, frumentum hordeum et farinam, et polentam et fabam et lentem et frixum cicer et mel et butyrum, oves et pingues vitulos; — suspicati enim sunt, populum ejus fame et siti fatigari in deserto. (II. Sam. 17, 27.—29.)

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Psalmus David.	Psalmus Davidis.
1. Dominus regit me, et nihil mihi deerit:	1. Dominus est pastor meus, non labo- ro inopia.

in loco pascuæ ibi me collocavit.
Super aquam refectionis educavit me:
Animam meam convertit.
Deduxit me super semitas justitiæ propter nomen suum.
Nam. etsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.
Virga tua, et baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam adversus eos. qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians. quam præclarus est!
Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. et ut inhabitem in domo Domini. in longitudinem dierum.

2. In pascuis virentibus facit me recubare,
ad aquas placidas ducit me.

3. Animam meam recreat.
ducit me in viis rectis
propter gloriam suam.
4. Etiam. quum ambulo in valle pertenebrosa
non timeo mali quid: nam Tu mecum es.
Sceptrum Tuum et baculus Tuus. — illa me consolantur.
5. Tu adornas coram me mensam in conspectu hostium meorum.
large ungis oleo caput meum.
poculum meum — redundat.

6. Nil nisi felicitas et gratia subsequentur me
omnibus diebus vitæ meæ.
et iterum habitabo in domo Domini.
in tempus vitæ.

v. 1. **Psalmus David**; vide psl. 3, 1.
regit me = pascit me = est pastor meus. (b. Hier.) — Vulgata ait translatam significationem verbi: „*pascere*“; LXX. ποιμαίνειν. —
in loco pascuae = in pascuis virentibus (b. Hier. „in loco viridi“).
v. 2. **collocavit me** = me cubare facit.
super aquam = ad aquam. Hebr. עַל (al) non semper „*super*“ dicat. sed etiam „*ad*“; confer gen. 38. 12., ubi etiam Vulgata vertit „*ad oves.*“
aquae refectionis = aquæ placidæ; notionem *quietis* — in finem refectionis trahit Vulgata „*ad gregem*“. quo sensus minime mutatur.
educavit me i. e. nutrit me. (b. Hier. „enutrivit“): —
educo = nutrio: (Varr. app. Non. 5. 105. — Plin. 9. 13. 15. „Vitulus marinus *educat* — mammis fetum“). —
ducere est medium: „*educare*“ vel „*nutrire*“ — finis.
v. 3. **converto** = recreo. refocillo. (b. Hier. „refricio“) vide psl. 18. 8.
super = in. hebr. בְּ (b'): vide psl. 3. 3. Rgl. 10.
semitae iustitiae: est hebraismus = *semitæ iustæ, rectæ*; vide 4. 2 Rgl. 11.
propter nomen suum = propter *gloriam* suam. —

Hebr. vox שֵׁם (Sem) non tantum „*nomen*“ significat, sed etiam *nomen celebre, gloriam;* sic etiam latina vox „nomen“ ponitur pro æstimatione, fama. (Cic. Brut. 67.—69. extr. Virg. A. 2. 20. Hor. Od. 3. 9. 7. etc.).

v. 4. **in medio umbrae mortis** i. e. in umbra, in locis seu vallibus tenebrosis, in quibus ubique mortis species sese obiicit, ac ostentat periclitanti. —

Attributum „*mors*“ denotat, ut Hebræis, ita et aliis. — *horrendi* quidquam: inde: *umbra mortis* idem valet ac — umbra terribilis, horrenda = loca caliginosa, valles pertenebrosæ. —

In medio = in; confer psl. 47, 10. 73, 12.

virga tua = sceptrum tuum. Vulgata in toto psalterio pro „*sceptro*“ ponit „*virga*“: vide psl. 2. 9. „*Sceptro*“ dirigit pastor gregem. „**baculo**“ se ipsum sustentat et feras propellit.

v. 5. **adversus eos** = in conspectu eorum = ex adverso, ut videant me a Te protegi.

in oleo = oleo: „in“ instrumentale: vide psl. 2. 9. Rgl. 7.

inebrians = vino, quo *inebriari* possim, abundans: effectus pro causa. Hebr. vox רְוָיָה (rvajâ) ubertatem denotat et:

1. de omni largo potu, aquæ etiam, et de rigatione dicitur:

2. deinde vero ad omnem omnino uberem bonorum suppeditationem transfertur.

quam praeclarus est: hæc verba trahit Vulgata iuxta LXX. ad v. 5^{tum}: = „*nil nisi felicitas*“ (b. Hieron. „benignitas“), quo versus 6^{tus} in textu masoretico incipit; — vide Rgl. 6. pag. 16.

v. 6. **misericordia** = gratia: vide psl. 5. 5. —

inhabito = habito (b. Hieron.): vide Rgl. 5. pag. 16.

longitudo dierum = tempus vitæ: vide psl. 20. 5.

PSALMUS 23. (hebr. 24.)

Parati expectate adventum Domini gloriosum!

Auctor, argumentum et tempus. — Regius psaltes — David — exaravit hunccce psalmum verosimile ante translationem arcae foederis in montem Sion, ut occasione solennis translationis — triumphalis ingressus Domini — per choros decantaretur. — Pulchre bina vice evocantur portae sacri tentorii, ut, quum sint humiliores, quam ut augustissimum numen capere possint, sese attollant.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Prima sabbati. Psalmus David. Domini est terra et plenitudo ejus, orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.	1. Psalmus Davidis. *(Chorus ad radicem montis Sion.)* **D**omini est terra et quod implet eam, orbis terræ et qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum, et super flumina præparavit eum.

2. Nam Is super maria fundavit eam,
et super flumina firmavit eam.
(vox prima.)

Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus?

3. Cui licet ascendere in montem Domini,
et cui licet stare in loco sancto Ejus?
(vox secunda.)

Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

4. Illi, qui est insontibus manibus et puro corde,
qui non effert animum suum ad malum,
nec jurat cum fraude.
(Chorus.)

Hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo.

5. Is accipiet a Domino beneficia,
et justam mercedem a Deo salvatore suo.

Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Jacob.

6. Hoc est genus eorum, qui colunt Eum,
qui quærunt faciem Tuam, Deus Jacobi! (sela.)
(Chorus ad arcem Sion.)

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales: et introibit rex gloriæ.

7. Attollite portæ capita vestra,
et attollite vos fores perantiquæ,
ut introeat rex gloriosus!
(Vox in portis arcis.)

Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis et potens, Dominus potens in prœlio.

8. Quis est iste rex gloriosus?
(Chorus.)
Dominus potens et fortis,
Dominus heros in bello.

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales: et introibit rex gloriæ.

9. Attollite portæ, capita vestra,
et attollite vos fores perantiquæ,
ut introeat rex gloriæ!
(Vox a portis.)

Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

10. Quis est iste rex gloriæ?
(Chorus.)
Dominus exercituum,
Ille est — rex gloriæ. (sela.)

add. v. 1. **Prima sabbati;** addit Vulg. juxta Græcum LXX.: Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ τῆς μιᾶς σαββάτου.

psalmus David — vide psl. 3, 1.

universi; addit Vulgata iuxta LXX.

add. v. 2. **praeparavit** = firmavit (b. Hieron.: „stabilivit"), ut paralle lismus docet.

v. 3. **quis ascendet — quis stabit** = cui licet ascendere, — cui lice stare?; de *potentiali* vide psl. 9, 15. Rgl. 16.

v. 4. **qui non accipit in vano animam suam** = qui non *effert* – (b. Hieron. „exaltavit") animum suum *ad* malum. —

Hebr. נָשָׂא (nasâ) = 1. sustulit, extulit; 2. tulit, portavit; 3. cepit accepit, sumpsit; τὸ „accipere" est prædecens, „effere" consequens. —

Ceterum Vulgata in hoc ipso psalmo vertit imperativum *eiusdem* verb — „attolite"; vide v. 7. et 9.

vanum = malum, in specie mendacium; vide psl. 11, 3. et 5, 10. —

Confer Ex. 20, 7. „non assumes nomen Domini, Dei Tui, in vanum i. e. ad mendacium". — **in vano** pro: *in vanum*, *in malum.* Vulgat construit „*in*" sæpe cum Ablativo loco Accusativi. — De *lamed directionis* vide psl. 3, 3. Rgl. 9.

in dolo = dolose (b. Hieron.), cum fraude; vide psl. 4, 9. Rgl. 14 3, 3. Rgl. 10.

add. **proximo suo;** addit Vulgata iuxta LXX.

v. 5. **benedictionem** = beneficia; abstractum pro concreto. —

misericordiam = iustitiam (ut et b. Hieron. vertit) = iustam mercedem.

salutare = salutem afferens, — salvator; vide psl. 9, 16.

v. 6. **quaero dominum** = colo Dominum; vide psl. 9, 11.

v. 7. 9. **attolite portas principes vestras;** Versio Vulgatæ allo qūitur *magistratus* urbis, ut portas aperiant; sensus hac variatione minim mutatur. — Textus masoreticus alloquitur *portas ipsas*; sic et b. Hieron vertit: „Levate portæ capita vestra".

rex gloriae = rex gloriosus, triumphans; vide psl. 4, 2. Rgl. 11

portae aeternales = portæ perantiquæ; hebr. enim vox — עוֹלָם (olam) denotat temporis spatium, cuius terminus *„a quo"* vel *„ad quod* non est notus —; designat ergo spatium mox *longius*, mox *brevius.*

Vulgata plerumque vertit: *„æternus, sempiternus, sæculum"*.

Significatio illius „æternus, sempiternus, sæculum", determinanda es ergo *semper naturā rei*, de qua sermo est. Sic vocantur in Vulgata:

homines iam *diu* defuncti — *„mortui sempiterni"* (Lament. 3, 6.);

viri famosi *antediluviani* — *„a sæculo"* viri famosi (gen. 6, 4,);

ruinæ Hierosolymitanæ (spatio 60 annorum) — ruinæ *„sæculorum* (Is. 58. 12.; 16, 4.); —

hic loci portæ *perantiquæ* — portæ *„æternales"*;

de servo, qui anno servitutis septimo dimitti noluit, et qui dein usqu *ad finem vitæ* servire debebat, dicit Deut. 15, 17. „serviet tibi *„usque i æternum"*; et. Ex. 21, 6. „erit ei servus *in sæculum*" — etc.

Veræ æternitatis notio (*absque initio* et *absque fine*) voce „olam" i iis tantum locis exprimitur, qui ad naturam *summi Numinis* spectant, v. Gen. 21, 33. — Is. 40, 28.

v. 10. **Dominus virtutum** = Dominus exercituum. —
Hebraica vox צְבָאוֹת (c'baot), a rad. צָבָא (cabâ) — „processit (miles in bellum)", est pluralis, et denotat — „exercitus, agmina." —
I'hova c'baot = „Iehova (seu Deus) agminum cœlestium" est appellatio sumi Numinis in *prophetarum* libris frequentissima.

PSALMUS 24. (hebr. 25.)

Domine! miserere mei!

Auctor et argumentum. — Psalmi hujus alphabetici auctor — David — exponit firmam fiduciam suam in Deum, et laudibus extollit mandata divina, quae custodire exoptat. Inde rogat, ut Deus eum doceat rationem recte agendi, et ut ei remittat delicta, quae malorum omnium causam esse probe scit. Saul implorat pro se et pro toto populo auxilium divinum contra hostes suos.

Tempus et occasio. — De tempore et occasione hujus psalmi exactionis nil certi dici potest.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
In finem, Psalmus David.	1. Davidis.
Ad te, Domine, levavi animam meam:	א **A**d Te, o Domine, mentem meam levo.
Deus meus, in te confido, non erubescam:	2. ב Deus mi, in Te fiduciam colloco, ne permittas, ut erubescam;
neque irrideant me inimici mei: etenim universi, qui sustinent te, non confundentur.	ne permittas, ut exultent hostes mei de me;
	3. ג nam nemo eorum, qui in Te sperant, pudore afficietur,
Confundantur omnes iniqua agentes supervacue.	pudore afficientur illi, qui temere defecerunt a Te.
Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me.	4. ד **F**ac, o Domine, ut noscam vias Tuas, semitas Tuas doce me!
Dirige me in veritate tua, et doce me, quia tu es Deus salvator meus, et te sustinui tota die.	5. ה Fac, ut incedam in veritate Tua et doce me; nam Tu es Deus salvator meus, in Te spero quotidie!

6. Reminiscere miserationum tuarum, Domine, et misericordiarum tuarum, quæ a sæculo sunt.
7. Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memineris. Secundum misericordiam Tuam memento mei tu: propter bonitatem Tuam, Domine.

8. Dulcis et rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
9. Diriget mansuetos in judicio: docebit mites vias suas.
10. Universæ viæ Domini, misericordia et veritas, requirentibus testamenta ejus et testimonia ejus.
11. Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo: multum est enim.
12. Quis est homo, qui timet Dominum? legem statuit ei in via, quam elegit.
13. Anima ejus in bonis demorabitur, et semen ejus hereditabit terram.
14. Firmamentum est Dominus timentibus eum: et testamentum ipsius, ut manifestetur illis.
15. Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.
16. Respice in me, et miserere mei, quia unicus et pauper sum ego.
17. Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me.

6. ר **R**ecordare miserationum Tuarum, o Domine, et gratiarum Tuarum quæ sunt inde ab æterno.

7. ח Peccatorum juventutis meae et delictorum meorum ne sis memor, memor sis mei secundum gratiam Tuam,
propter benignitatem Tuam, o Domine!
8. ט **B**enignus et fidelis est Dominus, propterea monstrat peccatoribus viam.
9. י Facit, ut humiles incedant recte, et docet demissos viam suam.
10. כ **O**mnes semitæ Domini sunt gratiosæ et fideles
iis, qui servant fœdus et præcepta Ejus.
11. ל Propter nomen Tuum, o Domine, condona culpam meam,
magna est enim!
12. מ **Q**uicumque timet Dominum, ei Ipse monstrat viam eligendam.

13. נ Anima ejus in felicitate habitat, et semen ejus possidebit terram.

14. ס Familiaris consuetudo Domini est cultoribus Ejus;
nam fœdus Ejus est ad edocendum eos.
15. ע **O**culi mei continuo ad Dominum directi sunt,
Ille enim educet e reti pedes meos.
16. פ Respice ad me et miserere mei, nam derelictus sum et afflictus!

17. צ Fac, ut cessent angustiæ cordis mei,
et educ me ex pressuris meis!

Vide humilitatem meam et laborem meum: et dimitte universa delicta mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, et odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, et erue me: non erubescam, quoniam speravi in te.

Innocentes et recti adhæserunt mihi, quia sustinui te.

Libera, Deus Israel, ex omnibus tribulationibus suis.

18. ר Intuere afflictionem meam et miseriam meam,
et condona mihi omnia peccata!

19. ר Vide hostes meos, quod numerosi sunt,
et quod odio iniquo persequuntur me!

20. ש Custodi animam meam et eripe me,
noli permittere, ut pudore suffundar, nam ad Te confugio!

21. ת Integritas et rectitudo custodiant me,
in Te enim spem colloco!

22. פ Libera, o Deus, Israëlem,
ex omnibus angustiis ejus!

v. 1. **In finem**; addit Vulgata, non autem LXX. add.
psalmus David; sec. LXX. ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. In hebraico textu est add.
nmodo: „*Davidis*“; scilicet psalmus.

v. 2. **meus** = mi; vide psal. 7, 2.
non erubescam = ne permittas, ut erubescam; idem v. 20. —
Qui non consequitur, quod sperat, erubescit; inde *erubescere*, in aliis = *confundi*, *pudore suffundi*, idem est, ac „*spe frustrari*“.
Spes et exspectatio *frustrata* dat simul inimicis occasionem *lætandi* pe frustratum *irridendi.*

v. 2di b) trahit Vulg. ad v. 3., et 3tii b), ad v. 4.; vide Rgl. 6. pag. 16.

v. 3. **universi non confundentur** = *nemo in te sperantium confetur*; vide psl. 9^2, 11. Rgl. 27.
confundor = pudore afficior; vide v. 2.
qui sustinent te = qui exspectant te i. e. auxilium tuum; —
sustinere in Vulgata denotat etiam „*exspectare*“; confer Marc. 14, 34. tinete hic et vigilate“; Act, 20, 5. „sustinuerunt me Troade“. Extare *bona* = sperare.

v. 4. **demonstra** = monstra, = fac, ut noscam; vide Rgl. 5. pag. 16.
supervacue = temere, iniuste, sine causa, malitiose. —
Voce „*supervacue*“ utitur Vulgata *ter*, et tantum in Psalmis; —
iniqua agere supervacue = deficere ab aliquo. —
Loco „iniqua agentes supervacue“ latinæ Vulgatæ — habent antiqna teria — Mozar. Corb. Cassiod.: „iniqui, agentes vana“.

v. 5. **dirige me** = rege me = fac, ut incedam.
edoce = doce; vide Rgl. 5. pag. 16.
sustineo te = spero in te; vide v. 3.; idem v. 21.

v. 6. **misericordiae** = gratiæ; *species* pro *genere*, in permultis locis; n v. 7,; vide psl. 5, 8.
a saeculo = *ab æterno*; i. e. inde ab origine mundi benignus, bene- s eras erga cultores tuos. — De „*olam*“ vide psl. 23, 7.

v. 8. **dulcis** = benignus; —
rectus = fidelis; vide Rgl. 2. pag. 16.
delinquens = peccator (b. Hieron.).
legem dabit in via = monstrat viam; — instituit in via; — edocet viam (b. Hieron. „docebit in via“).

Hanc significationem habet hebr. יָרָה (jarâ) in f. *hiktil;* inde derivatur תּוֹרָה (tora), quo denotatur: 1. institutio, doctrina, 2. lex.

Legem dabit *in* via i. e. *respectu* viæ; hebr. בְּ (b'); vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

v. 9. **diriget mansuetos in iudicio;** = facit, ut incedant *recte* vide v. 5. —

Iudicium, quo Vulgata vertit hebr. מִשְׁפָּט (miš'fat), denotat non tantum:

1. *iudicium*, seu actum iudicandi, sed etiam;
2. *ius*, quod iustum, legitimum est;
3. *legem, statutum;* vide psl. 7, 7. —

„*in iudicio*“ est hebraismus, quo exprimitur nostrum: iuste, recte, secundum legem etc.; vide 4, 9. Rgl. 14.

mansuetus = humilis; — **mitis** = demissus.

v. 10. **misericordia et veritas viae Domini;** est hebraismus = gratiosæ et fideles sunt viæ Domini.

Abstracta adhibentur in hebr. lingua ad exprimendum adiectivum; vide psl. 5, 10. Reg. 18.; de „copula“ vide Rgl. 2. pag. 16.

De „*misericordia*“ vide v. 6.

veritas = fidelitas; i. e. veritas in agendo.

testamentum = fœdus (b. Hieron. „pactum“); בְּרִית (b'rit); idem v. 14. — **testimonia** = præcepta, leges. — „testamentum *eius* et testimonia *eius*“ est hebraismus pro: testamentum et testimonia *eius.*

Rgl. 43. **Regula 43.** *Si idem attributum subordinatum ad duo vel plura nomina pertinet; præponitur cuique illorum nominum; — et vice versa repetitur idem nomen, habens plura attributa subordinata, ad quodvis eorum;* v. c. „*Deus* cœli et terræ“ Gen. 24, 3. (in hebraico: „*Deus* cœli et *Deus* terræ“); „*Deus* Abrahami, Isaci et Iacobi“ Ex. 3, 15, 16. — (in hebr. „*Deus* Abrahami, *Deus* Isaci et *Deus* Iacobi“); — „vasa aurea et argentea“ Ex. 3, 22.; 16, 2. (in hebr. „*vasa* aurea et *vasa* argentea) etc.

v. 11. **propitiaberis peccato meo** = condona culpam meam.

„*propitior*“ Vulgatæ est *deponens* et significat: „*gratiosus sum*“, si obiectum est — *persona*; v. c. Gen. 32, 20. Exod. 30, 16. etc.; et — „*condono*“, si obiectum est — *res*; v. c. psl. 64, 4.; 102, 3. etc.; construitur semper cum *Dativo obiecti.*

Significatione *passiva* semel tantum occurrit in Eccli. 5, 5. „de *propitiato* peccato (Alt.: „über die nachgelassene Sünde“) noli esse sine metu“.

peccatum = culpa peccati.

v. 12. **Quis est homo, qui timet;** hebraismus = *Quicumque* timet.

legem statuit ei in via, quam elegit = monstrat ei viam, quam eligat = monstrat ei viam eligendam; vel „instituit eum in via, quam eligat. (b. Hieron. „docebit in via, quam elegerit“).

„Legem *statuit in via*“ = „legem *dat in via*“; vide v. 8; *utroque* e rimitur idem hebraicum יָרָה (jarâ) f. hiktil, *idem* tempus *eademque* p sona.

v. 13. **heredito** = hereditarie possideo.

v. 14. **firmamentum** = firma arx — est Dominus timentibus eum; tus masoreticus habet: *„familiaris consuetudo“* (b. Hieron. secretum) *Domini est cultoribus eius*, i. e. Deus est *amicus fidelis* cultoribus suis.

Sensus est idem; nam firma arx inservit *tutelæ;* amicus fidelis æque tur amicum suum, — est ei arx firma.

manifesto = manifestum reddo, ostendo, declaro, docco.

v. 15. **laqueus** = rete; utroque designantur vincula.

v. 16. **unicus** i. e. sine sociis, sine protectore = derelictus (b. Hie- . „solus“).

pauper = afflictus (ut sæpissime occurrit; vide psl. 9, 10); pau- tas involvit afflictionem.

v. 17. **multiplicatae sunt.** Græc. LXX. accipit hebraicum הִרְחִיבוּ var. rchibu) *intransitive:* inde versio Vulgatæ.

Primum hemistichium optime congruit argumento secundi, si ו (vau) *fine* trahitur — ceu coniunctio ad sequentem vocem, et legitur הַרְחֵיב rchib), quod est imperativus verbi transitivi; inde sonat versio: *„Fac, cessent angustiæ cordis mei“*. Sensus non mutatur. — (confer Ier. 17, 18. Gen.5, 1.)

Legit ergo Græcus LXX. textum non punctatum: הרחיבומצקותי rchibu mimm'ecukotaj“; loco masoretici: „archib umimm'cukotaj“.

v. 18. **humilitas** = afflictio; vide psl. 9^2, 10.

labor = miseria = quo quis laborat; All.: Beſchwerde.

v. 20. **spero in te** = ad te confugio; causa et effectus.

v. 21. **innocentes et recti** = integritas et rectitudo; (b. Hieron. plicitas et æquitas). — Vulgata vertit iuxta LXX. *abstracta* in numero gulari tamquam *concreta* sensu *collectivo.* Confer 10, 8. Rgl. 30.

adhaeserunt mihi; scilicet in finem custodiæ; = custodiant me. Hieron. „servabunt me“).

ex tribulationibus suis pro: „ex angustiis *eius*“; vide psl. 17, 31. Rl. 37.

libera, Deus Israël, ex omnibus tribulationibus suis; = libera, Deus, Israëlem ex omnibus angustiis eius. Vide Rgl. 6. pag. 16. et psl. , 31. Rgl. 37.

PSALMUS 25. (hebr. 26.)

Cor purum desiderat frequentare templum Domini.

Auctor et argumentum. Auctor psalmi — David — provocans ad Dei judicium testatur suum probitatis studium et implorat tutelam divinam.

Tempus. — Psalmus hic exaratus est verosimile tempore persecutionum Sauli, quin propius quid de occasione determinari possit.

Nota. — Vv. 6—12. hujus psalmi orat sacerdos, Sacrificium Missae celebrans ad lotionem manuum. Qui manus lavat, innocentem se declarat. — Psaltes alludit ad lotionem manuum praescriptam in Deut. 21, 1—9. senioribus civitatis, in cujus vicinia inventum est cadaver hominis occisi, et homicida detegi non poterat. Hoc in casu dare debebat civitas ista vaccam, quae nunquam jugum portavit; hanc seniores urbis ad fluvium adductam — in substitutionem hominis, — scilicet homicidae, mactabant ita, ut sanguis in fluvium descenderet et aquis auferretur. Hoc facto praesentibus sacerdotibus seniores manus in flumine lavantes dicebant: „Manus nostrae non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt;“ scilicet effundi. (id est: Nemo nostrum istud homicidium patravit, et nemo nostrum vidit illum homicidam.) „Propitius esto Domine populo Tuo.“!

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. In finem, Psalmus David. Judica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: et in Domino sperans non infirmabor.	1. Davidis. **A**ge causam meam, o Domine, nam integre ago, et in Dominum spero, minime fluctuans!
2. Proba me, Domine, et tenta me: ure renes meos et cor meum.	2. Examina me, o Domine, et explora me, proba renes meos et cor meum!
3. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, et complacui in veritate tua,	3. Nam gratia Tua coram oculis meis est, et indesinenter ambulo in veritate Tua.
4. non sedi cum concilio vanitatis: et cum iniqua gerentibus non introibo.	4. **C**um hominibus falsis non consideo, et cum hypocritis commercium non habeo.
5. Odivi ecclesiam malignantium: et cum impiis non sedebo.	5. Odio habeo cœtum maleficorum, et cum improbis non sedeo.
6. Lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum, Domine:	6. Culpæ expers lavare possum manus meas, et circumire altare Tuum, o Domine!

ut audiam vocem laudis, et enarrem universa mirabilia Tua.	7. Ut canam laudes et enarrem omnia mirabilia Tua.
Domine, dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ.	8. O Domine, diligo domum, quam incolis, et locum, in quo gloria Tua residet.
Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam, et cum viris sanguinum vitam meam:	9. Ne auferas simul cum peccatoribus animam meam, et cum hominibus sanguinolentis vitam meam.
in quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.	10. Nam in manibus eorum est scelus, et dextera eorum plena est munere ribus.
Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.	11. Ego vero integre ago. — Libera me, et miserere mei!
Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te, Domine.	12. Pes meus stat in via recta, in concionibus celebrabo Dominum.

v. 1. **In finem, Psalmus**; addit Vulgata, non autem LXX. add.
iudica me; hebraismus = age causam meam; (confer 5, 10. „iudicare illo et humili").
in innocentia; hebraismus = innocenter, integre; vide psl. 4, 9. 14.
ingressus sum = gradior, ambulo; verbum compositum pro simplici; vide Rgl. 5. pag. 16.; idem in v. 11.
non infirmabor; scilicet in mea fiducia; = minime fluctuo, non illo in hac mea fiducia (b. Hieron. „non deficiam").

v. 2. **probo** = examino; — **tento** = exploro; — **uro** = probo, scilicet igne.

v. 3. **misericordia** = gratia (ut persæpe); vide psl. 5, 8.
complacui = indesinenter ambulo; causa pro effectu (b. Hieron. ambulabo").

v. 4. **cum concilio vanitatis** = cum hominibus falsis; b. Hieron. cum viris vanitatis". —
vanitas Vulgatæ est: — mendacium, falsitas, malum; vide psl. 5, 10. — *concilium* = cœtus; plures homines (b. Hieron. „viri").
iniqua gerens; genus pro specie = hypocrita (b. Hieron. „superbus").
non introibo; = non eo, non ambulo = commercium non habeo; vide Rgl. 5. pag. 16.

v. 5. **odivi** pro odi; hæc forma est Vulgatæ *propria*; insuper: „odivit", v. c. psl. 35, 3.; — „*odiet*" v. c. Luc. 16, 13.; — „*odient*" Soc. 17, 16; — „*odirent*" psl. 104, 25.; — „*odite*" psl. 96, 10.; — „*odito*" Eccli. 17, 23. — „*odiens*" Is. 66, 5.; — „*odietur*" Eccli. 20, 8.; etc.
ecclesia; græcismus pro = cœtus; idem v. 12.; vide psl. 21, 23.

v. 6. **inter innocentes** = cum innocentibus: = innocens: unus ex innocentibus. — culpæ expertibus: = culpæ expers.

In hebraico est nomen abstractum „innocentia“ cum præpositione ב (b') = innocens: vide psl. 4. 9. Rgl. 14. (b. Hier. „in innocentia“).

Rgl. 44. **Regula 44.** *Loco Nominativi singularis adiectivi prædicati — ponit Vulgata præpositionem „inter“ cum Accusativo pluralis, vel „in“, „ex“ cum Ablativo.*

lavabo = lavare possum. — Hebraico Futuro exprimitur *potentialis*: vide psl. 5, 8. Rgl. 16.

circumdabo = circumire possum: vide psl. 5, 8. Rgl. 16.

var. **ut audiam vocem laudis.** LXX. legerunt textum non punctatum לשמע „*liš'm'a*“, ergo formam *kal:* secund. text. masoret. autem legendum est — „*laš'mi'a*“. ergo *hiktil:* „audire faciam vocem“ = canam laudes.

v. 8. **decorem domus tuae** = domum tuam decoram = domum, quam incolis: (b. Hieron. „habitaculum domus tuæ“).

Hebr. מָעוֹן (ma'on) significat „domicilium.“ Vulgata ipsa vocem hanc vertit psl. 67. 6. „*locus*“, et in Deut. 26, 15. „*sanctuarium*“; i. e. „*habitaculum sacrum*“ ut textus hebraicus habet.

v. 9. **ne perdas** = ne auferas (b. Hieron.): consequens et antecedens.

vir sanguinum: hebraismus = homo sanguinolentus: vide 5, 7. Rgl. 15.

v. 12. **in directo:** compositum pro simplici: in recto, seu in via recta. — Allioli: „auf rechtem Wege.“

PSALMUS 26. (hebr. 27.)

Qui Deo confidit, nulla re perturbatur.

Auctor et argumentum. — Auctor psalmi huius — David — profitetur firmam fiduciam suam in tutelam divinam, nec non ardens desiderium, ut sibi deinceps liceat versari in tabernaculo sacro; inde adjungit preces, ut Iehova ipsum ab infensissimis adversariis defendat.

Tempus. — Psalmum hunc David exarasse videtur in fuga sua a Saulo (I. Sam. 21.), antequam patrem et matrem ad se recepisset. (I. Sam. 22, 1—3.).

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. Psalmus David, priusquam liniretur.	1. Davidis.
Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timebo?	Dominus est lux mea et salus mea, a quo timebo?
Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo?	Dominus est præsidium vitæ meæ, a quo pavebo?

Dum appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum.

Si exsurgat adversum me prœlium, in hoc ego sperabo.

Unam petii a Domino: hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: ut videam voluptatem Domini, et visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me, et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi et immolavi in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo, et psalmum dicam Domino.

Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamavi ad te: miserere mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: faciem tuam, Domine, requiram.

Ne avertas faciem tuam a me: ne declines in ira a servo tuo.

Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus.

2. Cum appropinquant contra me malefici,
ut comedant carnem meam.
adversarii et hostes mei; —
illi impingunt et cadunt.

3. Etiamsi contra me castra metetur exercitus, —
cor meum nequaquam timet.
Etiamsi surgat contra me bellum, —
hoc minime obstante sum securus.

4. **U**num peto a Domino, illud affecto,
ut liceat mihi habitare in domo Domini omnes dies vitæ meæ,
ut spectem splendorem Domini,
et delecter in templo Eius.

5. Nam abscondit me in tugurio suo tempore calamitoso;
latitare me facit in latibulo tentorii sui.
In petram efferet me.

6. Et sic elevabitur caput meum
super hostes meos circa me;
Et offeram in tentorio Eius sacrificia laudis,
canam et psallam Domino.

7. **A**udi, o Domine, vocem meam, cum clamo,
et miserere mei et exaudi me!

8. Tui loco dicit cor meum: „Quærite faciem meam.“
Ego faciem Tuam, o Domine, quæro.

9. **N**e occultes faciem Tuam a me,
ne repellas in ira servum Tuum!
auxilium meum Tu es, ne repellas me,
neque derelinquas me, Deus mi salvator!

10. Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumsit me.
11. Legem pone mihi, Domine, in via tua, et dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.
12. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.
13. Credo videre bona Domini in terra viventium.
14. Exspecta Dominum, viriliter age: et confortetur cor tuum, et sustine Dominum.

10. Nam pater meus et mater mea dereliquerunt me,
sed Dominus me recipiet.
11. Doce me, o Domine, viam Tuam, et duc me in semita recta — propter observatores meos!
12. Ne tradas me libidini adversariorum meorum!
nam surrexerunt in me testes falsi, nec non ille, qui anhelat violentiam.
13. Nisi sperassem, me experturum esse benignitatem Domini in terra inter vivos; —
(tunc periisem in afflictione mea).
14. Spera in Dominum!
Esto fortis, et cor tuum roboretur, et spera in Dominum!

add. v. 1. **Psalmus David**; vide psl. 3, 1.; vocem „psalmus“ addit Vulgata (non LXX.).

Iuxta Græcum LXX. „πρὸ τοῦ χρισθῆναι“ *addit* Vulgata: „priusquam liniretur“ i. e. ungeretur in regnum.

illuminatio mea = lux mea; (b. Hieron.) i. e. felicitas mea; — lux enim est imago 1. gratiæ, 2. felicitatis.

protector = præsidium; concretum pro abstracto.

v. 2. **super** = contra, hebr. אֶל (al); vide psl. 14, 5.

nocentes = malefici; (b. Hieron. „maligni“).

omiss. **qui tribulant me, inimici mei** = adversarii et hostes mei. Vulgata (non LXX.) omisit coniunctionem „et“.

infirmati sunt; causa pro effectu; = impingunt (b. Hieron.)

v. 3. **si** = etiamsi; hebr. אִם est non tantum coniunctio *conditionalis* — „si“, sed etiam *concessiva* — „etsi, quamquam“, nec non *temporalis* — „quum, quando“.

in hoc = hoc non obstante; de hebr. בְּ vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

sperabo = sum securus; fiducia in Dei auxilium est causa securitatis, tranquillæ mentis; de „spe“ vide psl. 4, 10.

v. 4. **unam hanc** = unum illud. (All.: Eines — es).

Rgl. 45. **Regula 45.** *Hebraica lingua non habet genus neutrum; hocce plerumque genere feminino exprimitur.*

requiro = quæro, affecto; vide Rgl. 5. pag. 16.

voluptas = splendor (b. Hieron. „pulchritudo“), effectus pro causa.

visito = delector, consequens pro antecedente.

v. 5. **in die malorum**; hebraismus = tempore malo, calamitoso.

mala — orum est substantivum, pluralis generis neutrius.

absconditum = latibulum (b. Hieron. „secretum“).

v. 6. „**in petra exaltavit me**“; trahit *Vulg.* (*non* LXX.) ad v. 6^{tum}.

circuivi. Græc. LXX. legit סְבוֹתִי (sabboti), et traxit hoc verbum var.
II. hemistichium v. 6^{ti}.

In textu masoretico est ultima vox v. 5^{ti}: סְבִיבוֹתַי (s'bibotai), quod pluralis cum suffixo I. personæ a sing. סְבִיבָה (s'bibâ) = סָבִיב (sabib) „*circuitus*“, quod naturam induit adverbii „*circumquaque*“ ut psl. 18, 12. br., Vulgata 17, 12. „*in circuitu*“.

Hic loci elliptice positum est absque præpositione בְּ (b'); inde et b. eron. vertit: „in circuitu meo“. — Sensus *non* mutatur. — In Vulgata sensus: „offeram sacrificia, et circumiens altare canam et psallam“.

hostia vociferationis; collectivum = sacrificia laudis. (b. Hieron. ostias jubili“). — **vociferatio** = laus.

v. 7. **exaudi** = audi; vide Rgl. 5. pag. 16.

v. 8. **tibi dixit cor meum** = *Loco tui* dicit cor meum; i. e. vox nscientiæ meæ est — vox tua, o Domine!

exquisivit te facies mea; Græcus LXX. legit — בקשׁו textus non var.
uctati: „*bikk'šu*“ (perfectum); textus masoreticus autem habet:
„*bakk'šu*“ (imperativ.). — Consideravit ergo *obiectum* — pro *subto.* —

LXX. in editione *Romana* sonat: „exqui*sivi* faciem tuam“. Sed in *mplutensi* atque *Aldino* textu: „exqui*sivit* te facies mea“; et sic vertit am Vulgata, cuius sensus est: „Te alloquitur (orans) *cor* meum; Te ærit oculus meus; faciem Tuam ego quæro! — Quærit autem faciem omini ille, — qui obedit voci cordis sui seu voci conscientiæ suæ, quod xtus masoreticus exprimit, — sensu non diverso. —

requiro = quæro; compositum pro simplici; vide Rgl. 5. pag. 16.

v. 9. **ne declines in ira a servo tuo** = ne repellas in ira servum um. —

despicio = derelinquo; causa pro effectu. —

adiutor = auxilium (b. Hier.); concretum pro abstracto.

Deus salutaris meus = Deus mi salvator; vide psl. 9, 6. Ill.: Gott, mein Heiland“.

v. 11. **legem pone mihi in via** = doce me viam tuam; vide: *egem statuit*“ — „legem dabit“; psl. 24, 8, 12. (b. Hieron. „ostende mihi am tuam“).

v. 12. **in animas** (b. Hieron. „animæ“) = libidini. Hebr. נֶפֶשׁ (nefeš), ima, denotat præter alia etiam per synecdochen — votum, desiderium, piditatem animæ; vide psl. 9^2, 3.

mentita est iniquitas sibi i. e. contra persuasionem suam spargunt var.
ipii mendacia de me; — vel vero: „In suum ipsius opprobrium ac dedecus detectum est falsi testis mendacium„; i. e. patefacta et comperta est imicorum fraus.

Idem sensus patet ex Arabe: „Et iniquus facit mentiri se ipsum“; b. Hieron. „et apertum mendacium“.

Textus masoreticus habet: „*nec non ille, qui anhelat violentiam*“.

Psaltes hoc versu Deum rogat, ut ab inimicis salvetur; secundu textum masoreticum *nominat* adhuc unum in specie. In substantia sensus non est differentia.

Græcus LXX. primam vocem versus sequentis (13.) — לוּלֵי (lul traxit ad versum 12mum, et legit לֹ֫ (lo) = sibi, pro „lulê“ = nisi. Hieronymus nec „lo“, nec „lulê“ exprimit.

v. 13. **videre** = experiri; confer psl. 13, 13.

in terra viventium = in terra inter vivos.

Apodosis v. 13tii hebraici est ommissa, sed facile suppleri pote verbis: *„tunc perüissem in afflictione mea“.*

Secundum textum masoreticum debet psaltes conservationem sui vita — benignitati Domini.

Secundum Vulgatam exprimit fiduciam suam quoad rem hanc — p *futuro.* — Hæc spes includit in se illud, — quod dicit textus masor ticus; — et vice versa, excitat et nutrit — experta iam conservatio interitu — fiduciam conservationis in *futuro.* Sensus ergo est idem.

v. 14. **sustine Dominum** = spera in Dominum; vide psl. 24, 5.

PSALMUS 27. (hebr. 28.)

Adjuva me Domine!

Auctor et argumentum. — Psaltes regius — David implorat ope divinam, ne instante calamitate una cum improbis descendat in sepulchru Firmiter sperans, preces suas exaudiendas esse, concludit cum gratiarum actio et oratione pro populo. —

Tempus. — Quia auctor in summo capitis discrimine versatur (v. 1 referendus est Psalmus hic ad rebellionem Absalonis.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Psalmus ipsi David. Ad te, Domine, clamabo: Deus meus, ne sileas a me: ne quando taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum.	1. Davidis. **A**d Te, Domine, clamo, petra mea, ne obmutescas a me (avertens)! ne silens avertas Te a me! ne similis reddar illis, qui desce dunt in sepulchrum!
2. Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ, dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum Tuum.	2. Audi vocem meam flebilem, quu vociferor ad Te, quum elevo manus meas ad adytu Tuum sanctum!

Ne simul trahas me cum peccatoribus: et cum operantibus iniquitatem ne perdas me, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.

Da illis secundum opera eorum, et secundum nequitiam adinventionum ipsorum.

Secundum opera manuum eorum, tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.

Quoniam non intellexerunt opera Domini: et in opera manuum ejus destrues illos, et non ædificabis eos.

Benedictus Dominus, quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ.

Dominus adjutor meus, et protector meus: in ipso speravit cor meum, et adjutus sum.

Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor ei.

Dominus fortitudo plebis suæ: et protector salvationum christi sui est.

Salvum fac populum Tuum, Domine, et benedic hereditati tuæ: et rege eos, et extolle illos usque in æternum.

3. Ne abripias me cum impiis et maleficis,
qui loquuntur verba amica cum proximis suis,
et tamen est mala intentio in corde eorum!

4. Repende eis juxta facta eorum et juxta malitiam facinorum eorum,
repende eis secundum opus manuum eorum,
repende eis actionem eorum!

5. Ii enim non curant facta Domini, neque opus manuum Ejus. —
Destruet eos et non ædificabit eos.

6. Laudetur Dominus,
qui exaudivit deprecationem meam flebilem!

7. Dominus est virtus mea et clipeus meus,
in Eum confidit cor meum, et impetravi auxilium. —
Propterea exultat cor meum,
propterea celebro Eum cantico meo.

8. Dominus est robur eis (populo suo),
et munimentum saluberrimum uncti sui.

9. Serva populum Tuum,
et benefac hereditati Tuæ,
et pasce eos et extolle eos in æternum!

V. 1. **Psalmus ipsi David**; in textu masoretico tantum: „*Davidis*“. „**Psalmus**“; addit *Vulgata*, non LXX. add.
ipsi David; in Græc. „τοῦ Δαυίδ“ (genitivus auctoris); de „*ipsi David*“ le psl. 15, 1.

Deus = petra (b. Hieron. „fortis“); vide psl. 17, 32. 47.

ne sileas a me; scil. te avertens, seu „ne taceas ad preces meas.“ — tinum *sileo* = taceo, denotat translate: otiosum esse, cessare, quietum, nquillum esse. (Confer Luc. 23, 56. — „paraverunt unguenta et sabto quidem *siluerunt*“.) —

Sicut verba separationem indicantia, construitur „*silere*“ cum præsitione „a“; v. c. silere a labore = cessare laborare, laborem relinquere.

in lacum secundum LXX. εἰς λάκκον = in foveam = sepulchrum

add. v. 2. **„Domine“**; addit Vulgata (non LXX.).

vocem deprecationis meae = vocem meam flebilem; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.; *idem* v. 6.

templum = adytum, — ea templi pars, in qua arca fœderis erat, seu *„Sanctissimum“*; „das Allerheiligſte“, „tajnice.“

v. 3. **ne trahas me** = ne abripias me; scilicet — ex hac vita; sensus est idem.

add. **ne perdas me**; est additamentum Vulgatæ, non LXX., sensum non mutans; denotat idem, quod: „ne trahas me“.

mala in cordibus eorum; scilicet *sunt*, vel intenduntur; vide Rgl. 2.

v. 4. **da** = repende.

adinventio = inventio, v. c. Sap. 14, 12. „adiventio illorum (idolorum) corruptio vitæ est.“ Loch.: „die Erfindung derſelben.“ — *„consilium“*; Zach. 1, 6. „et secundum *adinventiones* nostras fecit nobis“. All.: „nach unſeren Anſchlägen“. (Hac voce utitur s. Augustinus, Ambros., Vulgata et alii).

redde retributionem eorum ipsis = repende eis actionem eorum. — **Retribuo**; compositum pro simplici: tribuo (vide Rgl. 5. pag. 16.), præsto, facio; inde *retributionem eorum* = id, quod ii fecerunt = actionem eorum. All.: „was ſie verdient haben“.

v. 5. **non intellexerunt** = non observant, non curant; vide psl. 5, 2.

var. **destrues — non aedificabis eos.** In textu masoret. III. persona pro II^da^. — Sensus non mutatur. Alexandrina habuit in codice suo præformativam „ת“ loco masoretici „י“.

v. 6. **benedictus**; scilicet *sit;* vide Rgl. 2. pag. 16.

v. 7. **adiutor**; concretum pro abstracto: *„virtus“*. (b. Hieron. „fortitudo“).

protector = clipeus (b. Hieron. „scutum“), מָגֵן (magen); res signata pro signo; vide psl. 17, 3.

refloruit caro mea = exultat (b. Hieron. gaudet) cor meum.

confitebor ei = celebro eum; vide psl. 6, 6.

ex voluntate mea i. e. cum studio, seu libentissime celebrabo te. Syrus vertit: „et celebratione celebrabo eum.“

Textus masoreticus et b. Hieron. habent: „cum *cantico* meo“. — Græcus LXX. vocem וּמִשִּׁירִי (umišširi) i. e. „et cantico meo“ — derivat a rad. יָשַׁר (jašar) „placuit“. et non a שִׁיר (šir) „cecinit“.

var. v. 8. **fortitudo plebis suae:** Vulgata iuxta LXX. ponit loco pronominis in textu masoretico — *nomen ipsum.* (b. Hieron. „fortitudo *mea*“.) Alexandrinus legit absque dubio עַמּוֹ (ʿammô) loco masoretici: לָמוֹ (lamô).

protector; concretum pro abstracto: *„munimentum„* מָעוֹז (maʿoc) (b. Hieron. „robur“).

protector salvationum = protector certissime seu optime salvans = munimentum saluberrimum, tutissimum; *protector salvationis* = protector salvans; plurali nominis abstracti — „salvationum“ indicatur *superlativus;* vide psl. 5, 10. Rgl. 18.

christi sui; græcismus = uncti sui = regis vicarii sui.

v. 9. **rege eos** = pasce eos; Græc. LXX. ποίμανον αὐτούς; vide psl. 23. 1.; pro metafora ponit Vulgata persæpe vocem propriam.

PSALMUS 28. (hebr. 29.)

Dei potentiam et maiestatem ostendunt tonitrua.

Auctor et argumentum. — Regius psaltes — David — celebrat modo mi Iehovae potentiam et maiestatem, quae se inprimis in tempestate per rua, fulgura et ingentem aquarum molem sistit terribilem atque venerandam.
Tempus. — De tempore exarationis huius cantici nil certi dici potest.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
Psalmus David. In consummatione tabernaculi.	1. Psalmus Davidis.
Afferte Domino, filii Dei, afferte Domino filios arietum:	**D**ate Domino, cultores Dei, date Domino — honorem et laudem!
afferte Domino gloriam et honorem, afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.	2. Date Domino honorem nomine Eius dignum, prosternite vos coram Domino induti ornatu sancto!
Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas.	3. **V**ox Domini (auditur) super aquas, tonat Deus gloriosus, — Dominus super aquas magnas.
Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.	4. Vox Domini est ingens, vox Domini est magnifica.
Vox Domini confringentis cedros: et confringet Dominus cedros Libani:	5. **V**ox Domini frangit cedros, immo cedros Libani confringit Dominus.
et comminuet eas tamquam vitulum Libani: et dilectus quemadmodum filius unicornium.	6. Et facit eas subsilire — instar vituli, Libanum et Širionem — instar iuvenci bubali.
Vox Domini intercidentis flammam ignis.	7. Vox Domini findit flammas igneas.
Vox Domini concutientis desertum: et commovebit Dominus desertum Cades.	8. **V**ox Domini tremere facit desertum, Dominus tremere facit desertum Cadeš.
Vox Domini præparantis cervos, et revelabit condensa: et in templo eius omnes dicent gloriam.	9. Vox Domini facit cervas parere, denudat etiam silvas, sed in templo Eius cuncti dicunt: „Gloria“.

10. Dominus diluvium inhabitare fecit: et sedebit Dominus rex in æternum.	10. **D**ominus adsedit ad diluvium, et Dominus sedet rex in sempiter num.
11. Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.	11. Dominus robur dabit populo su Dominus fortunabit populum suu salute.

v. d. **Psalmus David,** vide psl. 3, 1.

add. **„in consummatione tabernaculi“**; addit Vulgata iuxta LXX.

filii Dei = cultores Dei. — Hebr. בְּנֵי (ben) adhibetur non *tantum* a designandum filium naturalem, sed etiam: *alumnum* (Ex. 2, 10.), *discipulum cultorem, asseclam.*

var. **afferte filios arietum** i. e. agnos — ad sacrificium. Græc. LXX habuit in codice suo *bis* verba: *„b'ne elim“* — in I. et II. hemistichio. I primo vertit *„filii Dei“*, in II. *„filius arietum;“* scriba codicis adiecit in I loco literam iod ante lamed; et scripsit אֵילִים (elim) = arietes, pro לִים (elim) = Deus; — *filii arietum* dicuntur in hebraico — agni.

v. 2. **gloriam et honorem**; hac voces trahit Vulgata ad v. 2^dus^ add. addito in v. 1. **„afferte Domino filios arietum“.** B. Hieron. hoc addi tamentum non habet; his utique sensus minime mutatur. —

affero gloriam . . . . = do, tribuo honorem . .

gloriam nomini eius; scil. debitam, seu honorem nomine eius dignum

var. **in atrio sancto eius.** Sic vertit Græc. LXX. hic loci, nec non in ps 96. 9. et II. Par. 20, 21. pro: — *„in ornatu sancto“*; intellexit fors sub הֲדָרַת (chad'râ) — *splendorem* et *decorem* sanctuarii et omnis cultus sacri; erg — ornatum sensu *latiori* (b. Hieron. vertit: in decore sancto“; vel ver legit חֲצַר הַקֹּדֶשׁ (ch^a^car hakkodeš) permutans simul ה cum ח et ד cum צ Sensus non mutatur.

v. 3. **vox Domini;** sic vocatur in s. scriptura — *tonitru.*

super aquas; scilicet — auditur; erſchallt, zavznívá.

Deus maiestatis = Deus gloriosus; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.

intonuit; compositum pro simplici: tonuit, tonat; vide Rgl. 5. pag. 16

v. 4. **in virtute** = ingens, valida; vide psl. 4, 9. Rgl. 14.

in magnificentia = magnifica; vide psl. 4, 9. Rgl. 14.

v. 5. **vox Domini confringentis cedros;** *„vox Domini“* est con ceptus *unus*, compositus, ad quem pertinet *participium*; hoc autem cu nomine *determinato* „vox“, et nequaquam cum *determinante* — „Domini“ i numero et casu congruere debet; — ergo: vox Domini confringens; scilice est, seu: — vox Domini confringit cedros: vide 4, 2. Rgl. 11.

confringit; compositum pro simplici: „frangit“; vide Rgl. 5. pag. 16

Participio hebraico exprimitur *tempus finitum;* sæpissime præsens, as etiam perfectum et futurum; vide psl. 21, 14. Rgl. 42.

var. v. 6. **et comminuet** i. e. *minores facit* — frangens cacumina earum loco vocis textus masoretici יַרְקִידֵם (jar'kidem) „facit eos subsilire“, — legit et vertit chaldaicum יַדְיְקֵם (jadikem) — „comminuet eos“ — (b Hieron. „ventis disperget eos“); essentia rei manet eadem.

dilectus; — intelligendus est sine dubio mons Sion. — Græc. LXX. var. pro: שִׂרְיֹן (širjon — nomen montis) — יְשֻׁרוּן (j'šurun), et vertit hanc li Israëlitici appellationem vocabulo „ἠγαπημένος“ = *dilectus* — hic et Deut. 32. 15. 33, 5. 26.; Is. 44, 2.

Sensus est: Immo et dilectus meus mons (Sion) subsilit instar iuvenci li. — (b. Hieron vertit „Sarion“).

De unicornibus vide psl. 21, 22.

v. 7. **vox Domini intercidentis flammam ignis**; (b. Hieron. „dis flammas ignis“) i. e. Vox domini *intercidit* seu findit flammas igneas, dicta ad v. 5tum.

fulgura apparent oculis nostris tamquam fissæ flammæ igneæ; inde s: — „tonitru findit flammas igneas“. —

intercido = disseco, findo. All.: „zertheilet“; Loch: „sprühet Feuer- neu.“

v. 8. **concutientis desertum** = concutit seu tremere facit desertum; ide dicta ad v. 5. et 7.

v. 9. **vox Domini praeparantis cervos** (b. Hieron. „obstetricans s“: — Targum: „facit cervas parturire“) = Tonitru præparat cervas, et ut pariant i. e. facit cervas parere ante tempus legitimum.

Sensus est: „Horridus tonitru fragor etiam feras tanto pavore percellit, o audito statim enitantur etiam ante tempus legitimum, seu abortum ntur.

revelabit condensa (b. Hieron. „revelans saltus“); i. e. denudat ensa nemora seu silvas. All.: „entblößet“; — obnažuje lesy.

v. 10. **Dominus diluvium inhabitare fecit**; i. e. Dominus fecit, ut ium appareret = Domini iussu diluvium apparuit. Ab initio diluvii . 7, 11,) usque ad exitum Noachi ex arca (Gen. 8, 13.—18.) elapsus - *annus et 10. dies;* per totum fere annum tegebant aquæ diluvii su- iem terræ, seu *habitabant* in terra — Deo sic disponente.

inhabito = habito locum = existo in loco, sum, appareo; compositum simplici; vide Rgl. 5. pag. 16.

Textus masoreticus habet sensu eodem: „Dominus adsedit ad dilu- “ i. e. adsedit ad diluvium — ceu rex, moderator omnipotens. —

et sedebit (scilicet in throno) **Dominus rex in aeternum**; i. e. et egnat usquedum Jehova seu Dominus, et regnabit in æternum.

Targum habet: „Dominus in generatione diluvii super sedem iudicii , ut ultionem sumeret ab eis?“ [1])

v. 11. **benedicet populo suo in pace** = fortunabit salute populum ; „**in**“ est instrumentale; vide psl. 2, 9. Rgl. 7. — **pax** = salus, tas; confer psl. 4, 9.

[1]) Biblia polyglotta Londinensis edita a Briano Walton. 1653—57.

PSALMUS 29. (hebr. 30.)

Gratiarum actio pro liberatione ex periculo letali.

Auctor et argumentum. — David e praesentissimo mortis periculo liberatus, Deo gratias agit.

Tempus. — Quia inscriptio canticum hoc „ad dedicationem domus“ refert, videtur hoc designari dedicatio montis Moria ad locum templi post illam pestem, quae in II. Sam. 24, refertur.

Textus Vulgatae.

1. Psalmus cantici. In dedicatione domus David.
2. Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.
3. Domine Deus meus, clamavi ad te, et sanasti me.
4. Domine, eduxisti ab inferno animam meam: salvasti me a descendentibus in lacum.
5. Psallite Domino, sancti eius; et confitemini memoriæ sanctitatis eius.
6. Quoniam ira in indignatione eius, et vita in voluntate eius. Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum lætitia.
7. Ego autem dixi in abundantia mea: Non movebor in æternum.
8. Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus.
9. Ad te, Domine, clamabo, et ad Deum meum deprecabor.
10. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?

Versio textus hebraici.

1. Canticum in dedicanda domo; — Psalmus Davidis.
2. **E**xalto Te Domine, quod liberasti me,
et quod non concessisti, ut lætetur hostis meus de me!
3. O Domine, Deus mi! ad te vociferabar et sanasti me!
4. O Domine! Tu eduxisti ex inferno animam meam,
conservasti me vivum inter illos qui descenderunt in sepulchrum.
5. **C**anite Domino pii cultores Eius, et celebrate memoriam Eius sanctam!
6. Nam per momentum tenet ira Eius, per totam vitam gratia Eius;
vespere devertit fletus,
et mane iubilum.
7. **E**go vero, cum essem securus, cogitabam:
„Non nutabo unquam“.
8. O Domine! gratiā Tuā firmum reddideras montem meum;
quando vero faciem Tuam occultasti, perturbatus fui.
9. **A**d Te Domine clamabam,
ad Te Domine supplex orabam:
10. „Quid lucri est in sanguine meo si descendo in sepulchrum?

Numquid confitebitur tibi ulvis, aut annutiabit veritatem tuam?

num celebrabit Te pulvis, num prædicabit fidem Tuam?"

Audivit Dominus, et misertus st mei: Dominus factus est diutor meus.

11. Audi, o Domine, et miserere mei! Domine sis adiutor mihi!

Convertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia:

12. **Tu** convertisti planctum meum in gaudium, solvisti saccum meum et cinxisti me lætitiā,

ut cantet tibi gloria mea, et non compungar: Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.

13. ut celebret Te anima mea, nec conticescat. Domine, Deus mi, in æternum celebrabo Te!

v. 1. **Psalmus cantici in dedicatione domus David** = Psalmus dis; canticum in dedicanda domo.

v. 2. **exalto** = laudo, valde laudo: inde „exaltatio" = laus: 149, 6. **suscipio** = protego, protegendo libero. (b. Hieron. „salvo") vide 3, 6. **delectare aliquem** = facere, concedere, ut quis delectetur, lætie aliquem.

inimicos = hebr. „inimicum"; singularis sensu collectivo.

v. 3. **meus** = mi; vide psl. 7, 2.

v. 4. **lacus** = fovea, sepulchrum: vide psl. 27, 1.

v. 5. **sancti eius** = cultores eius pii: vide psl. 4, 4.

confitemini memoriae sanctitatis eius = celebrate memoriam sanctam: de „confiteri alicui" vide psl. 6, 6.; idem v. 10. et 13. — *oria sanctitatis eius* = memoria eius sancta; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.

v. 6. **quoniam ira in indignatione eius**: i. e. quoniam irascitur et var. gat, si indignatio eius inobedientiā peccatoris excitatur.

et vita in voluntate eius; vita opponitur iræ et pœnis; significat *gratiam, præmia; voluntas*, quæ opponitur indignationi, est *benevolentia.*

Sensus v. 6ti est ergo secundum Vulgatam: „Celebrate Deum, nam iustis is castigat eum, qui indignationem Eius provocat; vitam autem beatam, em iis concedit, qui benevolentia eius digni sunt. Attamen indignatio s non est diuturna; vespere enim devertit apud nos fletus, tristitia, et e iam iubilum est: — utique, si pœnitentia peccator iram Dei placavit. undum textum masoreticum: „Nam *per momentum tenet — ira eius; per m vitam — gratia eius*". B. Hieron.: „Quoniam ad momentum est ira ., et vita in repropitiatione eius". —

Differentia nata est verosimiliter ex eo, quod interpres græcus ha. in codice suo „ז" (z) loco „ע" (ajin), et legit loco masoret. רֶגַע (reg'a) numentum" — רֹגֶז (rogez) — „tumultus, 2. molestiæ, 3. indignatio;" ipsa duorum nominum permutatio deprehenditur etiam in psl. 35, 20.

Benevolentiæ divinæ *diuturnitas* opponitur *brevitati iræ* in I. et II. te versus textus hebraici; in Vulgata autem — tantum in II. parte, ita, res maneat eadem. —

demoror = deverto (tamquam hospes).

Vespere devertit (hospes adest) *fletus, sed mane iubilum* i. e. si qu triste aut malum in hac vita intercidit, id est instar viatoris *pernoctant* brevi post relicturi diversorium suum: si ad vesperam malum ingruit, illi tamen evanescit, adeo, ut mane statim redeant gaudium et oratio.

v. 7. **dixi** = cogitavi: *dicere* sæpe ponitur *pro cogitare.*

in abundantia mea: i. e. in felicitate, tranquillitate, securitate me = cum essem securus.

moveor = nuto; vide psl. 15, 8.

non . . . in aeternum = non unquam: vide psl. 9². 11. Rgl. 2

v. 8. **voluntas** = benevolentia, gratia: **„in"** est instrumentale: vi 2. 9. Rgl. 7.

praestitisti decori meo virtutem = dignitati meæ regiæ et magn tudini præstitisti robur, firmitatem. — Textus masoret. et b. Hieron. ha dignitatem nominant *„montem"*, quem Deus firmum reddidit, ne laberetu ac nutaret. Etiam Arabes potentiam exprimunt sæpe voce „mons" (čabalon

v. 10. **corruptio** = sepulchrum; contentum pro continente. —

veritas = fides, fidelitas; veritas, sinceritas in factis: vide psl. 24. 1

v. 12. **conscindo saccum** = scindo, solvo saccum: facio saccu deponi; *saccus* dicitur vestis lugubris parata ex rudiori panno nigro.

circumdo: i. e. tamquam cingulo = cingo: vide psl. 3. 7.

v. 13. **gloria mea** = anima mea = ego: — hebr. כָּבוֹד (kabo significat: 1. honor, gloria; 2. maiestas, splendor; 3. divitiæ et 4. poëtic — cor, animus, anima, utpote nobilior hominis pars. (confer psl. 56, 9.

Vulgata ipsa hanc vocem vertit „cor". LXX. „καρδία" psl. 15, 9.

non compungar = non conticescam; opponitur enim hoc verbu præcedenti: „ut cantem Tibi". Verbo „compungi" — *tristitia* designatur confer psl. 108, 17.: Act. 2, 37. — **compungi** = affligi, necessitate nemp tacendi; inde b. Hieron. vertit: „et non taceat".

PSALMUS 30. (hebr. 31.)

Oratio pii summis in angustiis versantis.

Auctor et argumentum. — David summis in angustiis versans implorat auxilium divinum, et profitetur fiduciam suam firmam in Jehova tutelam (v. 2.—9.) Modo describit mala, quae experitur et repetit preces sua (v. 10.—19.) Ad finem gratias Deo agit pro periculo averso, et exhortatur pi ad fiduciam in Jehova collocandam.

Tempus et occasio. — Quod occasionem et tempus exarationis hujus psalmi attinet; — congruit materia substrata illis, quae in I. Sam. cap. 23 narrantur.

Nota. — Verbis versus 6ti „in manus Tuas commendo spiritu meum" usus est Dominus noster in cruce, quibus prolatis exspiravit. Luc 23, 46

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
In finem Psalmus David, pro extasi.	1. Præfecto musicæ; — Psalmus Davidis.
In te, Domine, speravi, non confundar in æternum: in justitia tua libera me.	2. **A**d Te, o Domine, confugio; — Ne pudore afficiar unquam! Pro justitia Tua libera me!
Inclina ad me aurem tuam: accelera, ut eruas me. Esto mihi in Deum protectorem, et in domum refugii, ut salvum me facias.	3. Inclina ad me aurem Tuam, festinanter me libera! Esto mihi petra refugii, locus munitus — ad servandum me!
Quoniam fortitudo mea, et refugium meum es tu: et propter nomen tuum deduces me, et enutries me.	4. **N**am petra mea et arx mea es Tu, et propter gloriam Tuam duces me et reges me.
Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.	5. Educes me e reti, quod absconderunt mihi, nam Tu es propugnaculum meum.
In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me, Domine Deus veritatis.	6. **I**n manum Tuam commendo spiritum meum, Tu me liberabis, Domine, Deus fidelis!
Odisti observantes vanitates supervacue. Ego autem in Domino speravi:	7. Odio habeo eos, qui colunt idola vana, ego vero in Domino spem meam colloco.
exultabo, et lætabor in misericordia tua. Quoniam respexisti humilitatem meam, salvasti de necessitatibus animam meam.	8. **E**xultabo et lætabor de gratia Tua, quod respexeris miseriam meam, et attenderis angustias animæ meæ;
Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.	9. nec tradideris me in manum hostis, et quod posueris pedem meum in spatium amplum.
Miserere mei, Domine, quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, et venter meus,	10. **M**iserere mei Domine, nam in angustiis versor! ægritudine marcescit oculus meus, anima mea et corpus meum;
quoniam defecit in dolore vita mea, et anni mei in gemitibus.	11. mœrore enim absumitur — vita mea, et gemitu — anni mei;

Infirmata est in paupertate virtus mea, et ossa mea conturbata sunt.

12. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, et vicinis meis valde: et timor notis meis.
Qui videbant me, foras fugerunt a me:
13. oblivioni datus sum, tamquam mortuus a corde.
Factus sum tamquam vas perditum:
14. quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu.
In eo, dum convenirent simul adversum me, accipere animam meam consiliati sunt.

15. Ego autem in te speravi, Domine, dixi: Deus meus es tu:

16. in manibus tuis sortes meæ.
Eripe me de manu inimicorum meorum, et a persequentibus me.
17. Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua.
18. Domine, non confundar, quoniam invocavi te.
Erubescant impii, et deducantur in infernum:
19. muta fiant labia dolosa,
quae loquuntur adversus iustum iniquitatem in superbia et in abusione.
20. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te.

calamitate mea frangitur — vis mea,
et ossa mea contabescunt.

12. Ob permultos adversarios meos sum in opprobrium;
etiam vicinis meis sum in onus, et familiaribus meis in terrorem;
qui me foris conspiciunt, — fugiunt me.
13. Trador oblivioni e corde sicut mortuus; —
sum instar vasis fracti:

14. nam audio obtrectationem a multis: formido undique, — cum illi contra me deliberant una —

callide cogitantes de auferenda vita mea.

15. Ego vero in Te fiduciam pono, o Domine!
dico: „Deus meus es Tu!“
16. In manu Tua sunt fata mea,
eripe me e manu hostium meorum et e persecutoribus meis!

17. Illustra faciem Tuam super servum Tuum,
serva me per gratiam Tuam!
18. Domine, noli permittere, ut pudore afficiar, nam invoco Te;
pudore afficiantur improbi, conticescant ad infernum!
19. Obmutescant labia mendacia,
quæ loquuntur contra iustum proterve,
cum fastu et contemptu!
20. Quam magna est benignitas Tua quam asservasti cultoribus Tuis,

Perfecisti eis, qui sperant in
e, in conspectu filiorum ho-
minum.
21 Abscondes eos in abscondito
faciei tuæ a conturbatione
hominum.
Proteges eos in tabernaculo
tuo a contradictione lingua-
rum.
22 Benedictus Dominus: quoniam
mirificavit misericordiam suam
mihi in civitate munita.
23 Ego autem dixi in excessu
mentis meæ: Projectus sum
a facie oculorum tuorum.
Ideo exaudisti vocem oratio-
nis meæ, dum clamarem ad te.

24 Diligite Dominum omnes sancti
ejus: quoniam veritatem re-
quiret Dominus, et retribuet
abundanter facientibus super-
biam.
25 Viriliter agite, et confortetur
cor vestrum, omnes, qui spe-
ratis in Domino.

quam paras sperantibus in Te —
in conspectu hominum!

21. Tu defendis eos velamine vultus
Tui a machinis hominum,

occultas eos quasi in tugurio a lin-
guis rixosis.

22. Laudetur Dominus,
quod insignem præstitit mihi bene-
volentiam in urbe munita!
23. Ego quidem cogitaveram in con-
sternatione mea:
„exclusus sum e conspectu oculo-
rum Tuorum."
Verum Tu audisti vocem meam
flebilem,
quum vociferarer ad Te.

24. Diligite Dominum omnes pii cultores
Eius!
Fidos tuetur Dominus,
eis autem, qui fastuose agunt, re-
pendit abunde.
25. Confortamini et imperterritum sit
cor vestrum,
omnes, qui confiditis Domino!

v. 1. **In finem**, vide psl. 4, 1. — **Psalmus David**, vide psl. 3, 1.
„pro extasi"; addit Vulgata iuxta LXX. „ἐκστάσεως". Hoc additamentum debet verosimile originem suam versui 23[tio] „ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου", Vulgata: „ego autem dixi *in excessu mentis* meæ" (= in consternatione mea), quod refertur ad I. Sam. 23, 26. add.

v. 2. **non confundar in aeternum** = *non* confundar *unquam;* vide psl. 9[2], 11. Rgl. 27.
in iustitia = *pro* iustitia; **in** = *pro*, secundum; ב (b'), vide psl. 3. Rgl. 10. *b)*. —

v. 3. **accelera, ut eruas me** = festinanter (b. Hieron, „celeriter") era me. — *„Accelero"* — est verbum auxiliare, quo indicatur *qualitas bi sequentis* — „eruere".

Regula 46. *Præter verba auxiliaria, quibus* ***iteratio*** *et* ***frequen-*** Rgl. 46.
tio *actionis indicatur, datur alia classis verborum auxiliarium, quibus* ***qualitas*** *notionis sequenti verbo expressae designatur. — Tale verbum auxi-re redditur in latino sermone convenienti* ***adverbio***; confer: I. Macc.

13, 10 „acceleravit consummare muros“; i. e. festinanter consummavit muros; — psl. 54, 8. „*elongavi* fugiens“; i. e. *longissime* fugerem etc.

esto mihi in Deum protectorem; idem dicit text. masoreticus verbis: „Esto mihi *petra refugii*“ (b. Hieron. „in lapidem fortissimum“).

Deus = *petra* (metaphora); b. Hieron. lapis; hebr. צוּר (cur); confer 17, 32.; 30, 3. 94, 1. etc.

protector = *refugium* מָעוֹז (ma'oz); concretum pro abstracto; (b. Hieron. „fortissimus“); radix est עָזַז ('azaz) = firmus fuit.

domus refugii = *locus munitus* (b. Hieron. „domus munita“). — De „*facio*“ vel „*pono*“ aliquem in aliquid vide psl. 7, 14. Rgl, 22.

v. 4. **fortitudo** = petra (= b. Hieron.); — **refugium** = arx (b. Hieron. munitio). —

nomen = nomen celebre, gloria; vide psl. 22, 3. —

deduco = duco; vide Rgl. 5. pag. 16. — **enutrio** = nutrio = rego; *ducere* significat ea præstare, quibus ille, qui ducitur, finem optatum assequatur. „*Ducere*“ complectitur necessario in se illud „*nutrire*“.

v. 5. **laqueus** = rete (b. Hieron.); utrumque est genus vinculorum.

protector meus = propugnaculum meum; hebr. מָעוֹז (ma'oz); (b. Hieron. „fortitudo mea“); vide v. 3.

v. 6. **Deus veritatis** = Deus fidelitatis = Deus fidelis; vide psl. 29, 10. et psl. 4, 2. Rgl. 11.

v. 7. **observantes vanitates supervacue** = colentes idola vana; hebr. הַבְלֵי שָׁוְא (hablé šav) = idola vana.

הֶבֶל (hebel) = halitus; inde res cito evanescens, — res vana et inanis; in specie adhibetur vox hæc de idolis, utpote vanis et nihil valentibus, eorumque cultu; IV. Reg. 17, 15; Ier. 2, 9. —

שָׁוְא (šav) denotat malum, quod quis patrat vel patitur; dein in specie — falsum, mendacium; — inutile, vanum — de re, quæ spem in ea positam fallit. — *vanitates* = idola. — *supervacuus* = vanus, inanis; vide etiam 24, 4. —

v. 8. **in misericordia tua** = de gratia tua; vide psl. 5, 8. — „*in*“ = „*de*“ post verba gaudendi; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. *b)*.

humilitas = miseria (b. Hieron. „afflictio“); vide psl. 24, 18. — humilis; vide psl. 9, 14. —

necessitas = angustiæ (b. Hieron. „tribulatio“).

v. 9. **nec conclusisti me in manibus inimici** = nec permisisti, ut inimicus me claudat manibus suis = non tradidisti me in manus hostis; de „*in*“ instrumentali, vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

v. 10. **conturbatus est in ira** = ægritudine marcescit (b. Hieron. „caligavit“); vide psl. 6, 8. „**turbatus est**“. — *conturbor* = turbor; vide Rgl. 5. pag. 16. — *in ira* = propter iram; „ira“ Vulgatæ intelligenda est — de „ira Dei“ — „permissione Dei“; = ærumna, ægritudo.

venter meus = corpus meum; pars pro toto. (Illioli: Leib, Fr. tělo.)

v. 11. **defecit** = absumitur; vide psl. 9, 7.

in dolore = mœrore (= b. Hieron.); „in“ est instrumentale; idem „in“ **gemitibus**; vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

infirmata est virtus mea = frangitur vis mea. —

in paupertate: scilicet morali (b. Hieron. „iniquitate“) = calamitate: ectus pro causa; „*in*“ est instrumentale.

conturbata sunt = contabescunt: vide psl. 6. 8.

v. 12. **super omnes** (b. Hieron. „apud omnes“) = ob permultos: hebr. כֹּל (kol) vide psl. 6, 8. „**omnes**“.

super = ob, propter: hebr. מִן (min) indicat causam: vide psl. 5. 11.. Vulgata vertit „*a*“: vide ibidem etiam Regulam 19.

valde = valide i. e. graviter, ponderose, onerose: — adverbium adiectivo „*onerosus*“, vel pro nomine „*onus*“.

Hebr. vox מְאֹד est nomen et adhibetur etiam — adverbialiter.

timor notis meis = sum in terrorem familiaribus meis.

v. 13. *Ordo vocabulorum* in Vulgata sit: Oblivioni datus sum e corde, nquam mortuus. —

vas perditum = vas fractum.

v. 14. **commorantium in circuitu**: textus masoreticus habet: „for- var. lo undique.“ Sensus manet idem: vituperatio enim ex parte multorum isat — formidinem undique. Alexandrinus legit impunctatum מגור — agur“ = *commoratio*, loco masoretici: „magor“ = *formido*.

accipere animam meam i. e. capere me et auferre vitam meam: *accipio* = capio, aufero; — *anima* = vita.

v. 17. **in misericordia tua** = per gratiam tuam: vide psl. 5, 8.: „*in*“ 3, 3. Rgl. 10.

v. 18. **confundor** = erubesco: vide psl. 24. 2.

deducantur in infernum = conticescant ad infernum: præcedens var. subsequente.

Alexandrinus legit fors: יְרֻמּוּ (jirmu)

loco masoretici: יְדֻמּוּ (jidd'mu): ר cum ד permutatum est.

v. 19. **loquuntur iniquitatem** = *loquuntur proterve*: genus pro spe- ; — de Accusativo adverbiali vide psl. 11. 3. Rgl. 31.

in abusione = cum contemptu: **in** = *cum*: vide 3. 3. Rgl. 10. 3. — **busio**“ vocatur latinis: 1. *malus usus*: 2. *figura rhetorica*, quæ verbo *ili et propinquo* — pro *certo et proprio* abutitur: *loquuntur in* (= cum) *asione* = loquuntur abusive, i. e. ironice, sarcastice.

v. 20. **multitudo dulcedinis** = magna benignitas (b. Hieron. „multa itas“): vide psl. 5. 8. — *dulcis* = benignus; *dulcedo* = benignitas.

Domine; addit Vulgata iuxta LXX. add.

timeo Deum = colo Deum: vide psl. 14. 4.

„**perfecisti**“ pertinet ad primum hemistichium: vide Rgl. 6. pag. 16. *perficio* = facio = paro: compositum pro simplici: vide Rgl. 5. pag. 16.

filius hominis: est hebraismus = homo: (b. Hieron. „protectio“). — **in**; est instrumentale; vide psl. 2, 9.

conturbatio hominum: „conturbatio“ sensu *activo* est accipienda = chinæ hominum (b. Hieron. „duritia viri“).

contradictio linguarum = linguæ rixosæ: linguæ, quæ amant rixas contradictiones, oppositionem: vide psl. 4. 2. Rgl. 11.

v. 22. **mirificavit** = miram, insignem præstitit: vide psl. 15. 3.

misericordiam = benevolentiam; vide psl. 5, 8.

v. 23. **excessus mentis**; i. e. consternatio (b. Hieron. „stupor“).

facies oculorum = conspectus oculorum (b. Hieron.).
ideo = verum; hebr. אָכֵן (aken) = verum, vero; aber; ale.

vox orationis meae = vox mea flebilis seu vox mea deprecans, enixe rogans; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.

v. 24. **sancti** = pii cultores; vide psl. 4, 4.

veritatem requiret = fideles, fidos tuetur, vel fidelitatem præmiat; (b. Hieron. „fideles servat"). — Vulgata utitur abstracto pro concreto; vide psl. 10. 8. — „**requirere**" fideles — denotat: eos quærere cum in finem, ut præstetur eis id, quo indigent. — Contra homines — perfidos, — inimicos Dei, indigent pii cultores — tutelâ divina.

PSALMUS 31. (hebr. 32.) (II. poenitentialis.)

Confitearis peccata tua Domino! — remittentur tibi.

Auctor et argumentum. — David celebrat felicitatem eorum, quibus Deus condonavit peccata (v. 1—2); dein delineat miseram conditionem suam, priusquam ingenua delictorum confessione remissionem culpae assecutus est (v. 3—5.). Inserta exhortatione ad Deum pie colendum, qui est firmissimum in angustiis munimentum, (v. 6. et 7.) monet ad ingenuam et spontaneam delictorum confessionem; comparans peccatorem, qui variis calamitatibus et flagellis demum a Deo ad confessionem adigitur — animalibus irrationalibus, — equo et mulo, quos freno et capristo constringere necesse est, secus non obediunt. (v. 8—12.) Finem imponit gratulatio justorum.

Tempus et occasio. — Psalmus hic referendus est absque dubio ad illud tempus, quum Davidi peccatum confesso, legatus Jehovae, propheta Nathan annuntiavit condonationem culpae, verbis: „Dominus — transtulit peccatum tuum." (vide II. Sam. 12, 13.)

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Ipsi David, intellectus. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.	Carmen Davidis. **B**eatus, cui remissum est delictum, cui condonatum est peccatum!
2. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, nec est in spiritu ejus dolus.	2. Beatus homo, cui Dominus culpam non imputat, et in cujus corde fraus non invenitur.
3. Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die.	**Q**uamdiu conticui, marcescebant ossa mea, ob gemitum meum per totum diem.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua, conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci, et injustitiam meam non abscondi.
Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Verumtamen in diluvio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum a tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea, crue me a circumdantibus me.
Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus.
In camo et freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.
Lætamini in Domino, et exultate justi, et gloriamini omnes recti corde.

4. Nam diu noctuque graviter incumbebat mihi manus Tua,
succus meus vitalis exsiccabatur ut æstivis caloribus.
5. Peccatum meum tibi confessus sum, et culpam meam non celavi;

Dixi: „Confitear delicta mea Domino!“
et Tu — condonasti culpam peccati mei. (sela.)
6. **P**ropterea preces fundat ad Te omnis cultor pius tempore opportuno Te inveniens!
talem certe inundationis tempore aquæ magnæ non attingent.
7. Tu es latibulum mihi, Tu ab angustiis me defendes,
et jubilis de liberatione mei circumdabis me. (sela.)
8. **E**doceam te, et instituam te in via, quam ineas,
consulam tibi, oculo meo in te directo.
9. Ne sitis instar equi, instar muli, quibus non est intellectus,

quos freno et capistro, phaleris eorum, constringere necesse est,
secus non appropinquant ad te.
10. **M**ulti dolores sunt impio,
illum autem, qui sperat in Domino, Hicce gratiā circumdat.
11. Lætamini de Domino et exultate justi;
et lætas voces edite, omnes sinceri cordis!

v. 1. **Ipsi David** = Davidis; vide psl. 15, 1.
intellectus = carmen; hebr. מַשְׂכִּיל (maskil), derivatur a שָׂכַל — sakal), prudens fuit, prudenter egit; in f. hiktil „prudentem fecit, docuit“ — et denotat „carmen“, quod auditorem et lectorem reddat — intelli-entem, sapientem, pium, All. vertit: „Unterweiſung“. Confer 43, 1.

v. 3. **inveterasco** = marcesco; vide psl. 17, 46.
dum clamarem = *quia* clamabam, vel: cum clamarem.

var. v. 4. **conversus sum**; intelligendum est significatione *media*, non passiva. — Sensus Vulgatæ est: „Vertebam me in hanc et illam partem — instar vermis, qui configitur spinā".

Versio textus masoretici sonat: „Succus vitalis meus exsiccabatur mœrore, ut æstivis caloribus". B. Hieron.: „Versatus sum in miseria mea, cum exarserit æstas". Utraque versione, tam Vulgatæ quam textus masoretici indicatur — *summa angustia*; — res *eadem* sub *diversa* tantum imagine.

Diversitas orta est verosimile hoc modo:

1. Impunctatum נהפך legunt Masoretæ: „*nehfak*" cum vocali *fattach* (a); — ergo *Perfectum* III. personæ sing. masc.; inde versio: *mutatus est in peius i. e. exsiccatus est*".

Alexandrinus autem legit eandem vocem „*nehfak*" cum vocali *kamec* (a); ergo *Participium*, et vertit illud verbo finito, I. persona sing.: ἐστράφην, inde habet Vulgata: „*conversus sum*" (confer 21, 14. Rgl. 42,).

2. Impunctatum לשדי legunt Masoretæ: „l'šaddi"; i. e. nomen „l'šad" (succus vitalis) cum suffixo I. personæ; inde versio: „*succus meus vitalis*" (confer psl. 2, 6. b.).

Alexandrinus collata lat. Vulgata legit: „*l'šoddi*"; ergo: *l'* directionis (confer 3, 3. Rgl. 9.), nomen „*šod*" (ταλαιπωρία) et suffixum I. personæ; inde versio Vulgatæ: „*in miseria mea*" Confer psl. 11, 6., ubi hebr. vocem „šod" vertit LXX. „ταλαιπωρία" et Vulgata: „*miseria*".

3. Impunctatum בחרבוני legunt Masoretæ: „*b'charbonê*"; ergo: nomen „charbonê" i. e. „*calores*" cum „b'" = *sicut*.

v. 5. **impietas peccati** = culpa peccati.

v. 6. **pro hac**, scilicet causa = propter hoc = propterea; femininum pro neutro, hebraismus; vide psl. 26, 4. Rgl. 44.

sanctus = cultor pius; vide psl. 4, 4.

verumtamen; coniungendum est cum sequenti: „*ad eum non approximabunt*". Sensus secundum Vulgatam est: in magna inundatione erit quidem verus Dei cultor, sed aquæ eum vitā non privabunt.

v. 7. **refugium** = latibulum; (b. Hieron. „protectio").

var. **exultatio mea**; sensus Vulgatæ est: „Causa seu auctor exultationis meæ", i. e. protector mi, — erue me! Sensus cum masoretico textu est idem, non obstante varia lectione. —

Alexandrinus trahit מִצַּר (miccar), quod Vulgata vertit: „*a tribulatione*" — ad præcedentia;

loco masoretici: תְּצָרְנִי (ticc'rêni) = „*defundes me*"; radix נָצַר (nacar).

legit Alexandrinus: יְצָרְנִי (j'curêni), quod vertit Vulgata: „circumdedit me"; radix צוּר = צָרַר (cur = carar) —

loco masoretici: רָנֵּי (ronnê), i. e. „iubila", legit singularem cum suff. I. pers. רָנָּי (ronni) — Vulgata: „exultatio mea"; insuper supplevit pronomen relativum post sequentem vocem פַּלֵּט (fallet) — Vulgata: „erue".

v. 8. **intellectum tibi dabo** = faciam, ut intelligas, i. e. edoceam te.

v. 9. **in camo et freno** = camo et freno; „*in*", est instrumentale; vide psl. 2, 9.

Sensus est idem: „Si volueris, ut equus aut mulus ad te appropinquet, cogere eum debes instrumentis seu phaleris ad hoc destinatis — imo scilicet et capistro; secus tibi non servient, seu non appropinquabunt ad te. —

Camus, καμὸς. dicitur genus ferrei freni, quod *non intra* equi dentes mittitur, sed ori *exterius* circumdatur.

qui non = secus non. — Quod animalia irrationalia tantum coacta faciunt, hoc facere debet homo — ens rationale — ex libera voluntate; si homo peccatis onustus est, exoret gratiam Dei, et non expectet, usque dum Deus variis calamitatibus, tanquam mulum — capistro ad se traxerit, pœnitens enixe veniam petat.

Pro *phaleris eorum* ponit Vulgata iuxta LXX. **„maxillas eorum“**; var. sensus manet idem. Vulgata iuxta LXX. hic loci *sensum tantum* exprimit, cum hebr. עֲדִי (adi) nunquam significat „maxillam“ sed „ornatum“, deinde ornatum equi, — phaleras. — Insuper legit תִּבְלוֹם (tiblom);

loco masoretici: לִבְלוֹם (liblom);

permutato תּ cum לְ.

approximo = appropinquo, venio ad aliquem.

v. 10. **flagella** = dolores; causa pro effectu; ista flagella seu dolores sunt similia phaleris, seu freno et capistro — quibus animalia irrationalia serviendum Domino adducuntur.

misericordiā = gratiā; vide psl. 5, 8.

v. 11. **in** = „*de*“, post verba *gaudendi*; vide psl. 9, 16.

Nota. Hebr. „sela“ (vide 3, 3.) post versum 5^{tum} et 7^{mum} Vulgata non vertit. Alexandrinus ponit „διάψαλμα“, b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 32. (hebr. 33.)

Laudate Dominum; Ipse est omnipotens et benignissimus!

Auctor et argumentum. — Auctor hujus psalmi sublimiter canit novam — imprimis Ejus omnipotentiam et providentiam, et beatam praeeligit gentem, quam sibi Jehova in possessionem elegit.

Auctor hujus hymni in textu originali non nominatur. Vulgata juxta LXX. inscribit eum Davidi; in psalmo etiam nil invenitur, quod David scribere non potuisset.

Tempus. — De tempore et occasione hujus hymni in se plani et aperti nil certi statui potest.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
. Psalmus David.	
Exultate justi in Domino; rectos decet collaudatio.	1. Jubilate, o justi de Domino! probos decet laudatio.

2. Confitemini Domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.
3. Cantate ei canticum novum: bene psallite ei in vociferatione.
4. Quia rectum est verbum Domini, et omnia opera ejus in fide.
5. Diligit misericordiam et judicium: misericordia Domini plena est terra.
6. Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.
7. Congregans sicut in utre aquas maris; ponens in thesauris abyssos.

8. Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.
9. Quoniam ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt.
10. Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, et reprobat consilia principum.
11. Consilium autem Domini in æternum manet, cogitationes cordis ejus in generatione et generationem.
12. Beata gens, cujus est Dominus, Deus ejus: populus, quem elegit in hæreditatem sibi.

13. De cœlo respexit Dominus: vidit omnes filios hominum.
14. De præparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitant terram,

2. Celebrate Dominum cum cithara, cum psalterio decachordo canite Ei!

3. Canite Ei canticum novum, pulsate bene — solemniter!

4. Nam sincerum est verbum Domini, et omnis agendi ratio Ejus est fida.

5. Diligit justitiam et jus, gratiā Domini plena est terra.

6. Verbo Domini facti sunt cœli, et spiritu oris Ejus omnis ornatus eorum.
7. Colligit quasi acervum — aquas maris, et reponit tanquam in receptaculis — fluctus.
8. Timeat Dominum omnis terra, revereantur Eum omnes incolæ orbis!
9. Nam Ipse dixit et factum est, Ipse mandavit et illud exstitit.

10. Dominus irritum fecit consilium gentium, et vana reddidit cogitata nationum.

11. Consilium Domini stat in perpetuum. cogitationes cordis Ejus stabunt per omnes generationes.

12. Beatus populus, cujus Deus est Dominus, natio illa, quam ipse elegit sibi in possessionem.
13. Dominus de cœlo spectat, videt omnes homines.
14. E sede habitationis suæ prospicit in omnes incolas terræ.

qui finxit singillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.

Non salvatur rex per multam virtutem, et gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ.

Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur.

Ecce, oculi Domini super metuentes eum, et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Ut eruat a morte animas eorum, et alat eos in fame.

Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adjutor et protector noster est.

Quia in eo lætabitur cor nostrum, et in nomine sancto ejus speravimus.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te.

15. Et, quia pariter omnium corda finxit,
nota sunt Ei omnia facta eorum.

16. **R**ex non salvatur multitudine roboris bellici,
heros non eripitur magnitudine virium.

17. Fallax est equus ad victoriam,
et magnitudine roboris sui non salvat.

18. Ecce oculus Domini directus est ad cultores Ejus,
ad eos, qui exspectant gratiam Ejus,

19. ut eripiat a morte animam eorum,
et ut eos conservet vivos tempore famis.

20. **A**nima nostra sperat in Domino,
Ipse est auxilium nostrum et clipeus noster.

21. Nam in Eo lætabitur cor nostrum,
quoniam in nomine Ejus sancto fiduciam collocamus.

22. Sit gratia Tua, o Domine, super nos,
quemadmodum speravimus in **Te**!

v. 1. **Psalmus David** = psalmus Davidis; addit Vulg. iuxta LXX. add.
in Domino = *de* Domino; „*in*“ post verba gaudendi vide psl. 9, 16.
laudari sensu medio = gloriari; vide psl. 9², 3.
confitemini Domino = celebrate Dominum; vide psl. 6, 6.
in (cithara, psalterio) = cum; vide psl. 3, 3.

v. 3. **in vociferatione** = solemniter; (b. Hieron. „in iubilo“); vide . 4, 9. Rgl. 14.; latinum „*vociferor*“ denotat: „*vehementer* exclamo“.

v. 4. **in fide** = fida, fidelia; vide psl. 4, 9. Rgl. 14.

v. 5. **misericordia** = iustitia (b. Hieron.) hebr. צְדָקָה (c'daka); ipsa lgata vertit „*iustitia*“; v. c. Gen. 15, 6; 18, 19; psl. 71, 3. etc.; vide 5. —

iudicium = ius (b. Hieron.); de hebr. „mišfat“ vide psl. 7, 7.
misericordia = gratia; de hebr. „chésed“ vide psl. 5, 8.

v. 6. **virtus eorum** = ornatus eorum (b. Hieron.); scilicet cœlorum: r. vocem צְבָא (caba') — exercitus, ornatus, ipsa Vulgata vertit „orna- “ in Gen. 2, 1. Ea voce designantur plerumque „astra“ (cœli exercitus): nunquam refertur etiam ad terram (copiæ terrestres). — Considerantur

autem cunctæ res creatæ, veluti milites uni duci, omnium rectori et moderatori — Deo subditi. Hæ res creatæ sunt simul ornatus cœli et terræ. — De plurali vocis hebraicæ vide dicta ad psl. 23, 10.

var. v. 7. **in utre** (b. Hieron. „in utrem") = in acervum; sensus est idem. Alexandrinus legit „nod" i. e. uter, — loco masoretici „ned" i. e. i. e acervus; confer 77, 13.

ponens = reponens.

in thesauris = in receptaculis; hebr. vox אוֹצָר (ocar) sumitur tam pro bonis in usus futuros repositis, (III. Reg. 14, 26.; IV. Reg. 24, 13.); quam pro cellis, horreis, (Ez. 28, 4.; Ioël. 1, 17.); hic accipienda est pro vastis istis terræ voraginibus, in quibus aquarum copia a Deo asservatur recondita.

abyssos = fluctus.

v. 8. **ab eo commoveantur omnes** (b. Hieron. „Ipsum formident universi) = Eum revereantur omnes.

Hebr. גּוּר „gur" cum præpositione מִן (min) *venerandi* significationem habet, ut etiam Vulgata vertit in psl. 21, 24. „glorificate eum".

add v. 10. **„et reprobat consilia principum"**. Iuxta LXX. addit hanc sententiam Vulgata, quin sensus mutetur. Additamentum hoc nec ullus codex hebraeus, nec Targum nec Syrus agnoscit.

v. 11. **in generatione** (c. Ablativo) **et generationem** = *per* omnes generationes; vide psl. 11, 3. Rgl. 32. *b)*.

v. 12. **cuius est Dominus, Deus eius** = cuius Deus est Dominus „*eius*" redundat; vide psl. 18, 4. Rgl. 38.

v. 13. **filius hominis** = homo; vide psl. 11, 2.

v. 14. **de praeparato habitaculo** = de habitaculo, quod sibi paravit; verbum compositum pro simplici „parare"; vide Rgl. 5. pag. 16.

v. 15. **singillatim** (b. Hieron. „pariter"); i. e. = uniuscuiusque hebr. יַחַד (jachad) = pariter, = nullo excepto; idem denotat in psl. 62, 10. ubi Vulgata (61, 10.). vertit: „in idipsum"; de hoc vide psl. 4, 9.

v. 16. **in multitudine** = magnitudine; vide psl. 5, 8.; **„in"** est instrumentale vide 2, 9. Rgl. 7.

v. 17. **ad salutem** = ad victoriam; effectus et causa.

non salvabitur, i. e. ille, cui equus servit.

in abundantia virtutis suae; pro: virtutis „*eius*", scilicet equi; pronomen reflexivum pro personali; vide psl. 17, 31. Rgl. 37.

„in" = *per*; hebr. בְּ (b'); vide psl. 3, 3.

v. 18. **metuo Deum** = timeo Deum = colo Deum; vide psl. 14, 4.

super misericordia eius = in gratia eius; vide psl. 5, 8.; idem v. 22. —

v. 19. **in fame** = tempore famis; vide psl. 19, 2.; **„*in*"** temporale.

v. 20. **sustineo Dominum** — b. Hieron. „exspecto" = spero in Domino; vide psl. 24, 5.

adiutor = auxilium (b. Hieron.); concretum pro abstracto.

protector = clipeus (= b. Hieron.); vide psl. 17, 31.; 27, 7.

PSALMUS 33. (hebr. 34.)

Gratiarum actio pro tutela divina. Salutaria monita.

Auctor et argumentum. — Regius psaltes — David — celebrat psalmo alphabetico Deum protectorem proborum et vindicem improborum (vers. 2. 11.), excitatque omnes ad probitatem sectandam; beatus enim est — pius Dei cultor.

Occasio. — Occasionem indicat inscriptio; de re ipsa refert I. Reg. 21, 11. — 22, 1. —

Tempus. — Quoad tempus — exaravit David hymnum hunc, postquam ex illo periculo liberatus fuit.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
Davidi, cum immutavit vultum suum coram Achimelech, et dimisit eum et abiit.	1. A Davide; — cum mente captum se simularet coram Abimelecho; unde expulsus ab hoc, abiit.
Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.	2. א Celebrabo Dominum omni tempore, laus Eius continuo erit in ore meo.
In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, et lætentur.	3. ב De Domino gloriabitur anima mea, audiant hoc afflicti et lætentur!
Magnificate Dominum mecum: et exaltemus nomen eius in id ipsum.	4. ג Magnificate Dominum mecum, ut una extollamus nomen Eius!
Exquisivi Dominum, et exaudivit me: et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.	5. ד Quæsivi Dominum et exaudivit me, et ex omnibus pavoribus eripuit me.
Accedite ad eum, et illuminamini: et facies vestræ non confundentur.	6. ה Qui respiciunt ad Eum, lætabuntur, et facies eorum non erubescet.
Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum: et de omnibus tribulationibus eius salvavit eum.	7. ז Hic afflictus clamavit et Dominus audivit, atque ex omnibus angustiis liberavit eum.
Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos.	8. ח Angelus Domini castra ponere solet circum eos, qui timent Eum, et liberat eos.

9. Gustate, et videte, quoniam suavis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo.
10. Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum.

11. Divites eguerunt et esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.
12. Venite, filii, audite me: timorem Domini docebo vos.
13. Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos?
14. Prohibe linguam tuam a malo, et labia tua non loquantur dolum.
15. Diverte a malo, et fac bonum: inquire pacem, et persequere eam.
16. Oculi Domini super iustos, et aures eius in preces eorum.

17. Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.

18. Clamaverunt iusti, et Dominus exaudivit eos, et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.
19. Iuxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde, et humiles spiritu salvabit.

20. Multæ tribulationes iustorum, et de omnibus his liberabit eos Dominus.

9. ט Gustate et cognoscetis, benignum esse Dominum, —
beatus homo, qui confidit in Eum!
10. י Revereamini Dominum vos sancti Eius;
nihil enim deest eis, qui timent Eum!
11. כ Leunculi egere solent et esurire, sed cultores Domini nullo carent bono.

12. ל Agite, filii, auscultate mihi!
timorem Domini docebo vos.
13. מ Quis non studeret vitæ felici?
quis vivens nollet frui felicitate?
14. נ Cohibe linguam tuam a malo,
et labia tua a sermonibus fraudulentis!
15. ס Recede a malo et fac bonum,
quære pacem et persequere illam!
16. ע Oculi Domini directi sunt ad iustos,
et aures Eius (inclinatæ) ad vociferationem eorum.
17. פ Facies Domini defixa est in eos qui faciunt malum,
ut exstirpet de terra memoriam eorum.
18. צ Illi clamant et Dominus audit,
atque ex omnibus angustiis eos eripit.
19. ק Propinquus est Dominus iis, quorum cor frangitur,
et servat eos, quorum animus est contritus.
20. ר Multa mala incidunt iusto,
sed ex omnibus illis eripit eum Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum? unum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima, et qui oderunt iustum, delinquent.

Redimet Dominus animas servorum suorum, et non delinquent omnes, qui sperant in eo.

21. ו Omnia ossa eius custodit, nec unum ex eis frangitur.

22. ח Impios interficit infortunium, et ii, qui iustum oderunt, damnabuntur.

23. ח² Animas autem servorum suorum liberabit Dominus. nec pœnam ferent, quicunque confidunt in Eum.

v. 1. **Davidi** = a Davide; scilicet exaratus; seu Davidis; scilicet mus; vide psl. 15, 1. „ipsi David“.

immutavit vultum suum = mente captum se simulavit (vide I. Reg. 12.—15.).

et dimisit eum; scilicet Abimelech; „et“, hebr. ו (v') vide Rgl. 3. 16.

et abiit; scilicet David.

v. 2. **in omni tempore** = omni tempore.

v. 3. **in Domine laudabitur**; reflexive sumendum = *de* Domino iabitur — se extollet; — „in“ = *de*, post verba gaudendi vide psl. 9, 16.

mansueti = afflicti; vide psl. 9, 14. (humilis); confer psl. 24, 9.

v. 4. **in idipsum** = una (Alt.: mitſammen); vide psl. 4. 9.

v. 5. **exquiro** = quæro; vide Rgl. 5, pag. 16.

v. 6. **accedite ad eum** (b. Hieron. „respicite ad eum“) = qui reiunt ad eum; mutatio personæ sensum non mutat; sicut sequenti:

illuminamini (b. Hieron. „confluite“) = lætabuntur; lux, illuminatio imago lætitiæ; vide psl. 26, 1.

facies vestrae; textus masoreticus facies *eorum*. In textu masoretico var. itur auctor sacer *de* piis; in Vulgata *ad* pios.

non confundentur = non erubescet (= b. Hieron.); vide psl. 24, 2.

v. 7. **pauper** = afflictus, ut sæpissime; vide psl. 9, 10.

v. 8. **immittet** = mittit se (lagert ſich); — obiectum „se“ vel „ca-“ est Ellipsis Vulgatæ propria; vide: Dr. Fr. Kaulen, Handbuch zur gata. Nro. 207. B. Hieron. vertit: „circumdat in gyro timentes eum.“

in circuitu = circa; vide Rgl. 4. pag. 16.

v. 9. **et videte** = et videbitis, cognoscetis.

Regula 47. *Si duo imperativi coniunguntur, denotat primus conditio-* Rgl. 47. *alterius; hinc 2dus futuro vertendus.*

quoniam; sæpe a Vulgata ponitur, ubi constructio *Accusativi cum nitivo* locum habere debet; vide psl. 9, 21. Rgl. 25.

v. 10. **omnes**; addit Vulgata iuxta LXX.; b. Hieron. hoc additamen- add. non habet.

v. 11. **divites** = leunculi (b. Hieron. „leones“). —

Versioni antiquæ sunt leones imago *divitum*, qui alios opprimunt, — potium hostium boni. — In psalmis David hostes suos, vel in genere quos-impios sæpe *„leones“* nominat, quia immanitate, truculentia et ferocia tare videbantur cum leonibus atrocissimis; vide hebr. psl. 7, 3.; 10, 9.;

17, 12.; 22, 22.; 35. 17.; 58, 7.; 91. 13. — In tribus posterioribus locis ut hoc loco posita est vox כְּפִיר (k'fir), quæ proprie significat *catulum* leonis a lacte depulsum, qui prædari incipit et sibimet ipsi victum quærere — sine matris opera. —

inquiro = quæro; vide Rgl. 5. pag. 16.

non minuentur omni bono = nullo bono carent; vide psl. 9^2, 11. Rgl. 27. — Confer v. 21. *„unum non“*; v. 23. *„non . . . omnes“*.

v. 13. **Quis est homo, qui vult vitam**: est hebraismus, quo exprimitur nostrum: Quis non desideraret vivere feliciter; confer psl. 24, 12. — de „velle“ vide psl. 21, 9.

vita = vita felix; — sicut *„vivere“* = beate vivere; vide psl. 21, 27.

diligit dies videre bonos: „diligit videre“ = vult experiri, frui: et cum præcedenti, „quis est homo“, denotat: quis vivens nollet frui felicitate? — *diligo videre* = libenter experior; „diligo“ est verbum auxiliare, quo indicatur *qualitas verbi sequentis* „videre“; vide psl. 29, 3. Rgl. 45.

v. 14. **dolum** = dolose; Accusativus adverbialis; vide 11, 3. Rgl. 31.

v. 15. **diverte** = recede (= b. Hieron.).

add. v. 18. **„iusti“** addit Vulgata iuxta LXX., quia de iustis sermo est. b. Hieron, hoc additamentum *non* habet.

v. 19. **iuxta est** = propinquus est.

Rgl. 48. **Regula 48.** *Præpositione „iuxta“ et „prope“* (psl. 144, 18.) *in Vulgata adverbialiter usurpantur, suntque cum verbo „sum“ prædicatum.*

cor tribulatum = cor, quod frangitur; (b. Hieron.: „contriti corde“).

humiles spiritu; i. e. quorum animus est contritus (b. Hieron. „confracti spiritu“); — vide „humilis“ psl. 9^2, 10.

v. 21. **unum ex his non conteretur**; i. e. nec unum conteretur = nullum frangitur; vide psl. 9^2, 11. Rgl. 27.

var. v. 22. **mors peccatorum pessima**; secundum textum masoreticum *„impius opprimitur infortunio“*; i. e. desperat; sensus non est diversus: b. Hieron. „malitia interficiet impium“).

Alexandrinus lexit fors: חַמּוֹת רְשָׁעָה (hammot heraš'a), i. e. mors peccatorum; — loco masoretici: תְּמוֹתֵת רָשָׁע (t'motet raš'a), i. e. interficit infortunium; legit ergo *bis* ה pro ת. —

v. 23. **delinquent** = rei agnoscentur et damnabuntur, pœnas ferent: (b. Hieron. „culpabuntur“.)

non . . . omnes = *nullus eorum* pœnam feret; vide 9^2, 11. Rgl. 27.

PSALMUS 34. (hebr. 35).

O Domine! tuere jus meum contra ingratos!

Auctor et argumentum. — Auctor hujus psalmi - David — adhuc in a a Sauli versans, implorat tutelam divinam contra adversarios, qui ae ejus injuste insidiantur, et pro bono malum ei rependunt.

Tempus. De tempore exarationis et occasione in specie nil certi dici potest.

Nota 1. In finem rectae interpretationis ponat lector in vv. 4. 5. 6. 8. 26. o Conjunctivi praesentis — Futurum et respiciat simul dicta de psalmis impre- toriis pag. 11.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
. Ipsi David.	1. Davidis.
Judica, Domine, nocentes me: expugna impugnantes me.	**L**itiga, o Domine cum adversariis meis! pugna cum iis, qui me oppugnant!
. Apprehende arma et scutum, et exsurge in adjutorium mihi.	2. Apprehende clipeum et scutum, et surge in auxilium meum!
. Effunde frameam, et conclude adversus eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ: Salus tua ego sum.	3. Exsere etiam hastam et interclude viam persecutoribus meis! Dic animæ meæ: „Auxilium tuum sum Ego.“
. Confundantur et revereantur, quærentes animam meam. Avertantur retrorsum, et confundantur cogitantes mihi mala.	4. **A**fficiantur pudore et contumelia, qui appetunt vitam meam, cedant retro et pudefiant, qui meditantur perniciem meam!
. Fiant tamquam pulvis ante faciem venti: et Angelus Domini coarctans eos.	5. Sint, ut palea coram vento, quam angelus Domini protrudit!
. Fiat via illorum tenebræ et lubricum: et Angelus Domini persequens eos.	6. Sit via eorum tenebricosa et lubrica persequente eos angelo Domini!
. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: supervacue exprobraverunt animam meam.	7. **N**am immerito occultarunt mihi foveam reti instructam, sine causa foderunt foveam animæ meæ.
3. Veniat illi laqueus, quem ignorat: et captio, quam abscondit, apprehendat eum: et in laqueum cadat in ipsum.	8. Veniat super ipsum pernicies de improviso, et capiat eum rete, quod mihi occultavit, cum exitio incidat in illud!

9. Anima autem mea exultabit in Domino, et delectabitur super salutari suo.
10. Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi?
Eripiens inopem de manu fortiorum ejus: egenum et pauperem a diripientibus eum.
11. Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.
12. Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.
13. Ego autem, cum mihi molesti essent, induebar cilicio.
Humiliabam in jejunio animam meam: et oratio mea in sinu meo convertetur.
14. Quasi proximum, et quasi fratrem nostrum, sic complacebam: quasi lugens et contristatus sic humiliabar.
15. Et adversum me lætati sunt, et convenerunt: congregata sunt super me flagella, et ignoravi.
16. Dissipati sunt, nec compuncti: tentaverunt me, subsannaverunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.
17. Domine, quando respicies? restitue animam meam a malignitate eorum, a leonibus unicam meam.
18. Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo gravi laudabo te.
19. Non supergaudeant mihi, qui adversantur mihi inique: qui

9. Tum exultabit anima mea de Domino, lætabitur de auxilio Ejus.
10. Omnia ossa mea dicent: „O Domine! quis est similis Tui,
qui eripis oppressum ab eo, qui illi prævalet,
afflictum et inopem ab eo, qui illum diripit!“
11. Surgunt testes injuriosi,
et interrogant me de rebus, quarum non sum conscius.
12. Malum rependunt mihi pro bono, anima mea sentit se orbam.
13. Ego vero, cum ægrotarent ipsi, vestiebar sacco,
jejunio affligebam animam meam, ita, ut precatio mea in sinum meum rediret.
14. Habebam me acsi quisque eorum amicus, acsi frater fuisset,
squalidus demisi caput tamquam ille, qui luget matrem.
15. Et ii lætantur de casu meo et congregantur,
congregantur contra me detractores, quos ne novi quidem;
lacerant me, — nec desinunt.
16. Sicut impudici scurrae vendibiles placenta —
restringunt contra me dentes suos.
17. Domine! quousque hoc adspicies?
Libera animam meam a pernicie, quam struunt,
a leonibus — unicam meam!
18. Celebrabo Te in cœtu magno,
laudabo Te coram populo numeroso.
19. Ne permittas, ut lætentur de me, qui immerito mihi sunt hostes:

oderunt me gratis et annuunt oculis.

Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, et in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.

Et dilataverunt super me os suum; dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi nostri.

Vidisti, Domine, ne sileas: Domine, ne discedas a me.

Exsurge et intende judicio meo, Deus meus, et Dominus meus in causam meam.

Judica me secundum justitiam tuam, Domine Deus meus: et non supergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus suis: Euge, Euge, animæ nostræ; nec dicant: Devoravimus eum.

Erubescant et revereantur simul, qui gratulantur malis meis.

Induantur confusione et reverentia, qui magna loquuntur super me.

Exultent et lætentur, qui volunt justitiam meam, et dicant semper: Magnificetur Dominus: qui volunt pacem servi ejus.

Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.

ne nictent oculis ii, qui me odio habent absque causa!

20. Etenim non ea, quæ ad pacem sunt, loquuntur;
sed contra tranquillos terræ incolas dolos excogitant.

21. Et late aperiunt contra me os suum dicentes: „Eja!, Euge! oculus noster videt“ — (exitium tuum).

22. Tu, o Domine, vides hoc, — ne sileas!
Domine! ne velis procul abesse a me!

23. Expergiscere et evigila ad vindicandum jus meum,
mi Deus et Domine — ad agendam causam meam!

24. Agas causam meam secundum justitiam Tuam o Domine, mi Deus!
et noli permittere, ut lætentur de me!

25. Ne dicant in corde suo: „Eja hoc erat desiderium nostrum.“
ne dicant: „Perdidimus eum.“

26. Pudore afficiantur et erubescant ad unum omnes,
qui lætantur de malo meo!
Operiantur pudore et ignominia,
qui fastuose se extollunt contra me!

27. Iubilent et lætentur, qui juri meo favent,
et dicant perpetuo: Magnificetur Dominus,
qui studet prosperitati servi sui.

28. Et lingua mea canet justitiam Tuam,
laudem Tuam — omni die.

v. 1. **Ipsi David** = Davidis (scilicet psalmus); vide psl. 15, 1.

iudica Domine nocentes me = causam meam age, — defende ontra eos, qui mihi nocent et nocere student; i. e. defende me contra rsarios meos.

Hebr. רִיב (rib) denotat: 1. litigare, altercari; 2. contendere in iu-
dicio, causam agere, — sequente Accusativo eius, cuius causam agimus. —
Ipsa Vulgata vertit hoc verbum sic; v. c. „*defendite* viduam". Is. 1. 17.
„*pugnabit* pro populo suo". Is. 51, 22.

noceo in Vulgata non tantum cum *Dativo*, sed etiam cum *Accusativo*
construitur, v. c. „non *te* nocebunt": Num. 5, 19.: — „si quis voluerit *ei*
nocere": Apoc. 11. 5.: — etiam in *passivo* v. c. „noceri *se* non sperant"
Sap. 14, 29.: — confer: škoditi někomu, — poškoditi někoho: Jemanden
ſchaden, — Jemanden ſchädigen; — confer etiam psl. 26, 2.

expugna = pugna (b. Hieron.); vide Rgl. 5. pag. 16.

v. 2. **arma**; i. e. clipeus (b. Hieron. „scutum"): genus pro specie.

exsurge = surge; vide Rgl. 5. pag. 16.

v. 3. **effunde** = exsere (b. Hieron. „evagina").

frameam = haštam; vide psl. 9, 7.

conclude adversus eos: scilicet *viam* = interclude viam: (b. Hieron.
præoccupa ex adverso").

salus = auxilium; vide psl. 17, 51.

v. 4. **confundor** = pudore afficior; vide psl. 24, 2.

revereor = contumelia afficior; inde: „*reverentia*" in Vulgata de-
notat „*ignominiam*"; vide v. 26: psl. 34, 26.; 68, 20.

quaero animam alicuius = insidior vitæ eius; — appeto vitam
eius; (confer Matth. 2, 20. „defuncti sunt, qui quærebant animam pueri"
i. e. qui perdere volebant puerum).

anima = vita.

avertor retrorsum = cedo retro.

v. 5. **pulvis** = palea; vide dicta ad psl. 1, 4. hac de voce.

coarctans eos; scilicet; sit = coarctet eos; vide Rgl. 2. pag. 16. —
psl. 21, 14. Rgl. 42.

angelus coarctans eos; pro: angelo, coarctante eos.

Rgl. 49. **Regula 49.** *Vulgatæ proprium est, ut pro Ablativo absoluto pona*
Nominativum absolutum.

v. 6. **fiat via illorum tenebrae et lubricum** = sit via eorum
tenebricosa et lubrica; vide psl. 5, 10. Rgl. 18. „lubricum" est *adiectivum*
vim habens *substantivi.*

Rgl. 50. **Regula 50.** *Adiectiva non pauca obtinent in Vulgata vim substan-*
tivorum. —

angelus persequens eos; pro angelo eos persequen*te;* vide v. 5.
Rgl. 49. — et psl. 21, 4. Rgl. 42.

v. 7. **gratis** = sine causa, immerito; idem v. 19.

interitus laquei (b. Hieron. „insidiæ retis") = fovea reti instructa
effectus pro causa. — Alexandr. hebraicam vocem שַׁחַת (šachat) = fovea
sepulchrum (a radice „*šuach*" = subsidere, deprimi) reddit sæpe voce —
διαφθορά, quasi sit a radice „šachat" διαφθείρω, ast non putredinis sed —
perditionis, interitus significatu.

supervacue = sine causa, malitiose; vide psl. 24, 4.

exprobraverunt animam meam, i. e. probris me afficiunt: — textus
masoreticus habet: „foveam foderunt animæ meæ" (= b. Hieron.). Sensus
manet idem; nam absque dubio contumelia affi*ciunt* illi regem, qui inno-
centi insidias struunt.

v. 8. **laqueus** = pernicies (b. Hieron. „calamitas“); causa pro effectu.
quem ignorat = priusquam id cognoscat; i. e. — de improviso.
captio = *rete* ad capiendum positum; abstractum pro concreto; etiam Hieron. vertit: „rete“.
cadat in ipsum; i. e. in eundem laqueum, quem posuit, cadat insidiator. —

Regula 51. „*ipse*“ Vulgatæ = „*idem*“; sic etiam in N. Test. v. c. Rgl. 51. Hebr. 13, 8. „Iesus Christus heri et hodie *ipse et in sæcula*“. — Confer psl. 4, 9. „in idipsum“.
„cum exitio“, quod habet textus masoreticus, ipsa re intelligitur, omis. hinc sensus non mutatur.

v. 9. **in Domino** = *de* Domino; „*in*“ post verba gaudendi = „*de*“; confer psl. 9, 16.
super salutari suo = *de* salute sua; vel *de* auxilio eius, — quod in est; reflexivum „*suus*“ et personale „*eius*“ eodem suffixo in hebraica lingua exprimitur.
super = *de*; confer psl. 20, 2.

v. 10. **similis tibi** = similis *tui*.
inopem = oppressum; vide psl. 11, 6.; 9, 10.
de manu; loco pronominis „*is*“ ponit Vulgata iuxta LXX. sensu eorum — „*manus eius*“; confer psl. 36, 36. „locus eius“.
fortiorum eius; est græcismus = fortiorum *eo*; i. e. qui ei præsunt; vide psl. 4, 8. Rgl. 13. c.
egenum = afflictum; vide psl 9, 10. „pauper.“
pauper = miser; vide psl. 9^2, 2.

v. 11. **quae ignorabam** = res, quarum non sum conscius.

v. 12. **sterilitatem animae meae**; scilicet — tribuunt; i. e. faciunt ea, ut anima mea sentiat se orbam; *sterilis* et *orbus* sunt synonima.

v. 13. **cum mihi molesti essent**; scilicet — ægrotantes = cum mihi molestiam, mœrorem inviti pararunt.
humiliabam = affligebam; idem v. 14.; confer: „humilis“ pro „afflictus“; psl. 9, 14.
in ieiunio = ieiunio; „*in*“ est instrumentale; vide psl. 2, 9.
in sinu = in sinum; vide psl. 7, 12. Rgl. 21.
convertor = revertor, redeo; vide psl. 6, 11. — Sensus phrasis hus est: „Orabam capite usque ad pectus demisso“; tali modo precatio, pectore proveniens, iterum in pectus seu *in sinum reverti* dicitur.

v. 14. **Eundem sensum habet** v. 14^{tus} Vulgatæ, licet textus masoreticus melius parallelismo respondet. B. Hieron. vertit: „Quasi ad amicum, quasi ad fratrem meum sic ambulabam, quasi lugens mater tristis sic incurvabar.“
proximus = amicus; — רֵעַ (re'a).
humiliabar = affligebam me, sensu *medio*; idem v. 13.; vide psl. 9^2, 10.
fratrem nostrum; Vulgata iuxta LXX. pro suffixo I. pers. sing. var. primit suffixum I. pers. pluralis.
lugens; Vulgata iuxta LXX. omisit „matrem“. omis.
v. 15. **adversum me** = *de casu meo*; b. Hieron. „in infirmitate mea.“ var.

Alexandr. legit fors וּמֵעָלַי (ume'alaj); Vulgata: „et adversum me“;

loco masoretici: וּבְצַלְעִי (ub'cal'ī), i. e. de casu meo; — permutatum est מ cum ב, ע cum צ.

flagella, et ignoravi; — metafora pro: detractores, quos ne novi quidem.

v. 15ti partem III. trahit Vulgata ad v. 16tnm; vide Rgl. 6. pag. 16.

v. 16. **dissipati sunt nec compuncti**; textus masoreticus habet: „lacerant me (verbis), nec desinunt“; — b. Hieron. „scindentes et non tacentes.“

dissipati sunt; i. e. dissipant se (ſie gehen auseinander), ut mala consilia sua effectui darent.

nec compuncti; i. e. *nec compunguntur*, i. e. nec eos hucusque rei huius malæ pœnitet = non desistunt; confer psl. 4, 5. Sensus in re est idem: obstinate et omni possibili modo mihi detrahunt.

Vulgata iuxta LXX. sumit forma *media* — activum verbum transitivum קָרַע (kar'a) = disrupit, discidit, laceravit.

„**tentare**“ sensu malo intelligitur hic loci.

var. **subsannaverunt me subsannatione**; i. e. quam maxime me subsannant, vide psl. 2, 4.; superlativum illum grafice exprimit textus masoreticus verbis; „sicut impudici scurræ vendibiles placenta: Gleich unverſchämten Poſſenreißern, die um einen Kuchen feil ſind, (fletſchen ſie gegen mich ihre Zähne); Jako ti nestoudní posměvači — prodajní za koláč — (cení na mne své zuby).

Loco masoretici: בְּחַנְפֵי לַעֲגֵי מָעוֹג (b'chanfê la'agê ma'og),

legit Alexandrinus: בְּחָנוּנִי לַעֲגוּנִי לָעוֹג (b'chanûni la'aguni la'og).

frenduerunt est forma temporalis, latino sermoni non consueta, — Vulgatæ propria.

frendo dentibus = restringo dentes.

super = contra (= b. Hieron.); hebr. עַל (al); vide psl. 21, 14.

v. 17. **restitue** = libera, serva. (b. Hieron, „converte“). Confer. Sall. or. in Cæs. de republ. ord. 2. f. „Urbem prope iam ab occasu „restituere;“ Catull. 68, 4. „restituere“ aliquem a limine mortis. Vide etiam psl. 79, 4. „converto“. —

a malignitate = a pernicie, quam maligne struunt; causa pro effectu.

v. 18. **confitebor tibi** = laudabo te, celebrabo te; vide psl. 6, 6.

ecclesia; vox græca = cœtus; vide psl. 21, 23.

in populo gravi = coram populo numeroso; conditio gravitatis est tam *potentia*, quam *multitudo* seu *numerositas*.

v. 20. Sensus Vulgatæ et textus masoretici *non est* diversus.

var. **in iracundia terrae loquentes**; i. e. loquuntur propterea, ut terram *excitent ad iram dolose*. Sensus est: Pacifice quidem loquuntur, sed agendi ratione dolosa omnes terræ incolas contra me excitant. (B. Hieron. vertit: „sed in rapina terræ verba fraudulenta concinant“). —

Diversitas orta est fors ex eo, quod Græcus LXX. loco masoretici רְגֵעֵי (ri'ge) „tranquilli“; legit

רֹגֶז (rogez) = „ira“; ergo permutatum ע cum ז; vide psl. 29, 6.

et = *sed;* vide Rgl. 3. pag. 16.

v. 23. **intende iudicio meo** i. e. *attende ad rem iustam meam:* in hemistichio construitur „*intende*“ cum „*in*“ et Accusativo; vide psl. 5. 3. **iudicium** = ius, quod iustum est: vide psl. 7, 7. — **meus** = mi; vide psl. 7, 2. — Sensus versionis Vulgatæ et textus oretici est idem.

v. 24. **iudica me** = age causam meam; vide psl. 25. 1.

v. 25. **animae nostrae**; synekdoché = vota animæ nostræ = desium nostrum; vide psl. 9^2, 3.; 26, 12.

v. 26. **erubesco**, vide psl. 24, 2. — **revereor**; vide v. 4. **simul** = ad unum omnes; de „*jachdar*“ vide psl. 4, 9. **gratulantur malis meis** = lætantur de malo meo. **reverentia** = ignominia (Alt. Schmach), id Vulgatæ singulare; Schmach, hämung; zahanbent, hanba; confer v. 4. „revereor“. **magna loquuntur** = fastuose loquuntur; Accusativus adverbialis; psl. 11, 3.

v. 27. **qui volunt iustitiam meam** = qui favent iustæ causæ ; — *iustitia* = causa iusta. **magnificetur Dominus**; scilicet eorum, qui volunt pacem servi ; i. e. eorum, qui sunt asseclæ mei. — Textus masoreticus habet: „qui icet Dominus) — studet prosperitati servi sui“. — Vulgata habet subum: „qui volunt . . .“ i. e. *asseclæ mei*, inde verbum in — plurali. — tus masoreticus autem habet subiectum „*Dominus*“. Sensus non mutatur; Dominus, qui prosperitati Davidis, servi sui, studet, est idem Iehova s, quem colunt asseclæ Davidis.

v. 28. „**meditabitur**“; scilicet „voce etiam“; i. e. canet, declamabit. abit; confer psl. 36, 30.

PSALMUS 35. (hebr. 36.)

Solatium iusti.

Auctor et argumentum. — Regius psaltes — David, opponit malitiae iorum — bonitatem, fidem, justitiam et beneficentiam Dei (v. 2—10.); rtis dein precibus pro tutela piorum — cernit cladem impiorum.

Tempus. — De tempore exarationis hujus psalmi nil certi erui potest.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
In finem; servo Domini ipsi David.	1. Præfecto musicæ: — a servo Domini, Davide.
Dixit injustus, ut delinquat in semetipso: non est timor Dei ante oculos ejus,	2. Impium intus in corde ejus instigat impietas, nullus Dei timor est coram oculis ejus.

3. quoniam dolose egit in conspectu ejus, ut inveniatur iniquitas ejus ad odium.

4. Verba oris ejus iniquitas et dolus; noluit intelligere, ut bene ageret.

5. Iniquitatem meditatus est in cubili suo; astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odivit.

6. Domine, in cœlo misericordia tua et veritas tua usque ad nubes.

7. Iustitia tua sicut montes Dei: judicia tua abyssus multa. Homines et jumenta salvabis, Domine:

8. quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus. Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt.

9. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ: et torrente voluptatis tuæ potabis eos,

10. quoniam apud te est fons vitæ: et in lumine tuo videbimus lumen.

11. Prætende misericordiam tuam scientibus Te, et justitiam tuam his, qui recto sunt corde.

12. Non veniat mihi pes superbiæ: et manus peccatoris non moveat me.

13. Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare.

3. Ea nempe blanditur ei in oculis ejus,
urgens, ut peccet, ut odio habeat.

4. Verba oris ejus sunt iniqua et fraudulenta,
desiit recte sapere — recte agere.

5. Prava excogitat in cubili suo,
sistit se in viam minime bonam,
malum non aversatur.

6. Domine! usque ad cœlos pertingit gratia Tua,
fides Tua usque ad nubes extremas!

7. Iustitia Tua (conspicua) est ut montes altissimi,
judicia Tua (imperscrutabilia) sicut oceanus magnus;
homines et pecudes conservas o Domine!

8. Quam pretiosa est gratia Tua, o Deus!
qua homines in umbra alarum Tuarum refugium inveniant.

9. Abundantiā domus Tuæ inebriantur,
et affluentiā deliciarum Tuarum potas eos.

10. Nam penes Te est fons vitæ,
et luce Tua spectamus lucem.

11. Serva gratiam Tuam eis, qui colunt Te,
et justitiam Tuam eis, quorum cor est sincerum!

12. Noli permittere, ut obterat me pes insolens,
et manus improborum me propellat.

13. Illic corruunt patrantes iniquitatem!
prostrati sunt, ut nequeant surgere!

In finem; i. e. ad liturgiam sacram = Præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
servo Domini ipsi David = a Davide, servo Domini; vide psl. 15, 1.
v. 2. Vocabula v. 2di Vulgatæ sic sunt ordinanda: **„Dixit iniustus emetipso, ut delinquat“**; i. e. „statuit iniustus“ seu „impius“ in tipso vitam agere scelestem.
non est timor Dei ante oculos eius = „Deum non timet“. Eundem am fundit textus masoreticus et versio b. Hieronymi: „Dixit scelus i in medio cordis eius, non est timor Dei . . .“
In textu masoretico legendum est — לִבּוֹ (libbo) = cor ejus, ut ., Syrus, Chaldæus, et b. Hieronymus legerunt; nequaquam autem לִבִּי libbi“ = cor meum; confer psl. 2, 6.
v. 3. Sensus secundum Vulgatam est: *„Impius perfide agit in con- u Dei, ita, ut impietas eius sit verum Dei odium, quod vindictam Dei tulat“.* — Non alium sensum fundit textus masoreticus.
ut inveniatur iniquitas eius; i. e. ut *facto* peccet.
ad odium. Secundum psalterium Romanum legendum est: *„et* odium“; rit sensus; „ut facto peccet et odio habeat“.
v. 4. **iniquitas et dolus**; nomina abstracta pro adiectivis — „iniqua, audulenta“; vide psl. 5, 10. Rgl. 18.; 10, 8. Rgl. 30.
noluit = desiit; causa pro effectu.
v. 5. **astitit omni viae** = sistit se in viam, (b. Hieron.: „stabit in via“). add. ata iuxta LXX. addit: „omni“.
v. 6. **in coelo misericordia tua** = usque ad cœlum est, seu per- gratia tua; hebr. בַּ (b') significat: „ad, usque ad“; vide psl. 3, 3. 10. — Copula in hebraico plerumque omittitur: vide Rgl. 2. pag. 16.
misericordia = gratia; vide psl. 5, 8.; — idem v. 8. et 11.
veritas = fides, fidelitas, veritas in factis; vide psl. 29, 10.
v. 7. **montes Dei** = montes altissimi; confer: „cedri Dei“ = cedri imæ; vide psl. 79, 11.

Regula 52. *Attributum* **„Deus“** אֵל (el) *nonnunquam adiungitur ad* Rgl. 52. *ndum superlativum* — in stylo poëtico.
abyssus multa = oceanus magnus; hebraicum רַב (rab) significat et tum“ et „magnum“; confer psl. 5, 8.
salvo = conservo; i. e. salvum, sanum, servo.
v. 8. **Quemadmodum**; est hic loci particula admirantis = quam! tum! wie sehr! jak! de hebr. מָה (má) vide psl. 3, 2.
multiplicasti; in textu masoretico: „pretiosa est“ (= b. Hieron.); a et effectus.
filius hominis = homo; vide psl. 11. 2.
autem — est explicativum; græcum δὲ.
tegmen = umbra; — umbra est quasi tegmen.
spero = refugium invenio; antecedens pro consequente.
v. 9. **ab ubertate** = ubertate, abundantia.
torrens = affluentia; torrens significat latinis tropice copiam, abun- am.
voluptas = deliciæ; (= b. Hieron.).
v. 10. **in lumine** = lumine, luce; de *„in“* vide psl. 2, 9.

v. 11. **praetende**; idem est quod „*extende*“ (de tempore); = co
serva, serva.

scientibus te = colentibus te; „*nosse Deum*“ dicitur ille, q
colit Deum.

v. 12. **non veniat mihi**; idem quod: „non obveniat mihi“ = n
obterat me; antecedens pro subsequente.

pes superbiae = pes superbus — insolens; vide psl. 4, 2. Rgl. 1

moveo = facio, ut quis nutet, propello; vide psl. 15, 8.

v. 13. Sensus Vulgatæ et textus masoretici est idem: cladem per
fectam perpessi sunt impii.

stare = surgere (b. Hieron.); consequens pro antecedente; vid
psl. 17, 39.

PSALMUS 36. (hebr. 37.)

Improbi peribunt, — iustos Deus non derelinquet.

Auctor et argumentum. — Auctor huius psalmi alphabetici — David monet pios, ne quis eorum prosperitate impiorum inducatur ad imitandam ipsorum rationem vivendi, vel ad arguendam Dei iustitiam in gubernatione mundi, quia felicitas impiorum non est durabilis, („quia peccatores peribunt“ — v. 20); — probitas autem durabilem — aeternam felicitatem praestat — („hereditas eorum [proborum] in aeternum erit“; v. 18.)

Tempus. — Psalmum hunc exaravit David, cum iam provectioris esset aetatis, ut ex v. 25to patet. De occassione exarationis nil certi constat.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Psalmus ipsi David.	1. Davidis.
Noli æmulari in malignantibus ; neque zelaveris facientes iniquitatem.	ℵ Ne indigneris de maleficis, ℵ ne invideas prave agentibus!
2. Quoniam, tamquam fœnum velociter arescent, et quemadmodum olera herbarum cito decident.	2. Nam propere ut gramen abscinduntur, et sicut herba viridis flavescunt.
3. Spera in Domino, et fac bonitatem: et inhabita terram, et pasceris in divitiis eius.	3. ב Confide Domino et fac bonum. incole terram et sectare fidem!
4. Delectare in Domino: et dabit tibi petitiones cordis tui.	4. Oblecta te Domino, et dabit tibi desideria cordis tui.

5 Revela Domino viam tuam, et spera in eo: et ipse faciet.

6 Et educet quasi lumen iustitiam tuam et iudicium tuum tamquam meridiem:

7 subditus esto Domino, et ora eum.
Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua: in homine faciente iniustitias.

8 Desine ab ira, et derelinque furorem: noli æmulari, ut maligneris.

9 Quoniam, qui malignantur, exterminabuntur, sustinentes autem Dominum: ipsi hereditabunt terram.

10 Et adhuc pusillum, et non erit peccator, et quæris locum eius, et non invenies.

11 Mansueti autem hereditabunt terram, et delectabuntur in multitudine pacis.

12 Observabit peccator iustum, et stridebit super eum dentibus suis.

13 Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit, quod veniet dies eius.

14 Gladium evaginaverunt peccatores, intenderunt arcum suum,
ut deiiciant pauperem et inopem: ut trucident rectos corde.

5. ג Devolve in Dominum sortem tuam,
et confide in Illo! et Ipse faciet.

6. Et clarescere faciet instar solis iustitiam tuam,
et ius tuum — ut lumen meridianum.

7. ד Silens confide Domino et spera in Eum!
ne indigneris de eo, cui omnia prospere procedunt,
de homine, qui exsequitur fraudes!

8. ה Desiste ab ira et relinque excandescentiam!
ne indigneris; hoc enim ad malum tantum ducit!

9. Nam malefici exstirpabuntur,
ii autem, qui Domino confidunt, terram hereditarie possidebunt.

10. ו Paulisper adhuc — et non erit impius,
et si attendes locum eius, non exstabit amplius.

11. Mansueti autem hereditarie possidebunt terram,
et delectabuntur plurimo rerum successu.

12. ז Mala meditatur impius iusto,
et frendit contra eum dentibus suis.

13. Dominus ridet eum,
videt enim advenire diem eius.

14. ח Impii stringunt gladium,
et tendunt arcum suum,
ut prosternant afflictum et pauperem,
ut trucident eos, quorum via est recta.

15. Gladius eorum intret in corda ipsorum, et arcus eorum confringatur.
16. Melius est modicum iusto, super divitias peccatorum multas.
17. Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos Dominus.
18. Novit Dominus dies immaculatorum, et hereditas eorum in æternum erit.

19. Non confundentur in tempore malo, et in diebus famis saturabuntur:
20. quia peccatores peribunt.
Inimici vero Domini mox ut honorificati fuerint et exaltati, deficientes, quemadmodum fumus deficient.
21. Mutuabitur peccator, et non solvet: iustus autem miseretur et tribuet.
22. Quia benedicentes ei hereditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt.

23. Apud Dominum gressus hominis dirigentur, et viam eius volet.
24. Cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.
25. Iunior fui, etenim senui: et non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.
26. Tota die miseretur et commodat: et semen illius in benedictione erit.

15. At eorum gladius transverberabit corda ipsorum
et arcus eorum confringentur.
16. ט Melius est pauxillum, quod iustus habet,
quam opes impiorum multorum.
17. Nam brachia impiorum confringuntur,
iustos autem Dominus sustentat.
18. י Dominus curam gerit vitæ proborum,
inde hereditas eorum in perpetuum manebit.
19. Pudore non afficientur tempore calamitoso,
et diebus famis saturabuntur.
20. כ Nam improbi peribunt,
et hostes Domini sicut decus pratorum,
evanescunt — sicut fumus — evanescunt.
21. ל Improbus mutuatur, nec solvit,
iustus autem gratificatur et largitur.
22. Nam ii, qui ab Eo prosperantur, terram possidebunt,
illi autem, quos exsecratur, exstirpabuntur.
23. מ Gressus hominis (probi) a Domino diriguntur.
nam Ipse viā eius delectatur.
24. Cum ceciderit, non prosternetur,
nam Dominus sustentat manum eius.
25. נ Puer fui, etiam senui,
attamen non vidi iustum derelictum,
et posteros eius quærentes panem.
26. Quotidie gratificatur et dat mutuum,
et posteritas eius est benedictioni.

Declina a malo, et fac bonum, et inhabita in sæculum sæculi.
Quia Dominus amat iudicium, et non derelinquet sanctos suos; in æternum conservabuntur.

Iniusti punientur, et semen impiorum peribit.
Iusti autem hereditabunt terram, et inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.
Os iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iudicium.
Lex Dei eius in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus eius.
Considerat peccator iustum, et quærit mortificare eum.
Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum, cum iudicabitur illi.
Exspecta Dominum, et custodi viam eius, et exaltabit te, ut hereditate capias terram: cum perierint peccatores, videbis.

Vidi impium superexaltatum, et elevatum sicut cedros Libani:
et transivi, et ecce non erat: et quæsivi eum, et non est inventus locus eius.

Custodi innocentiam, et vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.
Iniusti autem disperibunt simul: reliquiæ impiorum interibunt.

27. ד Recede a malo et fac bonum,
et manebis in perpetuum!
28. Nam Dominus diligit, quod iustum est,
et non derelinquit pios cultores suos;
hi in perpetuum custodientur,
semen autem impiorum exstirpabitur.
29. Iusti hereditarie possidebunt terram,
et perpetuo habitabunt in ea.
30. ה Os iusti sapientiam profert,
et lingua eius loquitur, quod iustum est.
31. Lex Dei sui in corde eius est,
gressus eius non vacillant.

32. ע Improbus insidiatur iusto,
et studet occidere eum.
33. Dominus non relinquet eum in manu illius,
nec permittet, ut condemnetur, cum iudicatur.
34. ק Spera in Domino et observa viam Eius
et ipse exaltabit te, ut possideas terram;
Excidium videbis improborum!
35. ר Vidi improbum violentum,
qui dilatabat se, ut arbor indigena, læte virens.
36. Et interiit, et ecce, non exstat amplius;
et quærebam eum; ast inveniri nequit.
37. ש Observa integrum et considera recti studiosum,
nam posteritas est viro pacifico.
38. Scelerati autem delebuntur una,
posteritas impiorum excindetur.

39. Salus autem iustorum a Domino, et protector eorum in tempore tribulationis.

40. Et adiuvabit eos Dominus, et liberabit eos, et eruet eos a peccatoribus, et salvabit eos, quia speraverunt in eo.

39. ת Iustis autem auxilium venit a Domino,
Ipse est præsidium eorum tempore angustiarum.

40. Et Dominus adiuvat eos et liberat eos,
liberat eos ab improbis et servat eos,
quia fiduciam ponunt in Eo.

v. 1. **Ipsi David** = Davidis; vide psl. 15, 1.

add. **psalmus;** addit Vulgata, non Græc. LXX.

aemulor in aliquo = indignor de aliquo; (b. Hieron. „contendo cum aliquo"). — Hæc hebraica forma quater occurrit in sacra Scriptura: — Vulgata vertit *ter:* „*æmulor*" (v. 1. 7. 8. psalmi huius) et semel „*contendo*". Prov. 24, 19. —

malignari = maligne agere, böswillig handeln. — Verbum hoc occurrit solum in psalmis et semel in I. Par. 16, 22. —

zelo aliquem = invideo alicui; idem v. 7.

v. 2. **aresco**; pro abscindo; effectus pro causa.

olera herbarum = herba viridis (b. Hieron. „holus viride"); vide psl. 4, 2. Rgl. 11.

v. 3. **fac bonitatem** = fac bonum (= b. Hieron.).

var. **et pasceris in divitiis eius**; i. e.: et perfrueris fructibus terræ. Sensus est: Si bonum feceris, secure habitabis in terra et frueris fructibus eius.

Textus masoreticus habet: „*et sectare fidem*"; i. e. „sis Deo fidelis"; B. Hieron. sensu eodem: „*pascere fidem*"; i. e. „delectare fide"; — Chaldæus: „*fortis esto in fide*"; Syrus: „*quære fidem*". Res manet semper eadem; nam „*pasci*" est causa; „sectari" et „quærere" effectus; et felicitatem promisit Deus omnibus, qui sunt fideles cultores Eius.

Juxta Buxtorfium accepit Græcus LXX. hebraicum אֱמוּנָה (ᵉmunâ) vel אָמוֹן (amun) eo sensu, ut sit idem quod מָמוֹן (mamon) — *divitiæ;* hæ enim ex opinione quorundam Hebræorum dicuntur — „*mamon*" in lingua Hebræa, Chaldæa et Syra ab *eadem* radice אָמַן ('aman), quod homines plerumque in divitiis *confidant.* Unde b. Augustinus nec non Iustinianus in Psalterio suo octaplo ad hunc locum notat, — hebræum nomen „ᵉmunâ" significare æque „*fidem*" atque „*divitias*".

v. 4. **delectare in Domino** = oblecta te Domino.

v. 5. **revela Domino viam tuam** = committe Domino viam tuam = devolve in Dominum sortem tuam (b. Hieron. „volve super Dominum viam tuam"). All.: „befiehl dem Herrn deine Wege".

educet quasi lumen = clarescere faciet instar solis.

v. 6. **indicium tuum** = ius tuum (All.: „Dein Recht"), ut patet ex parallelismo; vide psl. 7, 7. „mišfat".

meridies = lux meridiana.

v. 7. **subditus esto Domino** = silens confide Domino; (b. Hieron. „tace et exspecta").

ora eum; i. e. spera in eum; oratione enim spes manifestatur et itatur.

v. 8. **desine ab ira** = desiste ab ira.

ut maligneris; i. e. ita ut, seu eo gradu, — ut maligne agas; — sus non est diversus; nam *indignatio* secundum textum masoreticum — *malum tantum ducit.*

v. 9. **sustineo Dominum** = confido Domino; vide psl. 24, 3. 5. **hereditare** = hereditarie possidere; vide psl. 24, 13. 29.

v. 10. **non invenies;** scilicet: „eum"; obiectum facile intelligitur et e omittitur; vide psl. 20, 5. Rgl. 41.

v. 11. **multitudo pacis;** i. e. plurimus rerum successus; „pax" omnis neris felicitatem denotat; vide psl. 4, 9.

delectari construitur hic loci cum „in" pro — simplici *Ablativo.*

v. 12. **observo** — sensu *malo* = *mala cogito*, meditor; confer N. T. c. 20, 20. „et *observantes* miserunt insidiatores, qui se iustos simularent".

v. 13. **irrideo** = rideo; vide Rgl. 5. pag. 16. et psl. 2, 4.

v. 14. **intendo** = tendo; vide Rgl. 5. pag. 16. — **pauperem** = ictum; psl. 9, 10.

v. 16. **modicum iusto;** i. e. modicum, quod est iusto = modicum, od habet iustus. —

v. 18. **novit dies** = curam gerit dierum, seu vitæ. — **novi** = am gero; causa est effectus. — **dies** = vita; vide psl. 20, 4.

v. 19. **confundor** = pudore afficior; vide psl. 24, 2.

v. 20. **mox ut honorificati fuerint et exaltati;** textus masore- us habet: „*decus pratorum*". Sensus non est diversus, nam decus pra- var. um est *imago* honorum.

Græc. LXX. legit: כִּיקַר פְּרוּם (kikor k'rum)
loco masoretici: כִּיקַר פָּרִים (kikar karim).

deficient = evanescunt.

v. 21. **miseretur** gratificatur; idem v. 26.

v. 22. **benedicentes ei;** i. e. cultores Dei. Textus masoreticus habet: var. , qui ab eo prosperantur; i. e. quibus Deus benedicit. — Diversitas orta , quia LXX. legit textum impunctatum: מברקיו active: „m'bar'kav" i. e. benedicentes ei — loco participii formæ passivæ „*m'borakav*". Similiter legit etiam in II. hemistichio; in re non est differentia; nam ltores Dei sunt ii, qui ab eo prosperantur.

maledicentes ei; i. e. impii, et hos execratur Deus.

v. 23. **apud Dominum** = a Domino.

viam volet; scilicet Deus = via delectatur; vide psl. 1, 2.; 21, 9.

v. 24. **supponit manum suam** = sustentat manum eius; causa et ectus; in re non differunt; pronomen „*suus*" et — „*eius*" eodem suffixo primitur in hebraico; vide psal. 17, 31. Rgl. 37.

v. 25. **iunior fui** = iuvenis fui; comparativus loco — positivi.

etenim = etiam, et; vide psl. 15. 6.

v. 26. **in benedictione;** i. e. in benedic*tionem* = benedictio; i. e. steritas eius erit etiam aliis fons benedictionis; — de verbo „fieri" etc. le psl. 7, 14. Rgl. 22.

v. 27. **inhabita** = habitabis seu manebis; præcedentes Imperativi *nditionem* designant; vide psl. 33, 9. Rgl. 47.

inhabito = habito; vide Rgl. 5. pag. 16.

v. 28. **iudicium** = quod iustum est; idem v. 30.: vide „mišfat“, psl. 7, 7.

sanctus = pius cultor; vide psl. 4, 4.

add. **iniusti punientur.** — Textus masoreticus et b. Hieron. hoc non habent. Videtur excidisse primus hemistichii versus, qui cum litera עַ debebat incipere. Græc. LXX. legit fors: עֲוִילִים נִשְׁמְדוּ (ʿavilim nišm'du), quia Vulgata vertit: „iniusti punientur“.

v. 30. **meditor;** scilicet voce i. e, profero; confer psl. 34, 28.

v. 31. **non supplantor** = non vacillo; causa et effectus; vide psl. 16, 13. —

v. 32. **considero;** scilicet sensu *malo* = insidior.

mortifico = occido; facio, ut mortuus fiat quis.

v. 33. **nec damnabit eum** = nec permittet, ut damnetur.

cum iudicabitur illi = cum causa illius ab eo agetur; „*iudicare cum Dativo* denotat in Vulgata — „causam eius agere“. — Recht ſchaffen; confer psl. 9², 18. „iudicare pupillo“.

var. v. 35. Sensus Vulgatæ et textus masoretici est idem: „*vidi impium rebus lætissimis gaudentem*“. Vulgata iuxta Græc. LXX. pro — „*violentum*“ vertit: „**superexaltatum**“, respectu habito ad proceræ arboris figuram. quæ verticem in cœlum porrigit, qua similitudine utitur psaltes in hemistichio altero, quod sonat:

„**et elevatum sicut cedrus Libani**“, acsi textus hebraicus sonaret וּמִתְעַלֶּה כְּאַרְזָה לְבָנוֹן (umit'allê k'a'rza l'banon), pro masoretico:

וּמִתְעָרֶה כְּאֶזְרָח רַעֲנָן (umit'arê k'e'zra ra'ʿanan).

B. Hieron. vertit: „Vidi impium robustum et fortissimum, sicut indigenam virentem“.

v. 36. et **transivi;** hebr. עָבַר (ʿabar) denotat „*transiit*“ et „*periit*“. — Græc. LXX. habuit præformativam I. personæ „א“ loco „ו“ præformativæ III. personæ. Sensus est idem.

add. **locus eius;** ponit Vulgata iuxta LXX. loco pronominis: — „is“; confer psl. 34, 10. „de manu eius“.

v. 37. **innocentia — aequitas;** abstracta pro concretis: — „*integer*“ seu „*innocens*“ et „*recti studiosus, æquus*“; *metonymia;* res possessa pro possessore; vide psl. 10, 8. Rgl. 30.

vide = considera.

reliquiae = posteri, posteritas; idem in v. 38.

v. 39. **protector** = præsidium (b. Hieron. „fortitudo“) מָעוֹז (ma'uzzam); vide psl. 26, 1.

PSALMUS 37. (hebr. 38.) III. (poenitentialis.)

Domine remitte mihi poenas promeritas!

Auctor et argumentum. — Regius Psaltes — David — grafice deans gravissimum morbum suum, queritur, se esse ab amicis et cognatis — derelictum et ab hostibus — afflictum. Agnoscens causam malorum esse ata comissa, veniam exorat et opem Dei implorat. — Argumentum fere est, ut Psalmi 6ti et 30.mi

Tempus. — De tempore et occasione exarationis nil certi constat.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Psalmus David, in rememorationem de sabbato.	1. Psalmus Davidis; — pro memoria.
Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.	2. Ne corripias me, o Domine, in indignatione Tua, neve castiges me in ira Tua!
Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, et confirmasti super me manum tuam.	3. Nam sagittæ Tuæ demissæ sunt in me, et graviter incumbit mihi manus Tua.
Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.	4. Nil sani est in corpore meo — propter iram Tuam; in ossibus meis non est sanitas — propter peccatum meum.
Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, et sicut onus grave gravatæ sunt super me.	5. Nam pœnæ peccatorum meorum superant caput meum, sunt ut onus grave — graviores sunt me.
Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ.	6. Tumores mei fœtent, sanie diffluunt, propter stultitiam meam.
Miser factus sum, et curvatus sum usque in finem; tota die contristatus ingrediebar.	7. Incurvatus sum, depressus sum valde, omni tempore squalidus incedo.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, et non est sanitas in carne mea.	8. Nam lumbi mei pleni sunt inflammatione, et nil sani est in carne mea.
Afflictus sum, et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.	9. Debilitatus sum et contusus vehementer, rugio præ fremitu cordis mei.

10. Domine, ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus.
11. Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea, et lumen oculorum meorum; et ipsum non est mecum.
12. Amici mei, et proximi mei adversum me appropinquaverunt, et steterunt.
Et qui iuxta me erant, de longe steterunt:
13. et vim faciebant, qui quærebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, et dolos tota die meditabantur.

14. Ego autem tamquam surdus non audiebam, et sicut mutus non aperiens os suum.
15. Et factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones.
16. Quoniam in te Domine speravi: tu exaudies me, Domine Deus meus,
17. quia dixi: Nequando supergaudeant mihi inimici mei: et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt,
18. quoniam ego in flagella paratus sum, et dolor meus in conspectu meo semper.
19. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, et cogitabo pro peccato meo.
20. Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt, qui oderunt me inique.

10. Domine coram Te patet omne desiderium meum,
et gemitus meus Te non latet.
11. Cor meum palpitat vehementer,
vires meæ deserunt me;
quin immo lux oculorum deserit me.

12. Amici mei et sodales stant e regione plagæ meæ,

etiam propinqui mei e longinquo consistunt.
13. Illi autem, qui appetunt vitam meam, laqueos ponunt,
et qui malum meum quærunt, loquuntur perniciosa;
et per totum diem fraudes meditantur.

14. Ego vero, velut surdus — nihil audio,
ac ceu mutus sum, qui non aperit os suum.
15. Similis sum viro nihil audienti,
et in cuius ore non sunt contradictiones;
16. quia Tibi, o Domine, confido,
Tu respondebis Domine, mi Deus!

17. Nam dico: Ne lætentur de me,
qui fastuose contra me agunt, cum nutat pes meus.

18. Nam ego paratus sum ad casum,
et dolor meus coram me est continuo.
19. Confiteor enim culpam meam,
sollicitus sum ob peccatum meum.

20. Ast inimici mei valent et roborantur —
et numerosi sunt, qui me immerito odio habent.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.	21. Et rependentes malum pro bono, adversantur mihi pro eo, quod omni studio ordinem diligo.
Ne derelinquas me, Domine Deus meus: ne discesseris a me.	22. Ne derelinquas me, o Domine! ne sis a me procul Deus mi!
Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis meæ.	23. Festina ad auxilium mihi ferendum, Domine, salus mea!

v. 1. **Psalmus David** = psalmus Davidis: vide psl. 3, 1.
in rememorationem = pro memoria.
de sabbato: addit Vulgata iuxta LXX.: περὶ σαββάτου. add.

v. 3. **confirmasti manum tuam** = firmiter collocasti manum tuam; sti, ut firmiter hæreat — ut graviter incumbat manus tua. — Sensus idem; b. Hieron. „tetigit me manus tua".

v. 4. **a facie** = propter: „*bis*" in hocce versu: idem in v. 4.

v. 5. **iniquitates** = pœnæ iniquitatum; hebraica vox non tantum *pec-m*, sed etiam ***pœnam peccati*** designat.
gravatae sunt super me; i. e. graviores sunt me: — Vulgata com-ativum voce „*super*" exprimit: vide psl. 4, 7. 8. Rgl. 13. — *gravatus* gravis.

v. 6. **cicatrices** = tumores. — Hebraicam vocem hanc vertit Vul- in omnibus aliis locis „*livor*". Ex. 21, 25.: Is. 1, 6.; Gen. 4, 23.; v. 20. 30.
putruerunt = fœtent: causa et effectus.
corruptae sunt = sanie diffluunt; (b. Hieron. „tabuerunt"): genus pecies.

v. 7. **usque in finem**; i. e. valde (b. Hieron. „nimis"): ut etiam gata aliis in locis hebraicum עַד־מְאֹד (ad m'o'd) vertit.
dies = tempus; — **totus** = omnis; — hebr. כֹּל (kol) — *tota die* omni tempore.

v. 8. **illusionibus** (b. Hieron. „ignominia"). Sensus Vulgatæ est: ubi mei sunt ob debilitatem magnam — *obiectum illusionis*. Causa huius ilitatis nominatur in textu hebraico — „*inflammatio*". – Græcus LXX. uebat hebr. radici קָלָה (kalâ) notionem „vilipendendi" pro — „torrendi". dix illa utramque habet significationem: valet id quod קָלַל (kalal) = *vis fuit*" et etiam id quod arabicum „kalaja" = *torruit*.

v. 9. **a gemitu** = præ fremitu: — „**a**" = *præ*; hebr. מִן (min): vide 11. Rgl. 19.

v. 10. **a te non est absconditus** = te non latet.

v. 12. **adversum me** = in conspectu meo. Sensus est: „sodales mei iunt quidem, ast conspicientes me statim consistunt, quin me conso-tur"; confer psl. 22, 5. „adversus eos".
steterunt = consistunt (sie bleiben stehen).

v. 13. **vim faciebant**: est genericum pro speciali: „*laqueos ponunt*".

xandrinus sumit hic loci hebraicum נָקַשׁ (nakaš) significatione aramaica. — sus est idem.

quaerunt animam meam = appetunt vitam meam; vide psl. 34, 4
inquirebant = quærebant; vide psl. 33, 11. 15. Rgl. 5. pag. 16
vanitates = perniciosa, res perniciosas; nomen abstractum pro ad
iectivo; vide psl. 5, 10. Rgl. 18.

v. 15. **redargutiones** = contradictiones. — Latinum *„redarguo“* significat: „arguendo refello, — falsum esse doceo, — revinco, convinco“ compositum est ex *„re“* et *„arguo“* inserto „d“ hiatus vitandi causa u v. c. in „redamo“, „redeo“, „redigo“· „redoleo“ „redundo“ etc.

meus = mi; vide psl. 7, 2. idem v. 22.

v. 17. **commoveor** = moveor, nuto; vide psl. 15, 8. Rgl. 5. pag. 16
magna locuti sunt = fastuose loquuntur; vide psl. 34, 26.

v. 18. **in flagella**; scilicet quæ casum meum intendunt (b. Hieron „ad plagas“).

v. 19. **cogito** = sollicitus sum (= b. Hieron.); effectus et causa
pro peccato = ob peccatum. Hebr. præpos. מִן (min) causam indicat; vide versum 9.

v. 20. **vivunt** = valent; beate vivunt; vide psl. 21, 27.

v. 21. **detrahebant mihi** = adversantur mihi (= b. Hieron.).
bonitatem; i. e. bonum ordinem, genus pro specie.

v. 23. **intendo** = festino; vide psl. 5, 3.

add. **Domine Deus salutis meae**; — Vulgata (*non* LXX.) addit: „Deus“

PSALMUS 38. (hebr. 39.)

Exaudi me Domine!

Auctor et argumentum. — Auctor Psalmi huius — David — propo suit animo firmiter, providentiam divinam non carpere; et tamen quaepian duriora locutus est, videns prosperitatem improborum; inde renovat propositun suum et firmat se per reflexionem, quod vita hominis brevis sit; demum orat ut Deus ipsi in hac brevi vita laetam sortem impertiri dignetur.

Tempus. — De tempore et occasione exarationis nil certi dici potest

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem, ipsi Idithun, canticum David.	1. Præfecto musicæ — Iedituno; Psal mus Davidis.
2. Dixi: Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.	2. Statui mecum: „Custodiam via meas, ne peccem lingua mea
Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me.	obturabo os meum capistro, quamdiu manet improbus coram me.“

3. Obmutui, et humiliatus sum,
et silui a bonis: et dolor meus renovatus est.

4. Concaluit cor meum intra me,
et in meditatione mea exardescet ignis.

5. Locutus sum in lingua mea:
Notum fac mihi, Domine, finem meum,
et numerum dierum meorum, quis est: ut sciam, quid desit mihi.

6. Ecce mensurabiles posuisti dies meos: et substantia mea tanquam nihilum ante te.
Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens.

7. Verumtamen in imagine pertransit homo, sed et frustra conturbatur:
Thesaurizat: et ignorat, cui congregabit ea.

8. Et nunc, quæ est exspectatio mea? nonne Dominus? Et substantia mea apud te est.

9. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.

10. Obmutui, et non aperui os meum, quoniam tu fecisti:

11. amove a me plagas tuas.
A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominem.

12. Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius:

3. Altum tenui silentium,
silui non curans felicitatem (improbi),
sed passio mea graviter commota est.

4. Cor meum incaluit intra me,
in fervido animo meo exarsit ignis —
lingua mea prorupit in verba.

5. Indica mihi, o Domine, quisnam sit finis meus,
et quænam sit mensura dierum meorum!
permitte, quæso, ut sciam, quam caducus sim ego!

6. Ecce palmares fecisti dies meos,
et ævum meum instar nihili est coram Te,
nil nisi merus halitus est omnis homo, quamlibet firmiter stans (sela.)

7. Non nisi velut umbra incedit homo,
non nisi circa halitum strepunt;
coacervat, nec scit, quis ea recepturus sit.

8. Et nunc, in quo reponam spem, Domine mi?
spes mea directa est ad Te.

9. Libera me ab omnibus delictorum meorum pœnis!
nolli permittere, ut sim contumeliæ improbis!

10. Obmutesco, non aperio os meum;
Tu enim — Tu id permisisti!

11. Remove a me plagam Tuam,
castigante manu Tua ego consumor!

12. Si ob culpam hominem poenis castigas,
dissolvis, ut tinea, quod ipsi est carissimum;

verumtamen vane conturbatur omnis homo.	nil nisi halitus est omnis hom (sela.)
13. Exaudi orationem meam. Domine. et deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas. Ne sileas. quoniam advena ego sum apud te, et peregrinus, sicut omnes patres mei.	13. Audi preces meas, o Domine! et ausculta vociferationem mea noli surdus esse ad lacrymas mea nam peregrinus sum ego apud T advena. ut omnes patres mei!
14. Remitte mihi. ut refrigerer prius. quam abeam. et amplius non ero.	14. Respice a me et fac. ut exhilarer antequam abeam et esse desinam

In finem. i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4. 1.
ipsi — sic vertit Vulgata articulum græcum τῷ; confer psl. 15.
canticum; sic vertit Vulgata græcum ᾠδή; in textu hebraico est מִזְמוֹר (mizmor). quod Græcus LXX. in multis aliis locis vertit: ψαλμός, et Vulgata *„psalmus“*, v. c. 39, 40.; 37, 30.; etc.

Idithun = Iditun — erat Levita, præfectus musicæ, ordine tertius (Asaph I^{mus}. Heman II^{dus}. — I. Part. 16. 41. . . .; 25. 1. . . .)

v. 2. **dixi** = statui mecum.
in lingua = linguā: *„in“* est instrumentale; vide psl. 2. 9. Rgl.
posui ori meo custodiam = obturabo os meum capistro; (b. Hieron. „custodiam os meum silentio“). Sensus manet idem: *„non loquar“*.
pono = do. — **custodia** = capistrum; genus pro specie.
consisto = sto; vide Rgl. 5. pag. 16.
cum = quamdiu; (b. Hieron. „donec“).
adversum me = coram me: *cum consisteret peccator adversum* = quamdiu manet. stat impius coram me; confer psl. 37, 12.

v. 3. **obmutui et humiliatus sum** = altum silui silentium; (b. Hieron. „obmutui silentio“). — Sensus Vulgatæ est: „supprimens iræ, indignationis affectum, humiliavi me. Sensus est idem, ut in textu masoretico
silui a bonis: i. e. cessavi curare bona = silui de bonis — i. e. de felicitate (improbi). — *sileo ab aliqua re* = sileo avertens me a re, = sileo non curans rem. tranquillus sum respectu rei; vide psl. 27, 1.
dolor; pro: passio; effectus pro causa.
renovatus est: i. e. de novo commotus est, vel prorupit.

v. 4. **in meditatione mea exardescet ignis** = in animo meo fervide meditante = cum meditarer. exarsit ignis.

v. 5. **locutus sum in lingua mea** = linguā mea = lingua mea prorupit in verba. Hæc verba trahit Vulgata ad versum 5^{tum}; vide Rgl.
quid desit mihi: scilicet usque ad finem; seu: quam caducus sim. *Quid* = quam; vide psl. 3, 2.

v. 6. **mensurabiles** = perbreves; (b. Hieron. „breves“) seu palmares: — *palma* erat mensura planimetrica = 4 digiti.
pono = facio; vide psl. 11, 6.
substantia mea; i. e. substantia seu mensura annorum meorum = subsistentia = ævum meum (b. Hieron. „vita mea“). —

"

verumtamen = profecto: idem v. 7.: confer psl. 65. 5.: 72. 18. etc.: **universa** (LXX. τὰ σύμπαντα) **vanitas**: i. e. universa sunt vana = homo nihil est — nisi vanitas, seu halitus. — Hebr. הֶבֶל (hebel) — haest imago caducitatis; confer psl. 30. 7.

vivens = quamlibet vivens = firmiter stans: (b. Hieron. „subsistens".)

v. 7. **in imagine** = velut imago, seu umbra: hebr. בְּ (b') Vulgata: = sicut, tamquam. (Alt.: „als ein Schattenbild".)

pertransiit: compositum pro: incedit, ambulat: vide Rgl. 5. pag. 16.

frustra conturbatur = absque effectu turbatur: textus masoret.: „circa halitum strepunt". — Sensus est idem: effectus — *contur-* — pro causa, quæ est — *strepitus.*

conturbor = turbor: vide Rgl. 5. pag. 16.

v. 8. **substantia mea**: i. e. omnis facultas mea, omne posse meum. — st in comparatione tecum: inde in te spem repono: — apud te est amentum seu substantia spei meæ = spes mea directa est ad te. — ieron. „Domine, præstolatio mea tu es". — *Præstolatio* = spes, exatio; vide Iob. 17, 15.; Prov. 11, 23.; 23, 18.

v. 9. **iniquitates** = pœnæ iniquitatum, delictorum: vide psl. 37. 5.

opprobrium insipienti dedisti me = permisisti enim, ut sim conelia improbis. Sensus est idem etiam secundum textum masoreticum: *i permittere, ut sim contumelia improbis*": (b. Hieron. „opprobrium o ne ponas me"). Vulgata iuxta Græc. LXX. *omisit exprimere negati-* omis. s in II^do hemistichio versus 9^ni.

insipiens = stultus, impius, improbus: vide psl. 13. 1.

dare aliquem aliquid = facere, permittere, ut sit aliquis aliquid.

v. 10. **fecisti**: scilicet id. Obiectum facile supplendum in hebraica ia sæpe omittitur: vide psl. 20. 5. Rgl. 41. — *facio* = permitto, ut uid fiat.

v. 12. **deficio** = consumor; (= b. Hieron.).

a fortitudine manus tuae. i. e. ob manum tuam graviter mihi inbentem, — seu, ut textus masoreticus dicit: „castigante manu tua". ldæus vertit: „a percussione potentiæ manus tuæ ego consumptus sum".

Hoc hemistichium trahit Vulgata ad v. 12^mum ita, ut v. 11. consistat nis verbis tantum: *„amove a me plagas tuas"*: vide Rgl. 6. pag. 16.

iniquitas = culpa: **increpationes** = pœnæ: **corripio** = castigo.

„in" est instrumentale: vide psl. 2. 9. Rgl. 7.

et tabescere fecisti sicut aranеam animam eius. i. e. tu facis, var. vita hominis tabescat, seu dispareat sicut — aranea. —

Latinum *„aranea"* non denotat tantum illud notum animal (Spinne, ouk) sed etiam *texturam, telam* eius (Spinnengewebe, pavučina). Ovid. am. 4. 178.: Luc. 4, 728.: Plin. 24. 9. 37. Idem valet etiam de græco ρν, quo Alexandrinus utitur.[1])

Textus masoreticus habet: *„Dissolvis ut tinea* (Motte, mol), *quod ipsi carissimum"*; = b. Hieron.: „Posuisti quasi tineam desiderabilia eius". ısus manet idem non obstante imagine diversa, et sonat: *„Duratio vitæ æ terrestris unice pendet a voluntate tua"*.

tabescere facio = dissolvo.

animam i. e. vitam: Vulgata iuxta LXX. exprimit hac voce sensum soretici „carissimum".

[1]) Deutsch-griechisches Wörterbuch von Dr. Valent. Rost Göttingen 1825.

verumtamen vane conturbatur omnis homo: Sensus est: Utique absque effectu fatigat se quisque homo — contra potentiam tuam.

Secundum textum masoreticum: *„nil, nisi halitus est omnis homo“* — B. Hieron. „verumtamen vanitas omnis homo“. — Sensus manet idem, licet alia imago est in Vulgata et alia in textu hebraico. — Sensus utrimque est: *„Homo nihilum est in comparatione cum potentia divina“.*

verumtamen = utique, profecto: vide v. 6. 7.

conturbor = fatigo me. — **vane** = absque effectu.

v. 14. **remitte mihi**: scilicet poenam obiectum notum: vide v. 10. hoc fit, si Deus a supplici respicit, i. e. supplicem castigare cessat: ut habet textus masoreticus. — B. Hieron. vertit: „parce mihi“, — sensu eodem.

non sum amplius = desino esse, subsistere ut vertit b. Hieron.

Nota. Hebr. *sela* (vide psl. 3. 3.) post v. 6. et 12. Vulgata latina non vertit: LXX. habet διάψαλμα. b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 39. (hebr. 40.)

Gratiarum actio et supplicatio cultoris Domini.

Auctor et argumentum. — Regius psaltes, — David, — ex magnis periculis liberatus, gratias agit Deo (1.—11.), et rursus in discrimine versans auxilium divinum implorat (v. 12.—18.).

Versus 7—10. allegantur in epistola ad Hebraeos (10, 5.—8.) de Iesu. Literaliter spectant verba psalmi Davidem, et mediate ad Christum Dominum diriguntur.

Secundum Deut. 17, 18.—20. tradendum erat regi neoëlecto exemplar „Legis“ in volumine descriptum a sacerdotibus leviticis, ut habeat illud apud se et legat illud omnibus diebus vitae suae, ut discat timere Dominum Deum suum et custodire praecepta in eo contenta; ne elevetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram vel sinistram, ut longo tempore regnet ipse, et filii eius super Israël. —

Haec pii regis Davidis dispositio — omnia ad amussim exsequendi, erat typus illius devotionis, qua Salvator divinus munus suum incoepit et consummavit, factus oboediens usque ad mortem crucis, quae finem imposuit sacrificiis cruentis Veteris Foederis.

Quod attinet lectionem Vulgatae in v. 7ᵐᵒ „aures autem perfecisti mihi“, haec cum textu hebraico concordat. —

Graecus LXX. autem hanc dictionem vertit: „σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι“ B. Paulus allegat lectionem LXX., inde Vulgata in Epistola ad Hebraeos 10, 5 vertit: „corpus autem aptasti mihi“.

In re non est differentia; perforatione enim auris aptatum est ex Lege corpus ad servitutem perpetuam. Pro parte ponitur totum — per synekdochen pro signo, ritu ponitur — scopus, effectus.

quomodo varia haec lectio orta sit, nescio. Poterit autem facile ex — ωτια ωτιν — σωμα, quia praecedens vox ηθελησας finitur σ — Vulgatus legit in suo graeco codice — ωτια, inde vertit: — aures. — Etiam Nobilius invenit in uno codice LXX — ωτια (vide ... ad hunc versum). — Absque dubio inveniebatur utraque lectio — ωτια — σωμα. — Quia autem S. Paulus citat σωμα, evasit serius lectio ωτια — rarior atque rarior.

Est autem sensus illius frasis — „aures perforasti mihi“: „Totus Tibi possum servire; Tu optatis meis respondisti.“

Si nempe servus hebraeus vel serva domino suo perpetuo servire volebat, dominus id coram iudice acceptabat; hoc facto, lobum auris servi (vel servae) filius ad postem ianuae suae perforabat — servum vel servam domui ligabat — in signum perpetuae servitutis (Exod. 21, 5. 6. Deut. 15, 16. 17). — Hoc ritu aptatum est corpus servi ad servitutem perpetuam; inde nascitur tropica significatio frasis illius.

Tempus. — De tempore exarationis nil certi statui potest.

Nota. In finem notae interpretationis ponas lector in v. 15. 16 loco temporis praesentis — futurum et respicias simul illud — ad ... pag. 11.

Textus Vulgatæ.

finem. Psalmus ipsi David.

Exspectans exspectavi Dominum, et intendit mihi.

Et exaudivit preces meas, et eduxit me de lacu miseriae, et de luto faecis.

Et statuit super petram pedes meos, et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro.

Videbunt multi et timebunt, et sperabunt in Domino.

Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, et non respexit in vanitates et insanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus, mirabilia tua: et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Versio textus hebraici

1. Praefecto musices: — Psalmus Davidis.
2. Firma fiducia speravi in Domino, et inclinavit se ad me, et exaudivit deprecationem meam.
3. Et extraxit me ex fovea vasta, **e coeno luteo**, et statuit pedes meos in rupe, gressusque meos stabilivit.
4. Et dedit in os meum canticum novum, hymnum in honorem Dei nostri. Attendant multi ad eam et timeant, et fiduciam collocent in Domino!
5. **B**eatus homo, qui fiduciam suam collocat in Domino, nec respicit ad fastuosos et ad illos, **qui perfide declinant.**
6. Plurima sunt, quae Tu, Domine, Deus mi, fecisti! miracula Tua et consilia in commodum nostrum, Tibi nihil est comparandum.

Annuntiavi et locutus sum: multiplicati sunt super numerum.

7. Sacrificium et oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum et pro peccato non postulasti:

8. tunc dixi: Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me.

9. ut facerem voluntatem tuam: Deus meus. volui, et legem tuam in medio cordis mei.

10. Annuntiavi iustitiam tuam in ecclesia magna: ecce, labia mea non prohibebo: Domine, tu scisti.

11. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam, et veritatem tuam a concilio multo.

12. Tu autem, Domine, ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.

13. Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui, ut viderem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: et cor meum dereliquit me.

14. Complaceat tibi, Domine, ut eruas me: Domine, ad adiuvandum me respice.

Si velim ea indicare et eloqui, plura sunt, quam ut enarrem.

7. Sacrificiis cruentis et incruent
non delectaris.
aures mihi perfodisti:
holocaustum et victimam pro pe
cato non postulas.

8. Tum dixi: Ecce venio
cum volumine libri, in quo scriptu
est de me:

9. „Desidero facere voluntatem Tuam
Deus mi.
nam lex Tua recondita est in in
timis meis".

10. Nuntio iustitiam in cœtu magno.
ecce non contineo labia mea;
Domine, Tu nosti!

11. Iustitiam Tuam non celo in cor
meo.
fidem Tuam et auxilium Tuum pra
dico.
non occulto gratiam Tuam et fide
Tuam cœtui magno.

12. Ne retineas, o Domine, misericor
diam Tuam a me!
gratia Tua et fides custodiant me
continuo!

13. Nam circumdant me mala innu
mera.
attingunt me delictorum meorum
pœnæ.
nec possum oculis complecti eas
numerosiores sunt, quam capilli ca
pitis mei: —
Et cor meum deserit me.

14. Placeat Tibi, o Domine, liberare
me!
Domine, festina ad auxilium meum

15 [illegible] et revereantur simul qui quaerunt animam meam ut auferant eam.

Convertantur retrorsum et revereantur qui volunt mihi mala.

16 Ferant confestim confusionem suam qui dicunt mihi: Euge, euge.

17 Exsultent et laetentur super te omnes quaerentes te, et dicant semper: Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

18 Ego autem mendicus sum et pauper: Dominus sollicitus est mei.

Adiutor meus et protector meus tu es: Deus meus, ne tardaveris.

15. Pudore afficiantur et erubescant [illegible] qui appetunt vitam meam ut auferant eam!

[illegible]

16. Obstupescant propter ignominiam suam, qui dicunt ad me: Eia! eia!

17. Exultent et laetentur de Te omnes, qui quaerunt Te; semper dicant „Magnificetur Dominus" ii qui desiderant auxilium a Te!

18. Mihi vero, licet sim afflictus et pauper, Dominus providebit.

Auxilium meum et liberator meus es Tu, Deus mi, ne moreris!

In finem: [illegible]

psalmus ipsi David = [illegible]

v. 1. **exspectans exspectavi** = [illegible]

Regula 53. [illegible]

[illegible]

intendit mihi [illegible]

Partem hemistichii 2° trahit Vulgata ad v. [illegible]: vide Rgl. 6.

v. 3. **de lacu miseriae** (b. Hieron.: „de lacu sonitus") = ex fo[illegible] vasta: hebr. שָׁאוֹן (šaʿ'n) = pernicies (Vulgata: „miseria").

de luto faecis (b. Hieron. „de luto coeni") = e coeno luteo: vi[illegible] psl. 4, 2. Rgl. 11.

direxit = rectos fecit = „machte daß aufrecht stehen" = stabili[illegible] vide psl. 7, 10.

v. 4. **Deo nostro** = in honorem Dei nostri: — Dativus comm[illegible]

var. v. 5. **cuius est nomen Domini spes eius** = cuius spes est nom[illegible] Domini = qui fiduciam collocat in Domino: pronomen „*eius*" redund[illegible] vide psl. 18, 4. Rgl. 38. — Alexandrinus legit impunctatum שם — „*sem*" i. e. *nomen*, loco masoretici „*sam*" i. e. posuit, collocavit.

v. 5. **vanitates et insaniae falsae** — sunt complexus omnium m[illegible]diorum inanium, quibus fastuosi et perfidi contra Deum utuntur. —

vanitates abstractum pro concreto: „vani, fastuosi": vide psl. 16. [illegible] Rgl. 30.; idem valet de sequenti:

insaniae falsae: i. e. insani, falsi, perfidi: (b. Hieron.: „et non [illegible] aversus ad superbias pompasque mendacii").

v. 6. **meus** = mi; vide psl. 7, 2.

annuntio = indico (b. Hieron. „narro").

loquor = eloquor.

multiplicati sunt pro: „multiplicatae sunt" — refertur ad „*cogita*[illegible]*tiones*" i. e. consilia Dei quoad salutem hominum. Graecus LXX. hab[illegible] διαλογισμοι: b. Hieron. „cogitationes pro nobis".

omis. Vulgata *omisit* iuxta Graec. LXX. „*pro nobis*" = in commodum nostru[illegible]

v. 7. **noluisti** i. e. non delectaris: vide „*velle*" „*nolle*" psl. 1. 2.

sacrificium i. e. cruentum (b. Hieron. „victima").

oblatio = sacrificium incruentum.

perfecisti i. e. perfodisti. — *perficio* = perfodio: „*facio*" est gen[illegible] „*fodio*" species. — Praepositio „*per*" notat continuationem actionis a pri[illegible]cipio ad finem. — complementum eius: confer v. c. *peragere*.

De sensu phrasis: „aures perfecisti seu perfodisti mihi". vide di[illegible] de argumento psalmi huius.

pro peccato; scilicet hostiam.

v. 8. **in capite libri**: i. e. in volumine libri (= b. Hieron.)

κεφαλίς, -ίδος, capitellum, caput, vocantur — extremitates perticae, ci[illegible] quam folia voluminis convoluta erant: dein volumen seu liber ipse.

venio in capite libri = venio *cum libro*, affero librum: vide p[illegible] 20, 4. Rgl. 40.

scriptum est de me = *in quo* scriptum est de me.

Rgl. 54. **Regula 54.** *Relativum pronomen in hebraica lingua saepe omittitur.*

v. 9. *Ordo naturalis est*: Deus meus, volui, ut facerem voluntatem tu[illegible] et legem tuam in medio cordis mei: scilicet — habeo: vide Rgl. 6. pag. [illegible]

in medio cordis mei = in intimis meis.

volui ut facerem = desidero facere.

v. 10. **ecclesia**: graecismus = coetus: vide psl. 21. 23.

labia non prohibeo = labia non contineo.

veritas = fidelitas, fides: idem in v. 12.: vide psl. 24. 10.

salutare = auxilium: vide psl. 9. 16. — **dico** = praedico.

v. 11. **veritatem tuam et salutare tuum dixi** i. e. fidelitatem tuam auxilium tuum prædico.
misericordiam = gratiam: idem in v. 12.: vide psl. 5, 8.
a concilio multo = concilio, cetui magno. — De „concilio" vide psl. 5. 4. „*multus* et *magnus*" in hebraico eadem voce designatur: vide psl. 8.
v. 12. **suscipio** = tueor, protego: vide psl. 3, 6.
v. 13. **iniquitates** i. e. iniquitatum, delictorum poenae: vide psl. 37. 5.
non potui, ut viderem = non possum oculis complecti *eas*. — Quum, si facile intelligitur, saepe omittitur: vide psl. 20. 5. Rgl. 41.
multiplicatae sunt super capillos: est hebraismus = numerosissimi, quam capilli . . . . .: de Comparativo vide psl. 4. 7. 8.
v. 14. **ad adiuvandum me respice** = festina ad auxilium meum: (Hieron. „ad adiuvandum me festina").
v. 15. **confundantur** = spe frustrentur: vide psl. 24. 2.
revereantur = contumelia afficiantur, erubescant: vide psl. 34. 4.
quaerunt animam meam i. e. appetunt vitam meam: vide psl. 34. 4.
convertantur retrorsum = cedant retro.
v. 16. **ferant confusionem suam** = obstupescant propter ignominiam suam. — (b. Hieron. „pereant post confusionem suam").
confusio = ignominia; vide psl. 24. 2. 3.
super te (psl. 69. 5. = *in te*.) = *de te*. — Hebr. בְּ (b) post verba dicendi: vide psl. 9. 16.
v. 17. **qui diligunt salutare tuum** = qui flagrant desiderio auxilii = qui desiderant auxilium a te.
v. 18. **ego autem mendicus sum et pauper: Dominus sollicitus est mei** = mei autem, licet sim pauper, sollicitus est Dominus. — De Dominativo absoluto vide psl. 10. 4. Rgl. 29.
mendicus afflictus: (psl. 69. 6.: „egenus") vide psl. 9. 10.
adiutor: concretum pro abstracto: „auxilium". —
meus = mi: vide psl. 7, 2.

PSALMUS 40. (hebr. 41.)

Beati misericordes.

Auctor et argumentum. — Auctor huius psalmi typice messiani — ...d — gravi morbo correptus, beatos praedicat eos, qui curam gerunt ...orum (v. 2—4.). Quum vero non tantum inimici Davidis, sed etiam ...liaris amicus quidam perfide mortem aegroti regis avide exspectat: im...t psaltes auxilium divinum, ut sanitati restitutus, possit vi officii sui ...dum Legem punire eos, qui tali seditiosa agendi ratione salutem regni ...nt: — denique firmiter sperat Jehovae auxilium et gratiam respectu ...atis recuperandae et felicitatis aeternae (v. 5—13.). —

Tempus. — Quia sacra Scriptura de morbo gravi, quo psaltes se co reptum esse dicit, nil refert, nil certi de tempore exarationis statui potest. Videtur autem morbo mortifero correptus fuisse tempore seditionis Absoloniticae.

Verba versus 10mi allegat Dominus noster in ultima coena secund textum originalem: „ut adimpleretur scriptura: „Qui manducat mecum panem levabit contra me calcaneum suum.“ (Joan. 13. 18); et ulterius: „unus ex vobis tradet me;“ — et ad quaestionem Joannis, quis ille proditor sit, re spondit (v. 25—26.): „Ille est, cui ego intinctum panem porrexero Et cum intinxisset panem, dedit Judae Simonis Iscariotae.“ —

Huc referuntur etiam verba b. Petri apostoli (Act. 1, 16.): „Viri fratres oportet impleri scripturam, quam praedixit Spiritus sanctus per os David Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jesum.“ — Quae ergo Dav expertus est ex parte perfidi amici sui, mediate diriguntur ad Christu Dominum, — a Juda proditum.

Nota. — Versus 14tus est doxologia, qua I. liber psalmorum claditur adeoque non est pars psalmi.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. In finem, Psalmus ipsi David.	1. Præfecto musicæ; — Psalmus D vidis.
2. Beatus, qui intelligit super egenum, et pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.	2. Beatus, qui rationem habet egen die adverso liberabit eum Dominu
3. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra: et non tradat eum in animam inimicorum eius.	3. Dominus custodiet eum et vivu conservabit eum, felix celebrabitur in terra, et Tu non trades eum furori host um eius.
4. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: universum stratum eius versasti in infirmitate eius.	4. Dominus suffulciet eum in lect ægritudinis, Tu vertes omne stratum eius, infirmatur.
5. Ego dixi: Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi.	5. Ego dico, o Domine, miserere mei sana animam meam, nam pecca in Te!
6. Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur, et peribit nomen eius?	6. Hostes mei malum loquuntur de me „Quando morietur, et quando inter ibit nomen eius.“
7. Et si ingrediebatur, ut videret, vana loquebatur: cor eius congregavit iniquitatem sibi. Egredebatur foras et loquebatur	7. Et si quis venit visurus me, loqui tur dolose, cor eius colligit sibi maligna; egressus foras ea divulgat.

idipsum.
Adversum me susurrabant
nnes inimici mei: adversum
e cogitabant mala mihi.
erbum iniquum constituent adversum me: numquid
ui dormit, non adiiciet, ut
ssurgat?
tenim homo pacis meæ, in
uo speravi, qui edebat pas meos, magnificavit super
e supplantationem.
u autem, Domine, miserere
ei, et resuscita me: et reribuam eis.
n hoc cognovi, quoniam voisti me: quoniam non gauebit inimicus meus super me.
le autem propter innocentiam
uscepisti: et confirmasti me
n conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Isael a sæculo, et usque in
æculum: fiat, fiat.

8. **S**tatim susurrant de me omnes osores mei,
malum de me excogitant:

9. „Exitiosum quid effusum est in eo,
et quoniam decumbit, non amplius
surget."

10. Quin imo amicus meus, cui confisus
eram,
et qui comedebat panem mecum,
effert contra me calcem.

11. **T**u ergo, Domine, miserere mei et
fac, ut assurgam,
ut rependam istis!

12. In hoc cognoscam, Te mihi favere,
quod exultare nequit de me inimicus meus.

13. Et quod me attinet, eo quod integre vivo, me servabis,
et in sempiternum me coram Te
collocabis.

14. Laudetur Dominus, Deus Israelis,
a sæculo usque in sæculum.
Amen, Amen.

In finem; i. e. ad liturgiam sacram = Præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
Psalmus ipsi David = psalmus Davidis; vide psl. 15, 1.
v. 2. **intelligo super egenum** = intelligo, attendo, rationem, curam
o egeni; vide psl. 5, 2.
Vulgata addit „**et pauperem**"; b. Hieron. hoc addit. non habet. add.
in die mala = die adverso; „*in*" de tempore vide psl. 19, 2. Rgl. 39.
v. 3. **non tradet in animam** = non tradet eum furori, Aff.: „in
Willen". — In hebraico est: „*non trades*" sensu eodem.
anima = furor; vide psl. 9^2, 3.
v. 6. **mala mihi** = mala de me; etiam in v. 8.; vide psl. 3, 3. Rgl. 9.
v. 7. **vana loquebatur** = loquitur dolose; Accusativus adverbialis:
psl. 11, 3. Rgl. 31.; de „*vano*" vide psl. 11, 3.; 5, 10.
iniquitatem = maligna, iniqua; vide psl. 5, 10. Rgl. 18.
loquebatur = divulgat *ea*. Obiectum omissum. vide psl. 20, 5. Rgl. 41.
v. 8. **in idipsum** = statim; vide psl. 4, 9. Vulgata iuxta LXX. trahit
vocem ad versum 7^{mum}; vide Rgl. 6. pag. 16.
adversum me = de me.
v. 9. **„verbum iniquum constituerunt adversum me"**; i. e. mafalse de me loquuntur: „Numquid iterum surget, quoniam decumbit"
Non amplius surget; mox morietur.

Vulgata vertit iuxta Græc. LXX.: „**numquid, qui dormit, non adiiciet, ut resurgat**“? — Quando Græcus interrogans utitur μή cum indicativo; exspectat responsum *negativum*. — Ut tale responsum *negativum* in sermone latino exspectari possit, *omittendum* est in latina Vulgata istud „*non*“; ita, ut versio sonet: „*numquid, qui dormit, adiiciet, ut resurgat*“ i. e. non resurget amplius. Inde b. Hieron. genio latinæ linguæ convenienter vertit: „qui dormivit, non addet, ut resurgat“, i. e. non amplius resurget. — Verbum „*adiicio, addo*“ est verbum auxiliare, quo *iteratio* exprimitur; vide psl. 6, 11. Rgl. 20.

verbum iniquum = exitiosum quid; hebr. דָּבָר (dabar) significat *verbum, res, negotium, causa sensu forensi, — aliquid*. Vulgata ipsa vertit „res“; qualis ista res hic loci sit, indicatur attributo subordinato „*beliaal*“ = „pernicies, exitium“ (vide psl. 17, 5.); ergo *res perniciosa*, seu *exitiosum quid*; (vide psl. 4, 2. Rgl. 11.).

var. **constituerunt adversum me**; textus masoreticus habet: „effusum est in eo“; Græcus LXX. loco radicis: יָצַק (jacak), i. e. fudit. effudit legit fors. יָצַר (jacar), i. e. formavit, animo formavit, excogitavit; — per mutatum est ergo ק (kof) cum ר (reš.). Pro בּוֹ (bo) legit בִּי, permutato י (joď) cum ו (vau), quod facillime fieri potest. —

Non obstante variante sensus est idem; nam textus masoreticus indicat tantum, quæ *res in specie* maligne et false de eo divulgetur, — nempe: „morbus eius est insanabilis“. —

dormit; decumbit; confer psl. 67, 14.

v. 10. **etenim** = quin imo, ja auch, ba i; confer psl. 64, 14. 138, 10.

homo pacis meae = amicus meus familiaris; vide psl. 4, 9. et 5, 7. Rgl. 15.

magnificavit super me supplantationem = effert contra me calcem (b. Hieron. „levavit contra me plantam“). Sensus est idem. — Novum Testamentum Ioan. 13, 18. citat iuxta textum hebraicum; habet enim: „πτέρναν“; inde Vulgata vertit „*calcaneum*“; hic autem habet Græc. LXX. „πτερνισμόν“, Vulgata „*supplantationem*“.

Citans Dominus noster hunc locum, utitur verbo „ἐπῆρεν“ (Vulgata „levabit“), quo explicatur simul „ἐμεγάλυνεν“ — Vulgata: „*magnificavit*“; — **magnifico** est ergo idem, quod „*elevo, effero*“.

supplantatio = dolus, perfidia; Ull.: „Hinterliſt“; abstractum pro concreto — „*calx*, calcaneus“.

Latinum „*supplanto*“ significat:

1. pede supposito deiicio; Jemandem ein Bein ſtellen, ihm das Bein unterſchlagen; někomu nohy nastaviti — nohy podraziti.

2. fallo, everto, supprimo; confer Gen. 27, 36. „supplantavit me en altera vice“; Ull.: „er hat mich hintergangen . . .“

Supplantatio — (hic loci et Prov. 11, 3. tantum) pertinet inter nomina abstracta — a supino formata, quorum numerus in Vulgata est permagnus; *magnificavit supplantationem* denotat: omni studio me subvertere, supprimere studet. —

Græco: „πτέρνα“ denotatur: *calx pedis*; metaforice: *dolus, insidiæ*; verbum: „πτερνίζω“ significat: supplanto, decipio; metafora ducitur ab illis, qui cursu certant et calce supplantare conantur eos, qui simul currunt. (Suidæ lexicon græce et latine; Cantabrigiæ 1705.)

„

v. 11. **tu autem** = Tu ergo; vide Rgl. 3. pag. 16.
ut rependam istis; non cogitandum est de *privata* vindicta, nam vi officii sui tenetur secundum Legem seditiosos punire, quia salutem felicitatem regni turbant.
v. 12. **voluisti me** = faves mihi; delectaris me; de „*volo*“ vide 1, 2.
v. 13. **me autem propter innocentiam meam suscepisti** = et me attinet, eo quod innocenter vel integre vivo, me servabis; de inativo absoluto vide psl. 10, 4. Rgl. 29.
suscipio = protego, servo; (b. Hieron. „adiuvo“); vide psl. 3. 6.
confirmo = colloco, firmiter colloco. (b. Hieron. „statuo“).
v. 14. **benedictus**; scilicet sit = laudetur; vide Rgl. 2. pag. 16., nec psl. 21, 14. Rgl. 42.

LIBER SECUNDUS.

(Psl. 41—71. — hebr. 42—72.)

PSALMUS 41. (hebr 42.)

Fervens desiderium visitandi templum Domini.

Argumentum. — Psalmus hic et proxime sequens — unicum constituunt canticum, ut jam Eusebius vidit. — Patet hoc ex eodem argumento, eadem structura et ex sententia recurrente: „Quare tristis es anima mea et quare conturbas me. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei, et Deus meus;“ v. 6, 12. et psalmi sequentis v. 5.

Vates sacer ardentissimo flagrat desiderio sacrorum, (v. 2.—6.), delineat ludibrium et afflictionem intollerabilem ex parte adversariorum (v. 7.—12.) et dein enixe rogat pro liberatione ab hostibus, et pro reditu ad templum.—

Auctor et tempus. — Juxta inscriptionem „carmen Corachitarum“ exaravit Corachita quidam canticum hoc elegantissimum, nomine Davidis, quum hicce profugus a rebelle Absalone usque ad radices Antilibani secessisset et ita procul a sanctuario degeret, ut ex v. 7.mo colligitur: „recondor Tui de terra Jordanis et Hermonis ad montem Mizar.“ Artificiosior etiam carminis dispositio inscriptionem probat.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem, intellectus filiis Core.	1. Præfecto musicæ; — Carmen Corachitarum.
2. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.	2. Quemadmodum cerva desiderat rivos aquarum, sic desiderat anima mea Te, o Deus.
3. Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam et apparebo ante faciem Dei?	3. Sitit anima mea Deum, Deum vivum. quando demum revertar et comparebo coram facie Dei?
4. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?	4. Lacrymæ meæ sunt mihi cibus die noctuque, quoniam quotidie mihi dicunt: „Ubinam est Deus tuus“?

Hæc recordatus sum, et effudi
in me animam meam: quoniam
transibo in locum tabernaculi
admirabilis, usque ad domum
Dei: in voce exultationis, et
confessionis, sonus epulantis.

Quare tristis es, anima mea?
et quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniam ad-
huc confitebor illi: salutare
vultus mei,
et Deus meus.

Ad me ipsum anima mea
conturbata est: propterea
memor ero tui de terra Jor-
danis, et Hermoniim a monte
modico.

Abyssus abyssum invocat in
voce cataractarum tuarum.
Omnia excelsa tua, et fluctus
tui super me transierunt.

In die mandavit Dominus mi-
sericordiam suam: et nocte
canticum ejus.
Apud me oratio Deo vitæ
meæ.

Dicam Deo: Susceptor meus
es: quare oblitus es mei? et
quare contristatus incedo,
dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea.
exprobraverunt mihi. qui tri-
bulant me inimici mei:
dum dicunt mihi per singu-
los dies: Ubi est Deus tuus?

Quare tristis es, anima mea?
et quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc
confitebor illi: salutare vultus
mei. et Deus meus.

5. Illud reminiscor et effundo animam
meam in me,
quod incedebam in densa turba,
ducens eos ad domum Dei
cum voce jubili et gratiarum actio-
nis — erat enim turba festum agens!

6. Quare tristis es anima mea et quare
infremis in me?
Spera in Deum, nam iterum cele-
brabo Eum,
certissimum auxilium meum et De-
um meum.

7. In me ipso contristatur anima mea,
propterea, quod recordor Tui
de terra Jordanis et Hermonis ad
montem Mic'ar.

8. Fluctus fluctum advocat perstrepen-
tibus cataractis Tuis.
omnes fluctus Tui et undæ Tuæ in
me irruunt.

9. Interdiu demandabit mihi Dominus
gratiam suam,
et noctu resonabit apud me hymnus
— precatio ad Deum vitæ meæ.

10. Dico Deo, petræ meæ: Quare obli-
visceris mei?
Cur lugens ingredior opprimente me
hoste?

11. Ossa mea confringuntur, dum con-
viciantur me adversarii mei
dicentes ad me quotidie: „Ubinam
est Deus tuus“?

12. Quare tristis es anima mea et quare
infremis in me?
Spera in Deum, nam iterum cele-
brabo Eum,
certissimum auxilium meum et De-
um meum.

in finem i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4. 1
intellectus = carmen; de „maskil" vide psl. 31, 1.
Filiis Core; i. e. Corachitarum; — *„filii Core"* — est hebraismus secundum quem omnes posteri dicuntur: *„filii"*; v. c. filii Israël = Israelitæ; hic loci ergo — Corachitæ.

Lamed directionis, quod auctorem significat, Græcus LXX. exprimit *Dativo* „τοῖς υἱοῖς κορέ" sicut „τῷ Δαυίδ," unde Vulgata etiam Dativum habet „ipsi David"; vide psl. 15, 1.

Hebr. nomen קֹרַח (korach) vertit LXX. — „κορέ" et Vulgata „*Core*". Litera gutturalis ח (ch) est aliquid fortior, quam ה (h); æqualis est geminato „h" = „hh"; unde etiam ח et ה sæpe permutantur.

Cum hoc hebraico ח *non est* confundendum græcum „χ"; hoc enim sonat — *„kh"*; inde etiam græca nomina in linguam bohemicam traducta pro græco „χ" exhibent „*h*" v. c. χριστος = *K*ristus, χρυσοστομος = *Kr*ysostom etc.

Quia ergo linguae græcæ deest litera gutturalis eiusdem valoris, ut hebraici ח; exprimit LXX. et Novum Testamentum hebraicum ח varie modo, et quidem:

1. nonnunquam *spiritu leni*; v. c. חַנָּה (channâ) = Ἄννα; — חַוָּה (chavvâ) Εὔα; חַלְפִּי (chalfi) = Ἁλφαῖος (Matth. 10, 3.; et hoc idem est quod — Κλεωπᾶς (Ioan. 19, 25.), ut infra sub 4. notatur.

2. in fine cum pattach furtivo —

a) vel litera „ε"; v. c. נֹחַ (noach) = Νῶε; vel

b) *terminatione græca*; v. c. מַשִּׁיחַ (mašiach) = Μεσσίας;

3. nonnunquam litera „χ"; v. c. חָם (cham) = χάμ; חָרָן (charan) = χαρράν.

4. litera „*k*" v. c. פֶּסַח (fesach = Φασεκ; — חֲלַח (ch^{a}lach) = Καλαχήνη; — חַלְפִּי (chalfi) = Κλεωπᾶς (Ioan. 19, 25.) = Ἁλφαῖος (Matth. 10, 3. ut supra ad 1. dictum est.

Latina Vulgata hebraicum ח vel:

1. *non* exprimit, imprimis ab *initio* vocis et in *media* voce; v. c. חַנָּה (channâ) = Anna; חַוָּה (chavvâ) = Eva; חֲנוֹךְ (ch^{a}nok) = Enoch; יִצְחָק (jicchak) = Isaak; — נֶפְתֻּחִים (neftuchim) = Neptuim.

2. In *fine* ponit plerumque „*e*"; v. c. נֹחַ (noach) = Noë; — קֹרַח (Korach) = *Core*.

3. alias — plerumque „*h*"; v. c. גִּיחוֹן (Gichon) = Gehon — חֵת (Chet = Het; — חֲוִילָה (Ch^{a}vila) = Hevilat; חִירֹם (chirom) = Hiram.

4. *raro* tantum „*ch*"; v. c. חָם (Cham) = Cham; — אֶלְחָנָן (elchanan) = Elchanan.

Corachitæ sunt posteri illius Corachi (pronepotis Levi, nepotis Cahati), quem terra devoravit. (Num. 16, 32.) — Filii eius autem, quia innocentes erant, non perierunt. (Num. 26, 11.).

Corachitæ erant devotissimi asseclæ Davidis (I. Par. 12, 6.). — *Heman*, unus præfectorum chori, erat Corachita (I. Par. 6, 18. 23.). — Filii eius

4 — erant præter 4 filios Asaf et 6 filios Ethanis — præfecti illarum classium musicorum. Etiam tempore Iosafati adducuntur Corachitæ ceu ores et musici. (II. Par. 20, 19.).

Corachitis assignantur cum psalmo 42[a] — 12 psalmi, et quidem ndum numerationem Vulgatæ 41.—48., 83., 84. 86, 87: quando autem 41. et 42. tamquam *unus* consideratur, psalmi — 11. — Psalmi Corarum sunt elegantissimi. —

v. 2. **cervus:** scilicet canibus infestatus: in hebr. textu est femininum va".

„desidero" et in v. 3[b] **„sitio"** construitur per hebraismum cum positione *„ad"*: *„ad fontes — ad Deum"* pro „desidero — sitio" cum olici Accusativo obiecti.

v. 3. **fortem vivum** = *Deum* vivum. — Hebr. vox אֵל (el) a radice (ul) — „fortis, heros esse" denotat: 1. fortis. 2. robur, potestas: Deus, i. e. fortis per excellentiam.

Hocce Dei nomen fere nunquam *nude* legitur, sed fere ubique vel: cum *attributo* חַי *(chaj)* i. e. *vivus*, ut hic loci. vel: *„eljon, šaddaj,* ", etc. v. c. Gen. 14, 18. *„el eljon"*, ubi Vulgata ipsa vertit: *„Deus* ssimus". v. 22. *„Deus* excelsus": Is. 9, 6. „el gibbor" = Deus fortis: vel adiuncto alio *cognomine* v. c. *Deus* Bethel: Gen. 31, 12.: Psl. 80, 10.: *us* alienus (i. e. peregrinus): vel:

cum suffixo: confer præter alia psl. 21, v. 2., ubi Vulgata vertit: *us, Deus* meus, respice in me".

veniam et apparebo = revertar et comparebo: loquitur exul dero sacri tabernaculi flagrans: inde *„venire"* significat „reverti".

v. 4. **ubi est Deus tuus**: scilicet tutelaris: est ironia, cuius sensus vel: „Deus, quem colis, dereliquit te", vel: „Deus tuus est Deus de- s, non valens tueri te. — non est verus Deus": idem in v. 11[me].

v. 5. **quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque** var. **domum Dei**: secundum Vulgatam desiderio *flagrat* sacri tabernaculi: ndum textum masoret. flagrans desiderium *illud augetur* recordatione s facti historici, cum David arcam fœderis solemniter in densa turba rosolymam transportari fecit: confer II. Reg. c. 6.; I. Par. c. 15. et 16.

Non obstante lectione variante *sensus principalis* — „flagrans sacri rnaculi desiderium" manet *idem*. Alexandrinus legit impunctatum בסך ssok" i. e. *in tabernaculum*. (Vulg. „in locum tabernaculi") loco masoci „bassak" i. e. *in turba densa*. —

Insuper legit אַדִּיר (addir) i. e. gloriosus (Vulgata: admirabilis) loco matici אֲדַדֵּם (eddaddem) i. e. „ducens eos". Radix est דָּדָה (dadà) „lente ssit"; hic loci hitkattel. — ד (d) et ר (r) facile permutantur.

in voce exultationis = cum voce iubili; **in** = *cum*: post verba *di*; vide psl. 39, 8.

confessionis = gratiarum actionis; vide psl. 6, 6. „confiteor".

sonus epulantis: quoad *rem* non differt Vulgata a textu masoretico, var. habet: *„erat enim turba festum agens"*: epulæ sacrificales erant illius i pars: „festum celebrabatur epulis, summa cum lætitia de benignitate ovæ. Ill.: „Unter festlichem Klang"; Loch.: „Unter Mahlesfreude".

v. 6. **conturbas me** = infremis in me; effectus pro causa. — Interrogatione: „**Quare tristis es anima mea et quare conturbas me?**“ exprimitur nostrum: „*Noli* contristari anima mea et *noli* ingemiscere“. —

Eadem sententia *repetitur* in v. 12mo et psalmi sequentis v. 5to.

confitebor illi = celebrabo eum; vide psl. 6, 6. — Idem in v. 12. et in psl. 42, 5.

salutare vultus mei = certissimum auxilium meum. — **Salutare** = auxilium (salus; vide psl. 39, 11.). — Quia hic loci est nomen abstractum in *plurali;* exprimitur ***summus*** auxilii gradus, i. e. auxilium *certissimum;* (vide psl. 5, 10. Rgl. 18. — Idem valet de v. 12. et 42, 5.)

vultus meus; est circumscriptio pronominis personalis „ego“; vide psl. 3, 3. „anima“.

Vulgata ante ultima verba v. 6^ti^ „et Deus meus“ ponit — numerum v. 7^mi^ vide Rgl. 6. pag. 16. In v. 12. et psl. 42, 5. hoc non facit.

v. 7. **ad meipsum** = apud meipsum, — in me ipso. — Alll.: „in mir“

conturbata est = contristatur; confer psl. 30, 10.

propterea memor ero tui = propterea, *quod* recordor tui.

a monte modico (b. Hieron. „de monte minimo“) = ad montem Mic'ar. — Vulgata (et b. Hieron.) nomen montis מִצְעָר (mic'ar) transfert simpliciter tamquam *appellativum*, quod *rem non* mutat.

v. 8. **abyssus** = fluctus; vide psl. 32, 7.

fluctus, undae sunt imago calamitatis.

in voce = cum strepitu; *in* = cum; — **vox** = strepitus.

excelsa tua i. e. aquæ a montibus excelsis descendentes = fluctus tui (b. Hieron. „gurgites“). Alll.: „Hohe Fluthen“; Loch: „Hochfluth“.

v. 9. **in die** = interdiu; (b. Hieron. „per diem“). Alll.: „bei Tage“.

mandavit misericordiam suam = demandabit mihi gratiam suam. Alll.: „ſandte“; Loch: „entbietet“; — in hebraico est Futurum.

misericordia = gratia; vide psl. 5, 8.

canticum eius; i. e. canticum in honorem eius = hymnus, cuius argumentum est laus Domini. — „*Dominus*“ est *obiectum* hymni seu cantici; vide psl. 5, 8. Rgl. 17.

oratio Deo; *Deo* est Dativus commodi = oratio ad Deum.

Vocabula Vulgatæ sic *sunt ordinanda*: „et nocte resonabit apud me canticum (in honorem) eius — oratio Deo (ad Deum) vitæ meæ. —

Interpunctio post „canticum eius“ est corrigenda; vide Rgl. 6. pag. 16.

v. 10. **susceptor** = „petra“, textus hebraici; metafora; vide psl. 3, 4.

v. 11. Vocabula Vulgatæ *ordinentur* sic: „Confringuntur ossa mea, dum exprobraverunt mihi, qui tribulant me inimici mei“.

v. 12. vide dicta ad versum 6^tum^.

PSALMUS 42. (hebr. 43.)

Fervens desiderium accedendi ad altare Dei.

De argumento, auctore et occasione huius psalmi valent dicta ad psal- praecedentem.

Nota. Psalmus hic recitatur ad gradus altaris a sacerdote sacram Missam rante alternatim cum ministris, et solum in Missis defunctorum et in Missis empore a Dominica Passionis usque ad Sabbatum sanctum exclusive omit- . —

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Psalmus David.	
Iudica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.	1. **A**ge causam meam, o Deus, et defende me contra gentem immanem, ab homine fraudulento et improbo libera me!
Quia tu es, Deus fortitudo mea: quare me repulisti? et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?	2. Nam Tu es præsidium meum, o Deus; cur me reiicis? Cur lugens ingredior opprimente me hoste?
Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.	3. Mitte lucem tuam et fidem Tuam, illæ deducent me et perducent ad montem Tuum sanctum et ad habitacula Tua,
Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat iuventutem meam.	4. ut venire possim ad aram Dei, — ad Deum, auctorem exultationis meæ lætissimæ; atque, ut cum cithara celebrare possem Te, o Deus, Deus mi!
Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus?	5. Quare tristis es anima mea et quare infremis in me?
quare tristis es, anima mea? et quare conturbas me?	
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, et Deus meus.	Spera in Deum, nam iterum celebrabo Eum, certissimum auxilium meum et Deum meum.

v. 1. **Psalmus David**; addit Vulgata iuxta LXX. add.
iudica me = age causam meam. — Ml.: „Schaffe mir Recht"; vide 25, 1. et psl. 5, 10.
discerne causam meam de gente non sancta = defende causam am contra gentem immanem. — **de gente** = *contra* gentem.

gens non sancta = gens immanis, impia: Alt., Loch: „unheilig“.
sanctus = pius (Dei cultor) vide psl. 4, 4.; *non sanctus* = impius
v. 3. **veritas** = fides, fidelitas: vide psl. 24, 10.; 29, 10.; 35, 6. etc
ipsa; est neutrum plurale pro feminino: „*ipsæ*“; scilicet lux et veritas seu fides; vide psl. 26, 4. Rgl. 44.

v. 4. **et introibo ad altare Dei** = ut venire possim ad aram Dei *Futuro* exprimitur *potentialis*; de „*potentiali*“ vide psl. 5, 8. Rgl. 16.
et = *ut*; vide Rgl. 3. pag. 16.

var. **ad Deum, qui laetificat iuventutem meam**; i. e. ad Deum, qui est auctor lætitiæ meæ inde a iuventute mea = „ad Deum auctorem exultationis meæ lætissimæ“, ut habet textus masoreticus; (h. Hieron: „ad Deum lætitiam exultationis meæ“).

Nomen שִׂמְחָה (simcha) = „*lætitia*“ determinatur attributo subordinato — גִּיל (gil), i. e. *exultatio*; attributum est insuper synonimum nominis determinati; inde *superlativus* in versione latina; vide psl. 4, 1. Rgl. 11
Deus est auctor seu fons lætitiæ: haec lætitia non invenitur sublimior; inde flagrat Psaltes desiderio, ut venire possit ad aram Dei. – ad locum, in quo residet gloria Dei, in quo est iste fons lætitiæ summæ et veræ, in quo Deus torrente voluptatis fideles suos potat (psl. 35, 9.). Tali desiderio flagret sacerdos ad altare Dei accessurus!
confitebor tibi = ut celebrarem te = ut celebrare possem te, vide 6, 6. „confiteor“.
in cithara = cum cithara; Loch: „mit dem Saitenſpiele“; vide psl. 20, 4. v. 5. et dicta ad psl. 41, 6.

PSALMUS 43. (hebr. 44.)

O Domine, miserere populi Tui!

Auctor, argumentum et tempus. — Auctor hujus psalmi — Corachita quidam, implorat auxilium divinum post clades, quibus afflicti fuerunt Hebraei, etsi idololatrae non essent, sed veri Dei cultores. —
Haec videntur maxime convenire primis belli Nisibeni temporibus, quibus Israelitae hostibus suis succubuerunt, et serius demum victores redierunt. (II. Sam. 8, 2 . . .) Eo tempore etiam vates sacer carmen hocce exaravit.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. In finem; filiis Core ad intellectum.	1. Præfecto musicæ; — Carmen Corachitarum.
2. Deus, auribus nostris audivimus: patres nostri annuntiaverunt nobis.	2. O Deus, auribus nostris audivimus majores nostri narraverunt nobis:

Opus, quod operatus es in
iebus eorum, et in diebus
ntiquis.
anus tua disperdidit gentes,
t plantasti eos: afflixisti po-
ulos, et expulisti eos.

ec enim in gladio suo pos-
ederunt terram, et brachium
orum non salvavit eos:

ed dextera tua, et brachium
uum, et illuminatio vultus
ui: quoniam complacuisti in
is.
u es ipse rex meus et Deus
eus, qui mandas salutes
acob.
n te inimicos nostros ventila-
imus cornu, et in nomine
uo spernemus insurgentes in
obis.
on enim in arcu meo sperabo:

t gladius meus non salvabit
ne.
alvasti enim nos de affligen-
ibus nos, et odientes nos
onfudisti.
n Deo laudabimur tota die:
t in nomine tuo confitebimur
n sæculum.
unc autem repulisti et con-
udisti nos: et non egredieris,
eus, in virtutibus nostris.

vertisti nos retrorsum post
nimicos nostros, et qui oderunt
os, diripiebant sibi.
edisti nos tamquam oves es-
arum, et in gentibus disper-
isti nos.

Præclarum facinus patrasti temporibus illorum — diebus antiquis.

3. Tu expulisti — manu Tua — gentes;
illos autem plantasti;
afflixisti nationes. — illos autem propagasti.
4. Neque enim gladio suo occupaverunt terram.
nec brachium eorum præstitit eis victoriam.
sed dextera Tua et brachium Tuum et serena facies Tua;
nam favebas illis. —

5. **T**u ipse, rex meus es, o Deus!
demanda supernum auxilium Jacobo!

6. Per Te feriemus vexatores nostros,
Tuo nomine conculcabimus adversarios nostros.

7. Non enim in arcu meo fiduciam colloco.
nec gladius meus præstabit mihi victoriam.
8. Sed Tu servas nos a vexatoribus nostris,
et pudore afficis osores nostros.
9. Deo gloriamur quotidie,
et nomen Tuum celebrabimus in perpetuum. (sela.)
10. **E**t tamen repudiasti nos et contumilia affecisti,
neque exivisti cum exercitibus nostris.
11. Tu fecisti, ut cederemus retro ab hoste.
et osores nostri prædati sunt sibi.
12. Fecisti nos instar gregis mactandi,
et inter gentes dispersisti nos.

13. Vendidisti populum tuum sine pretio: et non fuit multitudo in commutationibus eorum.

14. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem et derisum his, qui sunt in circuitu nostro.
15. Posuisti nos in similitudinem gentibus: commotionem capitis in populis.
16. Tota die verecundia mea contra me est, et confusio faciei meæ cooperuit me
17. a voce exprobrantis, et obloquentis, a facie inimici, et persequentis.

18. Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: et inique non egimus in testamento tuo.
19. Et non recessit retro cor nostrum: et declinasti semitas nostras a via tua:
20. quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, et cooperuit nos umbra mortis.
21. Si obliti sumus nomen Dei nostri, et si expandimus manus nostras ad deum alienum:
22. nonne Deus requiret ista? Ipse enim novit abscondita cordis.
Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis.

23. Exsurge, quare obdormis, Domine? exsurge, et ne repellas in finem.

13. Vendidisti populum Tuum nul
pretio,
nec magni æstimasti in pretiis e
rum statuendis. —
14. Tu fecisti nos opprobrium vicin
nostris,
irrisionem et ludibrium illis,
circa nos sunt.
15. Tu fecisti nos proverbium int
gentes,
agitationem capitis inter nation
16. Quotidie ignominia mea coram m
est,
et pudor faciei meæ operit me
17. propter vocem exprobrantis et co
viciantis,
propter adspectum hostis et vi
dictæ avidi.
18. Omnia hæc supervenerunt nob
nec tamen obliti sumus Tui,
nec fregimus fœdus Tuum.

19. Cor nostrum non cessit retro,
nec deflexit gressus noster a v
Tua,
20. quod contrivisti nos in loco can
ferorum,
et umbrā mortis operuisti.
21. Si obliti essemus nominis Dei nostri
et si manus nostras expandissemus
ad deum alienum, —
22. nonne Deus explorasset hoc?
nam novit recondita cordis.

23. Minime — sed propter Te occidi
mur quotidie.
reputati sumus instar gregis macta
tioni destinati.
24. O expergiscere! cur dormis, o Do
mine?
evigila et noli nos rejicere in per
petuum!

"

ıare faciem tuam avertis, livisceris inopiæ nostræ et bulationis nostræ?	25. Cur occultas faciem Tuam? cur oblivisceris miseriæ et oppressionis nostræ?
ıoniam humiliata est in pulre anima nostra: congluti- tus est in terra venter ster.	26. Nam depressa est anima nostra ad pulverem, terræ adhæret corpus nostrum.
surge, Domine, adjuva nos: redime nos propter nomen um.	27. Surge in auxilium nobis, et propter gratiam Tuam libera nos!

n finem i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
Filiis Core = Corachitarum; vide psl. 41, 1.
ıd intellectum = carmen; vide psl. 31, 1. „maskil".
. 2. **opus** = præclarum facinus; hebraica enim vox פֹּעַל (fo'al) non
ı in genere — *opus*, vel *facinus* denotat, sed pro contextu, *„præ- actum"*, seu *facinus præclarum*, uti hic loci et in psl. 63, 10.; — ex parte denotat etiam „malefactum"; v. c. Iob. 36, 9.
. 3. **plantasti „eos"** i. e. maiores nostros.
. 4. **in gladio** = gladio; All., Loch: „durch"; *„in"* est instrumentale; sl. 2, 9. Rgl. 7.
. 5. **qui mandas salutes Iacob** = demanda supernum auxilium var. i. e. decerne, procura plenitudinem salutis Iacobo — populo tuo.
possederunt = occuparunt; occupatione ad possessionem eius ve- . — All.: „haben das Land eingenommen"; Loch: „nahmen in Beſitz". Alexandrinus legit: מְצַוֶּה (m'cavvê) *„mandans"* i. e. participium — loco masoretici: צַוֵּה (cavvê) = *„demanda"*; i. e. imperativi. —
ıandō — pro: demando; Loch: „entbieten"; vide psl. 41, 9.
salutes; salus = auxilium; plurali exprimitur supremus gradus; ·i ergo — supernum auxilium; vide psl. 5, 10. Rgl. 18.
Iacob = Iacobo; in Vulgata nomina propria raro declinantur.
v. 6. **in te** = per te; All., Loch: „Durch Dich"; vide psl. 17, 30.
ventilabimus cornu = feriemus, dispergemus cum potentia; *cornu* mbolum potentiæ, roboris; All.: „ſtoßen wir mit Hörnern". — „Cornu" e loci *Ablativus instrumenti.* Latinum „ventilo" denotat proprie: n excito in aliquam rem; dein — agito — impello, iacto.
in nomine tuo = nomine tuo; de *„in"* vide psl. 2, 9. Rgl. 7. —
spernemus; conculcabimus (= b. Hieron.); causa pro effectu. —
v. 8. **confundo** = pudore afficio; vide psl. 24, 2.; idem in v. 10.
v. 9. **in Deo laudabimur tota die**; *„laudari"* est hic loci *medium assivum;* inde valet idem, quod: „Deo gloriamur quotidie"; All.: wollen uns rühmen"; vide psl. 9 [2], 3.
in nomine tuo confitebimur; pro: „nomini tuo confitebimur;" i. e. n tuum celebrabimus". — *confiteri alicui* (plerumque) — hic loci — quo — significat: „celebrare aliquem"; vide psl. 6, 6.
in saeculum = in perpetuum.

Hebr. „*sela*“ (vide psl. 3, 3.) Vulgata non exprimit, LXX. vertit „διάψαλμα“, b. Hieron. „semper“.

v. 10. **nunc autem** = et tamen. Rohling: „und doch“.[1])

add. **„Deus“** addit Vulgata, non LXX. codicis Vaticani; Codex Alexandrinus habet hoc additamentum.

in virtutibus nostris = cum exercitibus nostris (= b. Hieron.) All., Loch: „mit unſeren Heeren“; vide psl. 23, 10.

v. 11. **avertisti nos** = vertisti nos; fecisti, ut cederemus; *avertere* = verto; vide Rgl. 5. pag. 16. All.: „Du ließeſt uns zurückweichen“; Loch: „Du haſt uns zurückgetrieben“.

retrorsum post inimicos nostros = retro ab hoste; All. et Loch: add. „vor unſeren Feinden“. — Vulgata *addit* „nostros“, quod per se intelligitur.

diripio = prædor.

v. 12. **dedisti nos** = fecisti nos; *dare* = facere; vide psl. 38.

oves escarum; sic vocantur oves ad escas destinatæ = grex mactandus. All.: „Schlachtſchafe“; confer v. 22.

in gentibus = inter gentes; All., Loch: „Unter Völker“; vide psl. 5, v. 12.; idem in v. 15.

v. 13. **et non fuit multitudo in commutationibus eorum**: i. e. non fuit multitudo *pretii*, seu *pecuniæ*, quando commutasti seu vendidisti populum. —

multitudo; scilicet pecuniæ, idem valet quod: magnitudo pretii.

commutatio = venditio; commercium enim primis temporibus erat *commutatorium* (Tauſchhandel, směnná tržba); *æstimatio* præcedit, *venditio* sequitur; textus masoreticus ponit antecedens, Vulgata consequens: venditio fit iuxta æstimationem; All.: „und es ward nicht viel darum gegeben“.

v. 14. **posuisti nos opprobium** = fecisti nos opprobrium; vide psl. 17, 33.

v. 15. **similitudo** = proverbium, parabola. All., Loch: „Sprüchwort“; hebraicum מָשָׁל (mašal) et *similitudinem* et *parabolam* et *proverbium* denotat. —

commotionem capitis in populis i. e. quisque gentilium conspectu nobis motitat caput seu nutat capite — nos irridens; confer psl. 21, 8.

v. 16. **verecundia** = ignominia; All. Loch: „Schmach“.

contra me = coram me; All.: „vor mir“. — **contra** = coram; hebr. נֶגְדִּי (negdi) LXX. κατεναντίον μου; confer 50, 5. et 108, 15.

cooperio = operio; compositum pro simplici: vide Rgl. 5. pag. 1

v. 17. **a voce** = propter vocem; Loch: „ob der Stimme“; vide psl. 5, 11. Rgl. 19.

a facie inimici = propter adspectum hostis; i. e. eo quod hostis adspicit me. Loch: „ob des Anblickes des Feindes“; — „protože musím hleděti na nepřítele“.

v. 18. **nec obliti sumus te** = tui; „obliviscor“ construit Vulgata etiam cum Accusativo personæ.

in testamento tuo = *respectu* fœderis tui; de בְּ (b') vide psl. 3, 8.

v. 19. **non recessit retro** = non cessit retro; *recedo* = cedo: vide Rgl. 5. pag. 16.

---

[1]) Die Pſalmen von Dr. Aug. Rohling, Münſter 1871.

et declinasti semitas nostras a via tua = nec permisisti, ut ent semitæ nostræ a via tua = nec deflexit gressus noster a via — Negatio ex I. hemistichio est repetenda.

v. 20. **in loco afflictionis**: textus masoreticus habet: „in loco ca-erorum; b. Hieron. „dejecisti nos in locum draconum"; Syrus „in alamitoso", sensu eodem. Voce „*afflictio*" Vulgata iuxta LXX. ex-t sensum hebraici: תַּנִּים (tannim) i. e. „canes feri", (Schakale, šakalové).

cooperuit nos umbra mortis; scilicet — tua permissione = ope-nos umbra mortis; **cooperio** = operio; vide Rgl. 5. pag. 16.

v. 22. **requiro** = exploro, investigo; (b. Hieron.).

abscondita cordis = recondita cordis (b. Hieron. „cogitationes"). Vulgata (non LXX.) contrahit v. 22. et 23. textus hebraici in unum; sequentes versus 23., 24., 25. et 26. Vulgatæ — sunt in hebr. et in v. 24., 25., 26. et 27.

quoniam pro: minime, sed: Loch: „doch um deinetwillen".

mortificor = occidor; vide psl. 36, 32.

tota die = quotidie, omni die.

oves occisionis = grex mactationi destinatus; confer v. 12. Loch: fe zum Schlachten".

v. 23. **in finem** = in perpetuum. —

exsurgo = surgo; vide Rgl. 5. pag. 16.

faciem averto = faciem occulto; avertendo enim occultatur facies.

tribulatio = oppressio; effectus pro causa.

v. 25. **conglutinatus est in terra venter** = adhæret terræ corpus; et effectus; *conglutinor* = glutine coniungor, copulor.

propter nomen tuum = propter *gratiam* tuam; b. Hieron. et Sy-„propter misericordiam tuam"; in hebraico est: חַסְדֶּךָ (chesed), — *Dei* nomines benevolentia = gratia; vide psl. 5, 8.

PSALMUS 44. (hebr. 45.)

Epithalamium in regis honorem.

Argumentum. — In elegantissimo hoc psalmo celebratur sensu literali dignitatem formae, eloquentiam, fortitudinem, victoriam, splen- et magnificentiam; dein felix praedicatur eius coniux atque poste-

—

Rex ille celebratus est secundum epistolam ad Hebraeos 1, 8—9. — Dei — Messias; regina, seu coniux Eius est — Ecclesia ab Eo fun- posteritas — membra Ecclesiae illius. — Psalmus hic, exclusive Mes-s, — allegorice est interpretandus. (Vide pag. 10. Nota.)

Auctor et occasio. — Auctor nominatur in inscriptione „Corachita m". — Occasionem sumpsit auctor verosimiliter ex solemnibus nuptiis Salomonis cum filia regis Aegypti; confer III. Reg. 3, 1.; 9, 24.

Textus Vulgatae.

1. In finem; pro iis, qui commutabuntur, filiis Core, ad intellectum; canticum pro dilecto.
2. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.
   Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.
3. Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.
4. Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime:
5. specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna,
   propter veritatem et mansuetudinem, et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua.
6. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis.
7. Sedes tua, Deus in sæculum sæculi: virga directionis virga regni tui.
8. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.
9. Mirrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te
10. filiæ regum in honore tuo.
    Astitit regina a dexteris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ; — Secundu
   „lilia“ — A Corachitis.
   Carmen, canticum amorum.
2. Cor meum ebullit voluptate,
   in regis honorem recito poëm
   meum.
   lingua mea esto stilus scrib
   prompti.
3. Tu venustate antecellis cunct
   mortales.
   gratia diffusa est in labiis tuis.
   propterea, quod fortunavit te De
   in perpetuum.
4. Cinge o heros femur gladio tuo.
   signo dignitatis et gloriæ tuæ!
5. Decore tuo cinctus feliciter vehit
   ad defendendam fidem et iu
   oppressum.
   et dextera tua doceat te præcla
   facinora!
6. Sagittæ tuæ acutæ — populi s
   te cadent —
   in cor hostium regis penetrabu
7. Thronus tuus, o Deus, erit in p
   petuum.
   sceptrum regni tui est sceptru
   rectum.
8. Diligis iustitiam et odio habes in
   probitatem:
   propterea unxit te Deus, Deus tu
   oleo lætitiæ præ sociis tuis.
9. Myrrha et aloë et cassia — omn
   vestimenta tua.
   te exhilarat fidium cantus ex pal
   tiis eburneis.
10. Filiæ regum sunt in caris tuis,
    dexteræ tuæ adstat regina in au
    Ophiritico.

li, filia, et vide, et inclina
em tuam, et obliviscere po-
um tuum, et domum pa-
tui.
concupiscet rex decorem
m: quoniam ipse est Do-
us Deus tuus, et adora-
t eum.
filiæ Tyri in muneribus
tum tuum deprecabuntur,
nes divites plebis.
nis gloria eius filiæ regis
intus, in fimbriis aureis

umamicta varietatibus.
dducentur regi virgines
t eam: proximæ eius affe-
tur tibi.
erentur in lætitia et exul-
one: adducentur in tem-
m regis.
patribus tuis nati sunt
filii: constitues eos prin-
es super omnem terram.

mores erunt nominis tui in
ni generatione et genera-
nem.
ropterea populi confitebun-
tibi in æternum, et in sæ-
um sæculi.

11. **A**udi filia, et vide, et inclina aurem
tuam!
et obliviscere populi tui, et domus
patris tui!
12. et si concupiscit rex pulchritudi-
nem tuam, —
nam dominus tuus ipse est, — adora
eum!
13. Etiam Tyrii cum muneribus adula-
buntur tibi,
— opulentissimi populi illius.
14. Tota magnifica est filia regis in-
trinsecus,
ex pannis auro intertextis est ve-
stis eius.
15. In vestibus versicoloribus adducitur
regi; —
post eam adducuntur tibi virgines,
sociæ eius; —
16. adducuntur cum gaudiis et exulta-
tione, —
introducuntur in palatium regis.
17. **P**atrum tuorum loco sint tibi filii
tui!
constituas illos principes in omni
terra!
18. Celebrabo nomen tuum per omnes
venturas ætates;
propterea laudabunt te populi in
sempiternum!

n finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ: vide psl. 4, 1.
'ro iis, qui commutabuntur; sic vertit Vulgata iuxta Græc. LXX. var.
textu masoretico est: „*secundum lilia*“ (= b. Hieron.) — Hac
erosimile significatur — *exordium alius* cantici, ad cuius normam
am etiam hicce psalmus cantandus esset. Idem et nil aliud etiam
et versio Vulgata significabit. Alexandrinus legit impunctatum ששנים
šonnim“ loco masoretici: „šošannim“.
liis Core = a Corachitis; vide dicta ad psl. 41. 1. hac de re.
ad intellectum = carmen; vide psl. 43, 1 et psl. 41, 1.

canticum pro dilecto = canticum de re prædilecta; scilicet nuptiis; seu = canticum amorum; (b. Hieron. „canticum amantissimi“). — *Dilectum. -i,* = res dilecta, prædilecta. — *Diligo* (ex *dis* et *lego*) significat proprie — ex multis eligo aliquem, quem benevolentia prosequor.

v. 2. **Eructavit;** eructare significat:

1. *ebullire,* (überſtrömen, přetékati); Loch: es ſtrömt aus): vide p. 143, 13. „promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud“.

2. *edere, proferre, nuntiare;* vide psl. 18, 2. „dies diei *eructat* verbum“.

verbum bonum = res bona, res suavis = suavitas, voluptas. — (Wonne, slasť); de hebr. דָּבָר (dabar) vide psl. 40, 9.

dico = recito; (Ill.: „ich ſinge).

opera mea; i. e. verba mea, quæ scribo = poëma meum. (Ill. „mein Lied“; Loch: „mein Werk“.) —

regi = in honorem regis; Dativus *commodi.*

lingua mea; scilicet esto; vide Rgl. 2. pag. 16.

v. 3. **propterea benedixit . . .** = *propterea quod* fortunavit.

v. 4. **potentissime** = o heros, (Syr.: „gigas“); b. Hieron. „fortissime“.

v. 5. **specie tua;** i. e. signo gloriæ tuæ; b. Hieron. „gloriā tuā“.

pulchritudine tua; i. e. signo dignitatis tuæ; b. Hieron. „decore tuo“. Gladius regius est *signum* dignitatis et gloriæ.

„specie tua et pulchritudine tua“ est appositio ad præcedens accingere *„gladio tuo“.*

Hanc *appositionem* trahit Vulgata iuxta LXX. ad v. 5^{tum}; vide Rgl.

accingere; pro simplici: cingere; vide Rgl. 5. pag. 16.

intende; i. e. ingredere viam, progredere; vide psl. 5, 3. — textus var. masoreticus habet: *„decore tuo* ; scilicet — cinctus; Alexandrinus legit impunctatum והדרך — *v'hadrek,* i. e. „ingredere viam, progredere“ — loco masoretici: — *vah^{a}dar'ka,* i. e. „decore tuo“; scilicet cinctus.

prospere procede = felix esto, seu in coniunctione cum sequente verbo: „regna“ = feliciter regna.

regna = vehitor; i. e. regiis equis conscensis regnum auspicare.

„Vehendi“ verbum vates ideo usurpasse videtur, quod Persarum rex extra aulam *numquam* conspectus fuit pedes, sed semper vehebatur equo aut curru. Creatis regibus moris erat equos regios conscendere; inde pro *„equita“* ponit Vulgata iuxta LXX. „regna“, ut sensus sit clarior. —

felix esto — vehitor = feliciter vehitor.

Verbum צָלַח (calach) — est auxiliare, indicans qualitatem verbi sequentis רָכַב (r'kab) i. e. „vehitor“; vide psl. 30, 3. Rgl. 46.; confer psl. 111, 9.; „dispersit dedit pauperibus“ = *largiter* sive *copiose* distribuit pauperibus; — Zach. 4, 10; „lætabuntur et videbunt“ = læto animo videbunt.

propter veritatem = ad defendendam fidem; *veritas* = fides, fidelitas; vide psl. 24, 10. — *propter* = in commodum.

propter mansuetudinem et iustitiam = ad defendendum ius oppressum; Rohling: „für Wahrheit und bedrücktes Recht“. (b. Hieron. „propter mansuetudinem iustitiæ“).

mansuetudo = oppressio; vide psl. 33, 3.; *mansuetus* = afflictus, oppressus. — **iustitia** = ius, res iusta; vide psl. 34, 27.

"

Hebr. וְעַנְוַת־צֶדֶק (v'anva cédek) idem valet ac:
וַעֲנַוַת־צֶדֶק (v'anvat cédek) i. e. ius oppressum: nam non semper
atur status constructus in ת- (at); confer Iud. 7, 8.; 8, 32.; Deut.
27. etc.
עֳנִי (anvá) denotat hic loci „*afflictio*“ [1])
et deducet te mirabiliter = et doceat te præclara facinora. — *Ius*
hic loci esse, ostendunt præcedentes Imperativi. Græcus LXX accipit
n הוֹרָה (horâ) significatione „viam *monstrandi*“ (confer 25. 8. 12.;
hebr.); hinc — „*deducendi*“. — Quando autem significatio „*monstrandi*“
huic competit, semper adiungitur nomen: דֶּרֶךְ (dêrek); confer in-
Prov. 4. 11.; II. Par. 6, 27.; I. Reg. 8. 36. hebr.
mirabiliter = mirabilia, præclara facinora. Vulgata iuxta Alexan-
n pluralem nominis נוֹרָאוֹת (noraot) — *adverbii* vice positum sumsit.
v. 6. **in cor inimicorum regis**; pro: in cor inimicorum *tuorum*;
enim ex prisca linguæ simplicitate, quæ *nomen ipsum* iterare non
bat, *loco pronominis — nomen ipsum* ponitur.
v. 7. **sedes tua Deus in saeculum saeculi**; i. e. Thronus tuus,
is. erit in perpetuum. Chaldæus, Syrus et Arabs vertunt hebraicam
„*elohim*“ — Vocativo: absque dubio est etiam ὁ θεός Alexandrinæ
ocativus, quia sæpe ponit Nominativum: ὁ θεός — loco Vocativi:
ς; v. c. psl. 21, 2. Ὁ θεός, ὁ θεός μου = „Deus, Deus mi“.
In epistola ad Hebræos adducitur locus hic secundum versionem Ale-
inam. Messias vocatur hic loci: „Deus“ — „*elohim*“ sicut apud Isaiam
„Deus fortis“ — „*el gibbor*“. (Quæ Vulgata secundum textum origi-
. vertit: „et vocabitur nomen eius Admirabilis, consiliarius, Deus,
, pater futuri sæculi“; exprimit LXX. his tantum verbis: „*et vocatur*
eius Magni consilii angelus“.) —
Quando „elohim“ hic loci Vocativo non vertitur, sonat versio: Thronus
est thronus Dei, erit in perpetuum. — Si nempe post nomen po-
am est idem nomen in statu constructo, hoc in hebraica lingua plerum-
omittitur brevitatis causa; in latina lingua autem exprimi debet. In
asu esset in latino: Sedes tua — Dei, scilicet sedes est. Sensus est:
nus tuus est thronus, in quo Deus te constituit, et regni tui non erit
Confer psl. 109, 1. „Dixit Dominus Domino meo; Sede a *dexteris meis*.“
Solium dynastiæ Davidicæ vocatur in sacra scriptura „*solium Iehovæ*“
ar. 29, 23.); *æternam* huius throni durationem promisit Deus Davidi
Sam. 7, 16.); huncce thronum dedit Altissimus *Filio suo* (Luc. 1. 32.).
constituit regem in Sione (psl. 2. 6. 7.), qui sedet ad dexteram Eius
109. 1.) et cuius regni super omnes populos et tribus et linguas non
finis. Confer etiam Dan. 7, 13. 14. 27. Mich. 4. 7.
sedes = thronus, solium. Ill. et Loch: „Thron“.
virga directionis = sceptrum rectum; (b. Hieron. „sceptrum æqui-
“) vide psl. 4, 2.: de *virga* vide psl. 2. 9.
directus = rectus; *directio* = rectitudo, rectum.
unxit te oleo laetitiae prae consortibus tuis; i. e. perfudit te
ia maiore quam reliquos reges; *oleum lætitiæ* vel *gaudii* opponitur —

[1]) Biblischer Commentar über die Psalmen von Dr Fr. Delitzsch Leipzig 1867.

luctui: vide Is. 61, 3. „*Ungere oleo lætitiæ*“ est frasis. qua significatur „*magna lætitia afficere*“.

v. 9. ad regium splendorem pertinebant etiam *vestimenta bonis odoribus suffita.*

gutta i. e. xylaloë. aloë: (b. Hieron. „stacte“). All. et Loch: „Aloe“.

casia vel **cassia** est frutex aromaticus in Arabia et Aethiopia nascens.

a vestimentis tuis: scilicet: spirat myrrha . . . .

a domibus eburneis. ex quibus delectaverunt te: textus masoreticus habet: „te exhilarat fidium cantus ex palatiis eburneis“: palatia, quorum conclavia *ebore* ornata erant. dicuntur palatia *eburnea*. Conter Am. 3, 15., 6, 4.; III. Reg. 22. 39. Odys. Δ. 72. 73.

var. Loco מִנִּי (minni = *fides, fidium cantus*. legisse videtur Græc. LXX. — מִנִּיהֶם (minnehem): inde Vulgata habet: „ex quibus“ — scilicet palatiis.

Splendor regum Asiæ conspiciebatur olim. et adhuc conspicitur in *numeroso gynæceo*: quanto nobiliori prosapia exortæ virgines in gynæceum deducuntur, tanto illustrior rex habetur.

filiae regum in honore tuo: scilicet sunt: i. e. in honorem tuum sunt: All.. Loch: „in Deiner Herrlichkeit“; textus masoreticus habet: „filiæ regum sunt *in caris tuis*“: i. e. in puellarum tuarum numero = inter caras tuas sunt filiæ regum. —

Hebraicam vocem יְקָרוֹת (jkaróth „nobiles. pretiosæ. caræ“. significare hic loci — *feminas*. quas in pretio habet rex et magni æstimat. — femina regi *caras*, — res ipsa docet.

a dextris tuis = adstat dexteræ tuæ. utpote honestiori loco: confer III. Reg. 2. 19. „Bethsabee sedit ad dexteram regis“.

in vestitu deaurato (b. Hieron. „in diademate aureo“): secundum textum masoreticum: „in auro Ophiritico“: hoc est: — ornata mundo aureo regio Ophir erat auri optimi ditissima: Iob. 28. 16.: 22. 24. Is. 13. 12. hebr.

add. **circumdata varietate**: hoc additamentum inseruit Vulgata iuxta LXX. fors ex v. 15ª = „in vestimentis versicoloribus“.

varietas = vestes versicolores: abstractum pro concreto. All.: „buntes Gewand“; Loch: „bunte Pracht“.

v. 11. **obliviscere**: verbum hoc construitur in Vulgata *etiam cum Accusativo personæ*: vide psl. 43. 18. „nec obliti sumus te“.

v. 12. **dominus tuus** = maritus tuus; אֲדֹנַיִךְ (adonajik).

add. Ad „*dominus*“ addit Vulgata (non LXX.): „Deus“.

adorabunt eum: tertia persona pluralis exprimitur hic loci *impersonale*; „man huldigt ihm“. Textus masoreticus, Syrus et b. Hieron. habent Imperativum: „*adora eum*“: Græc. LXX. et Arabs: „adora*bis* eum“ All.: „und man wird ihn anbeten“; Loch: „und ihn betet man an“.

v. 13. altera causa. cur regina felix sit æstimanda. est. quia tanti regis gloria et potentia in ipsam quoque redundat.

filiae Tyri = Tyrii: Vulgata ponit „*filiæ*“ — pluralem pro singulari — θυγάτης LXX. (confer: Filia Sion“ Thr. 1. 6.: 2, 1.: Zach. 9. 9. — b. Hieron. vertit: „et filia fortis“).

in muneribus = *cum* muneribus; **in** = *cum*. All.: „mit Geschenken“

deprecabuntur vultum tuum = gratiam tuam et favorem ambibunt = tibi adulabuntur. Zschegg: „suchen deine Huld“; ad verbum sonat:

[illegible] ‚Personalsuffix 2. Sg. masc.' [illegible]
[illegible] ‚Personalsuffix 2. Sg. masc.' [illegible] 2. Sg. masc. [illegible]
[illegible] vgl. Ps 16,5.

divites tuos = [illegible] vide ps. 44,4.

omnes divites plebis = quidquid pretii Hebr. — Vulgata ad-sim. [illegible]
[illegible]; LXX hoi plousioi tou laou

14 Deprecatio pulchritudinis regis ambitiosae, sed proximam [illegible]
[illegible] orationi

omnis gloria eius filiae regis ab intus. = Tota magnificentia eius [illegible]
[illegible] Vetusta nitet ‚sua' — habet eam Alexandrinus nit. [illegible]
[illegible] ‚- a per editio III personae sine loco ‚-' ab [illegible]
gloria = magnificentia, ornamentum pro vestibus, vide ps. 21,6. Ibi et [illegible]
ab intus = interiorem, vide vestibus tectam et pulchri ornatum [illegible]
[illegible] Loc ‚ex Jerem'

in fimbriis aureis = et pulchri non interiorem vel vestibus ob-[illegible]
[illegible] ‚fimbriis aureis vestita est'

15. Vetus dominae *pompam regiam* splendidam ornatu vestibus [illegible]
[illegible] ornatum ad regem introducitur.

circumamicta varietatibus = vestibus variatis regias ‚ei = ad [illegible]
[illegible] vestibus ornatus regi. Hebr. ‚a variatis ornatus [illegible]
[illegible]: III et Loc vide versum 14.

Vetusta versio LXX hos duos versus ‚*circumamicta varietatibus*' [illegible]
[illegible] ‚ei' [illegible]

adducentur regi = circa pulchritudinem [illegible] [illegible] [illegible]

PSALMUS 45. (hebr. 46)

Deus tuetur Sionem.

Auctor et argumentum et tempus. — Corachita quidam celebra sublimi hoc cantico Deum ob tutelam populo electo et Urbi sanctae in periculis concessam. Hostes in terram sacram irrumpunt, Hierosolymam obsidere minantur ast repente recedere coguntur. — Argumentum maxime convenit moliminibus Sennacheribi, regis Assyriorum; (vide Isaiam cap. 36, et 37;) et mox post istam liberationem Hierosolymae exaratus est procul dubio hic psalmus.

Textus Vulgatæ.

1. In finem; filiis Core pro arcanis, Psalmus.
2. Deus noster refugium, et virtus: adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.
3. Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, et transferentur montes in cor maris.
4. Sonuerunt, et turbatæ sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.
5. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.
6. Deus in medio eius non commovebitur: adiuvabit eam Deus mane diluculo.
7. Conturbatæ sunt gentes, et inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.
8. Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Jacob.
9. Venite, et videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram,

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ. A Corachitis. Canticum — secundum: „Virgines.“
2. **D**eus est refugium nobis et præsidium,
   Ipse est validissimum auxilium in angustiis.
3. Propterea non timemus, etsi pervertatur terra,
   et quamvis corruant montes in medium maris.
4. Fremant, æstuent aquæ eius! contremiscant montes in fremitu ejus! (sela.)
5. **F**luminis rivi recreant civitatem Dei,
   sanctissima habitacula Altissimi.
6. Deus est in medio eius; — ea non nutabit,
   Deus adiuvat eam appropinquante mane.
7. Fremuerunt gentes, nutarunt regna,
   Ipse edidit vocem suam, terra diffluebat.
8. Dominus exercituum est nobiscum, arx sublimis est nobis Deus Jacobi. (sela.)
9. **A**gite, spectate facinora Domini,
   qui miracula horrenda patravit in terra.

auferens bella usque ad finem
terræ.
Arcum conteret, et confringet
arma, et scuta comburet igni.

Vacate, et videte, quoniam
ego sum Deus: exaltabor in
gentibus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum:
susceptor noster Deus Jacob.

10. Ipse enim cessare facit bella usque
ad finem terræ,
arcum confringit et hastam de-
truncat,
currus (bellicos) comburit igne.
11. „Desistite et agnoscite, me esse
Deum,
excelsum in gentibus, excelsum in
terra!“
12. Dominus exercituum est nobiscum,
arx sublimis est nobis Deus Jacobi.
(sela.)

In finem, i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1. — **filiis Core** = a Corachitis; vide psl. 41, 1.

pro arcanis; sic vertit Vulgata iuxta LXX. Textus masoreticus habet: *undum: Virgines*“, quo verosimile significatur exordium alius cantici, uius melodiam etiam hic psalmus cantandus esset. Idem et nil aliud ficabit versio: „pro arcanis“. —

Alexandrinus derivabat hebr. עַלְמָה (ʿalmâ) a rad. „alam“ — „occul-“, et sumsit eam significatione inconsueta: *„arcanum“*:

psalmus = canticum; hebr. שִׁיר (šir) vertit hic loci LXX.: „ψαλμός“ nde Vulgata: „psalmus“.

v. 2. **adiutor** = auxilium; concretum pro abstracto; vide psl. 26, 9. **quae invenerunt nos nimis**; i. e. quæ nobis ex improviso acci-nt; = Ipse est validissimum auxilium in angustiis; b. Hieron. vertit: ilium in tribulationibus inventus est validum“.

Verbum *„esse“*, *„adesse“*, *„existere“* exprimitur sæpe in hebraica ua verbo: *„inveniri“*, ut hic loci (confer Gen. 19, 5.). Subiectum hic est: „ipse“, et cum hoc etiam concordat verbum. Græcus LXX. autem vit, subaudiendum esse post *„in tribulationibus“* pronomen relativum fer psl. 39, 8. Rgl. 54.), et III. personam singularem verbi stare hic ennalagen generis et numeri — loco *participii;* inde versio eius, et ndum LXX. versio Vulgatæ. In re autem non est differentia; res nempe oci est: „Deus adiuvat nos valide in tribulationibus“.

v. 3. **dum turbabitur terra** = etsi pervertatur; All.: „wenn auch“. — positio בְּ (b') infinitivo præposita, convenienti coniunctione exprimitur tino; vide psl. 9, 4. Rgl. 23.

v. 4. **turbari** = æstuare (b. Hieron. intumescere); All.: „wallen“. **aquae eorum** i. e. marium = aquæ *eius;* scilicet maris. **in fortitudine eius** = in fremitu eius; Schegg: „Andrang“. **conturbari** = contremiscere (b. Hieron. „agitari“). All.: „erbeben“.

v. 5. **impetus;** scilicet fluminis = rivi. All.: „Anlauf des Stromes“. Hieron. „divisiones“). Eandem vocem hebraicam vertit Vulgata in psl. — „decursus“.

sanctificavit tabernaculum suum Altissimus; in textu masoretico: „sanctissima habitacula Altissimi"; causa pro effectu; sensus manet idem; (b. Hieron. „sanctum tabernaculum Altissimi").

v. 6. **commoveri** = nutare; vide psl. 15, 8.

mane diluculo = appropinquante mane; (b. Hieron.; „in ortu matutino"); antiqua psalteria habent: „*vultu*" iuxta codicem LXX. Vaticanum.

v. 7. **conturbatae sunt gentes** = fremuerunt gentes. Alt.: „es tobten die Völker".

mota est terra; scilicet pavore = diffluebat terra.

moveri = diffluere (b. Hieron. „prosterni").

v. 8. **Dominus virtutum** = Dominus exercituum; idem in v. 12.; vide 23, 10.; 32, 6. — Alt.: „Heerſchaaren".

susceptor = arx sublimis; (b. Hier. „protector"); vide 17, 3. 3, 4.

v. 9. **posuit** = patravit, fecit. Alt.: „wirken"; vide psl. 20, 10.

prodigia = miracula horrenda.

v. 10. **arma**; in textu masor.: *hasta* (= b. Hier.); genus pro specie.

scuta; in textu masoretico: „*currus bellici*"; (b. Hieron. „plaustra").

v. 11. **vacate** = desistite; (b. Hieron. „cessate"); *vacare in re* = cessare; Schegg: „laßt ab".

videte = agnoscite; (b. Hieron. „cognoscite"); „erkennet", „uznejte"; causa pro effectu.

susceptor = arx sublimis; (b. Hieron. „fortitudo"); vide v. 8.

Nota. Hebr. sela (vide 3, 3.) post v. 4. 8. et 12. Vulgata non exprimit; Alexandrinus tantum post v. 4. 8. habet: διάψαλμα; b. Hieron. vertit 4. 8. 12. „semper". —

PSALMUS 46. (hebr. 47.)

Deus est rex totius terrae.

Auctor et argumentum — Vates sacer, — Corachita quidam, excitat omnes gentes, ut adorent Iehovam, totius mundi regem, qui diligit populum suum electum, cui etiam omnes reliquas gentes tempore suo adiunget. — Occasio et tempus. — Psalmus hic exaratus fuit ad solemnem translationem arcae foederis vel in montem Sion, vel ex hoc in templum Salomonicum. Aliud quid de tempore exarationis — statui nequit.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem; pro filiis Core, Psalmus.	1. Præfecto musicæ; — Psalmus Corachitarum.
2. Omnes gentes, plaudite manibus; iubilate Deo in voce exultationis.	2. Plaudite manibus omnes gentes! iubilate Deo voce exultabunda!

Quoniam Dominus excelsus, terribilis: rex magnus super omnem terram.
Subiecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris.
Elegit nobis hereditatem suam, speciem Iacob, quam dilexit.
Ascendit Deus in iubilo, et Dominus in voce tubæ.
Psallite Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite.
Quoniam rex omnis terræ Deus: psallite sapienter.
Regnabit Deus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam.
Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quoniam dii fortes terræ vehementer elevati sunt.

3. Nam Dominus est excelsus, terribilis,
rex magnus super universam terram.
4. Subiecit populos nobis,
et nationes pedibus nostris.
5. Elegit nobis hereditatem nostram,
ornamentum Iacobo, quem diligit.
(sela).
6. Ascendit Deus cum iubilo,
Dominus cum clangore buccinarum.
7. Canite Deo, canite,
canite regi nostro — canite!
8. „Rex totius terræ est — Deus“;
Canite carmina:
9. „Regnat Deus super gentes!
Deus sedet in throno suo sancto.“
10. Principes populorum adiungunt se
populo Dei Abrahami;
nam Dei sunt — clipei terræ,
plurimum exaltatus est — Ipse.

In finem i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
pro filiis Core, psalmus = psalmus Corachitarum; vide psl. 41, 1.
v. 2. **in voce** = voce; Aff.: mit; „*in*“ instrumentale; vide 2, 9. Rgl. 7.
v. 4. **subiecit gentes sub pedibus nostris** = subiecit nationes sub nostris; „*subiicio*“ construitur cum „*sub*“ in Vulgata.
v. 5. **hereditatem suam**; textus masoreticus et. b. Hieron. — „*no-* var.
n“; Alexandrinus habuit in codice suo „נו“ loco masoretici „ן“.
species = ornamentum (b. Hieron. „gloria“).
v. 6. **in iubilo** = cum iubilo. Aff.: „mit“; **in** = cum.
vox tubae = clangor buccinæ.
v. 7. **Deo nostro**; „*nostro*“ addit Vulgata iuxta LXX. add.
v. 8. **psallite sapienter**; i. e. bene, attente et devote; nam timor ini est initium sapientiæ. Significatur etiam per vocem „sapienter“ ut hrysosthomus et b. Augustinus admonent, ut qui psalmos canit, *intel-* quod canit et ex *intelligentia* mysteriorum moveatur *affectus pietatis* Deum. (Card. Bellarmini.) Loch vertit: „nach Gebühr“.
Secundum textum masoreticum sonat versio: „Canite *carmina*“. Hecum nomen מַשְׂכִּיל (maskil) = „carmen“ a radice „sakal“ = prudens vertit Alexandrinus *adverbialiter*; vide etiam 31, 1.
v. 9. **sedet super sedem** = sedet in throno; Loch: „auf ſeinem hne“; „*super*“ construit Vulgata cum *Accusativo*.
v. 10. **congregati sunt** = „congregant se = adiungunt se“ — signiione *media*, non passiva. —

cum Deo Abraham; secundum textum masoreticum = „populo D Abrahami“.

quoniam dii (LXX. τοῦ θεοῦ) **fortes terrae** = „nam Dei sun clipei terræ“; copula est omissa; vide Rgl. 2. pag. 16. — *Dei sunt*; i. Deo subiecti sunt. — „**dii**“ Vulgatæ ortum est ex Genitivo singulari „*dei*“, ut Codex Veron. habet; in Cod. Sang. est: „*deo*“ sensu eodem. — „denn Gottes ſind die Gewaltigen der Erde“ (Schegg); neboť příslušní Božĺ jsou pavezy země . . .

fortes = clipei; (b. Hieron. „scuta“); imago pro re imagine significata. — Clipei terræ sunt *principes*, quia eorum est, mala a populo avertere, uti scutis avertuntur iacula.

var. **elevati sunt** scilicet: fortes terræ; „ſie ſind erhöhet gar ſehr“ (Schegg); textus masoreticus habet: „exaltatus est Ipse“, i. e. Deus. = b. Hieron. „vehementer elevatus est“. Alexandrinus habuit in codice suo נעלו loco masoretico נעלה; permutatum est ה cum ו.

Sensus Vulgatæ est: „principes terræ, Deo subiecti utpote creaturæ Dei, — conversione sua ad Deum Iacobi nimis elevati sunt. *Secundum textum masoret.* sensus est: Deus exaltatus est plurimum super omnes; — — Veritas hæc etiam ex Vulgata vv. 3. 4. 8. 9. patet; ex altera parte exprimitur in textu masoretico sensus Vulgatæ verbis: „Principes populorum adiungunt se populo Dei Abraham“. — In re nulla est ergo differentia.

Nota. Hebr. „sela“ (vide psl. 3, 3.) post v. 5. Vulgata non vertit. — LXX. habet: διάψαλμα — b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 47. (hebr. 48).

Sion est inexpugnabilis.

Auctor, argumentum, occasio. Vates sacer, — Corachita quidam — celebrat Iehovam, qui magnificae urbi Ierosolymae praesidet, eamque ab hostibus foedere iunctis divinitus liberavit. — Tutela Iehovae gaudens Urbs sancta expugnari nequit. —

Argumentum psalmi respondet optime iis, quae in II. Par. cap. 20. de Ammonitis, Moabitis et Syris contra Iosafatum regem insurgentibus narrantur.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Psalmus cantici filiis Core, secunda sabbati.	1. Canticum, Psalmus. — A Corachitis.
2. Magnus Dominus, et laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in monte sancto eius.	2. Magnus est Dominus et plurimum laudandus, in civitate Dei nostri, in monte sancto Eius.

undatur exultatione univer-
æ terræ mons Sion:
latera aquilonis, civitas regis
iagni.

eus in domibus eius cogno-
cetur, cum suscipiet eam.

uoniam ecce reges terræ
ongregati sunt: convenerunt
n unum.
psi videntes sic admirati sunt,
onturbati sunt, commoti sunt:
remor apprehendit eos.
Ibi dolores ut parturientis,

n spiritu vehementi conteres
aves Tharsis.
Sicut audivimus, sic vidimus
n civitate Domini virtutum,
n civitate Dei nostri: Deus
undavit eam in æternum.

Suscepimus, Deus, misericor-
diam tuam in medio templi
ui.
Secundum nomen tuum, Deus,
ic et laus tua in fines terræ:
ustitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, et exul-
ent filiæ Iudæ propter iudicia
ua Domine.
Circumdate Sion, et complecti-
mini eam: narrate in turribus
eius.
Ponite corda vestra in virtute
eius, et distribuite domos eius,
ut enarretis in progenie altera.

3. Pulchre assurgit gaudium totius
terræ —
mons Sion, extremæ partes septem-
trionis,
civitas Regis magni.
4. Deus in palatiis eius,
cognoscendum se præbuit præsi-
dium.
5. Nam ecce, reges convenerunt,
et evanuerunt una!

6. Simulatque viderunt, obstupuerunt,
perculsi sunt, trepide fugerunt.
7. Tremor apprehendit illos istic,
angustiæ, quales corripiunt partu-
rientem.

8. Vento orientali,
confregit naves Tartessicas.
9. Quemadmodum audivimus, ita ex-
perti sumus,
in urbe Domini exercituum, in ci-
vitate Dei nostri;
Deus confirmat eam in perpetuum.
(sela.)

10. Meditati sumus, o Deus, de gratia
Tua —
in templo Tuo.
11. Sicut nomen Tuum, o Deus,
ita et laus Tua usque ad terminos
terræ;
iustitiā plena est dextera Tua!
12. Lætare mons Sion,
exultent filiæ Iudæ,
propter privilegia Tua!
13. Circuite Sionem et circate eam,
numerate turres eius!

14. Advertite animum vestrum ad fos-
sam eius,
perlustramini palatia eius,
ut enarrare possitis ætati posteræ!

15. Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, et in sæculum sæculi: ipse reget nos in sæcula.

15. Nam talis Deus est Deus noster in sempiternum;
Is ducet nos ultra mortem.

Psalmus cantici = Canticum, psalmus; vide psl. 46, 1. „psalmus“
filiis Core = a Corachitis; vide psl. 45, 1. et psl. 41, 1.
add. **secunda sabbati**; addit Vulgata iuxta LXX. δευτέρᾳ σαββάτου.

v. 2. **laudabilis** = laudandus; dignus laudari.

v. 3. **fundatur exultatione**; i. e. fundatus est ad lætitiam totius terræ — Sion, latera Aquilonis; (b. Hieron. „speciosum germen, gaudium universæ terræ, mons Sion, latera Aquilonis). All.: „zum Frohlocken der ganzen Erde iſt gegründet der Berg Sion“.

latera = extremæ partes. — Latera (der Winkel, ühel = die zwei Wände, die den Winkel bilden) est — *dualis* in hebraico.

v. 4. **cognoscetur, cum suscipiet eam**; i. e. cognoscendum se præbet, dum tuetur eam = cognoscendum se præbuit præsidium; —

suscipio = tueor, protego; vide psl. 3, 4. „susceptor“; (b. Hieron.: „Deus in domibus eius: agnitus est in auxiliando“).

add. v. 5. **reges terrae**; vocem „*terræ*“ addit Vulgata iuxta LXX.

convenerunt in unum = evanuerunt una; antecedens et consequens; Codex Vaticanus vertit „ἤλθοσαν“; alius codex „διήλθωσαν“ — (ſie giengen durch) = „evanuerunt una“; b. Ambros. vertit: „transierunt. — Hebr. עָבַר (ʿabar) denotat: transiit, cito præteriit = evanuit.

in unum. LXX. ἐπὶ τὸ αυτό, hebr.: „jachdav“ = una, simul, (= b. Hieron.) statim; vide psl. 4, 9. „in idipsum.“

v. 6. **commoti sunt** = commoverunt se; i. e. trepide fugerunt. — „*Commoveo*“ Latinis denotat: *simul* vel *valde* moveo; „*commoveo aliquem*“ significat: facio, ut locum, quem adhuc tenuerat, relinquere incipiat, — ut discedat, — fugiat; inde in re *militari* usurpatur v. c. Liv. 9, 40. „prior Iunius *commovit hostem*“; „Junius brachte zuerſt die Feinde zum Weichen“;[1] nec non in re *venatoria* de canibus feram excitantibus v. c. Virg. A. 7, 494. „hunc (cervum) procul errantem . . . commovere canes“.

v. 7. **tremor apprehendit eos. Ibi dolores ut parturientis** = tremor apprehendit eos ibi, dolores ut parturientis; interpunctio est corrigenda; vide Rgl. 6. pag. 16.

v. 8. **in spiritu vehementi** = vento orientali; b. Hieron.: „in vento uredinis“; All.: „mit heftigem Sturme“; de „**in**“; vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

conteres; in textu masoretico „*conteret*“; II. pers. pro III.; secundum Vulgatam loquitur psaltes *ad* Deum; iuxta textum masoret. — „*de* Deo“.

v. 9. **virtutum** = exercituum (= b. Hieron.). All., Loch: „Heerſchaaren“; vide psl. 23, 10. et psl. 82, 6. —

fundavit eam = confirmat eam.

v. 10. **suscepimus misericordiam tuam**; i. e. suscipere studuimus oratione gratiam tuam; i. e. meditati sumus de gratia tua. — b. Hieron. „æstimavimus“; Loch: „wir gedenken“.

[1]) Titus Livius. Römiſche Geſchichte überſetzt von E. J. Klaiber. Stuttgart 1828.

"

suscipio = meditor oratione — suscipere studeo; LXX. ὑπελαμ-
= aufnehmen und überlegen, bedenken. —
misericordia = gratia; vide psl. 5, 8.
in medio templi = in templo; All.: „im Innern deines Tempels"; *dio* = in; vide psl. 22, 4.
v. 11. **secundum nomen tuum** = *sicut* nomen tuum.
v. 12. **iudicia**; i. e. privilegia; hebraicum: *„mišfat"* (vide psl. 7, 7.) etur etiam de eo, quod alicui ex Lege debetur: i. e. *privilegium*; sic ir ius seu privilegium *primogeniti* (Deut. 21, 27.); — *ius redempti-* ler. 32, 7.); — *ius regium* seu iura et privilegia regis (I. Sam. 11.; 10, 25.); — ea, quæ *sacerdotibus debentur a populo* (Deut. 18, 3.); *ivilegia filiarum* (Ex. 21. 9.) — semper *„mišfat"*.
Domine; addit Vulgata iuxta LXX. add.
v. 13. **circumdate** = circumite; vide psl. 25, 6. Loch, All.: „gehet um"; ázejte„. — **Sionem i. e.** urbem Sioniam.
complectimini eam = circate eam (b. Hieron. „circuite eam") — „umfreiſet es"; „putujte okolo něho".
narrate in turribus eius = numerate turres eius (= b. Hieron.).
v. 14. **ponite corda vestra in . .** = advertite animum vestrum = nehmet wohl zu Herzen, beachtet; obraťte pozornosť svou na . . .
in virtute eius = ad fossam eius; — fossa est munimentum, et ale ad firmitatem urbis confert; (b. Hieron. „in mœnibus").
Hebraica vox denotat non tantum *robur*, *virtutem*, sed præter alia *exercitum* — *munitionem*, *fossam cum antemurali*. Vulgata ipsa vertit *murale"* All.: „Vormauer" — in Is. 26, 1. Thren. 2, 8.
distribuite = perlustramini singillatim; b. Hieron. „separate palatia — Schegg: „durchkreuzet ihre Häuſer"; projděte paláce jeho.
v. 15. **hic** = talis.
ipse reget nos in saecula = „Is ducet nos ultra mortem". — eron.: „ipse erit dux noster in morte". Loch: „er wird uns leiten ch"; — **in saecula** = ultra mortem; sensus est idem.
Nota. Hebr. *sela* (vide psl. 3, 3.) post v. 9. Vulgata latina non vertit, habet: διάψαλμα, b. Hieron. „semper".

PSALMUS 48. (hebr. 49.)

ia et potentia improborum ne turbet tranquillum animum iusti.

Auctor et argumentum. — Vates sacer, — Corachita quidam, — hoc o didactico iubet bono animo esse pios, si vident, quomodo alii divitias adunt et potentes evadunt; brevi enim tempore morientur, neque morituri uam divitiarum et potentiae secum auferent.
Tempus et occasio. — De tempore et occasione huius carminis nil potest.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem; filiis Core. Psalmus.	1. Præfecto musicæ; — Psalmus rachitarum
2. Audite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes, qui habitatis orbem;	2. Audite hoc omnes populi, auscultate omnes incolæ mundi!
3. quique terrigenæ, et filii hominum: simul in unum dives et pauper.	3. Tam ignobiles quam nobiles, omnes — divites et pauperes!
4. Os meum loquetur sapientiam, et meditatio cordis mei prudentiam.	4. Os meum loquitur sapientiam, et prudentiam — meditans cor um
5. Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam.	5. Inclinabo ad similitudinem aur meam et ad sonum citharæ solvam a gma meum
6. Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me.	6. Cur timeam diebus adversis, cum circumdat me pravitas insi atorum meorum
7. Qui confidunt in virtute sua, et in multitudine divitiarum suarum gloriantur:	7. qui confidunt facultatibus suis, et gloriantur multitudine divitiar suarum
8. frater non redimit, redimet homo: non dabit Deo placationem suam,	8. Et tamen nemo potest redim fratrem Deo enim non potest persolvere p tium, quo redimatur
9. et pretium redemptionis animæ suæ: et laborabit in æternum,	9. nam nimium est pretium redem onis animæ eorum; propterea desistet ab hoc in p petuum
10. et vivet adhuc in finem.	10. ut vivat porro — in sempiterni et non videat sepulchrum.
11. Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes: simul insipiens, et stultus peribunt. Et relinquent alienis divitias suas:	11. Sed videbit illud! sapientes mo untur, — pariter stultus et brutus pereu et relinquunt facultates suas al
12. et sepulchra eorum domus illorum in æternum. Tabernacula eorum in pro-	12. Votum eorum est, ut sint dor eorum in perpetuum habitationes eorum in omnes æta

genie et progenie: vocaverunt nomina sua in terris suis.

Et homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis.

Hæc via illorum scandalum ipsis, et postea in ore suo complacebunt.

Sicut oves in inferno positi sunt: mors depascet eos.

Et dominabuntur eorum iusti in matutino: et auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum.

Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me.

Ne timueris, cum dives factus fuerit homo, et cum multiplicata fuerit gloria domus eius.

Quoniam cum interierit non sumet omnia,
neque descendet cum eo gloria eius.

Quia anima eius in vita ipsius benedicetur:
confitebitur tibi, cum benefeceris ei.

Introibit usque in progenies patrum suorum, et usque in æternum non videbit lumen.

Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis.

ut celebrentur nomina eorum in terris.

13. Et tamen homo in gloria constitutus non permanet,
similis redditur iumentis, quæ mactantur.

14. Hæc est sors eorum, qui sibi confidunt,
et eorum, qui illos sequuntur et sermonibus eorum delectantur. (sela.)

15. Instar pecoris in orcum transponuntur,
mors depascit eos;
et probi insistent eis brevi;
formam dein eorum consumit orcus,
ita, ut non sit ultra domicilium eis.

16. Verumtamen animam meam redimet Deus ex manu orci;
nam Ipse suscipiet me. (sela.)

17. Nihil timeas, cum ditatus fuerit quispiam,
cum creverit splendor domus eius.

18. Neque enim, cum moritur, tollet secum quidquam;
non descendet post eum splendor eius.

19. Licet in vita sua felicem se prædicet,
et licet celebrent te, quod bene facias tibi;

20. venies ad cœtum patrum tuorum,
qui in sempiternum non videbunt lucem.

21. Homo in gloria constitutus, si non est sapiens, —
similis redditur iumentis, quæ mactantur.

In finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.

filiis Core psalmus = psalmus Corachitarum; vide psl. 41, 1.

v. 3. **terrigenae** = ignobiles, plebeji; Niedere; hebraice: „b'né adam".

filii hominum = nobiles; Hohe; hebraice: *„b'né iš"*, proprie *„filii viri"*; vide psl. 4, 2.

v. 4. **meditatio cordis mei** = meditans cor meum; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.

v. 5. **inclinabo in parabolam** = inclinabo *ad* similitudinem; *in* = „ad" (לְ); vide 3, 3. Rgl. 9.

in psalterio = ad citharam = ad sonum citharæ; (b. Hieron: „in cithara"). Koch: zum Saitenſpiele.

aperiam = Koch: „ich werde löſen"; rozluštím.

propositio; i. e. ænigma = b. Hieron.: LXX. τὸ πρόβλημα; All., Koch: Räthſel. — *proponere* = zur Löſung vorlegen; vide III. Reg. 10, 3.

v. 6. **iniquitas calcanei mei** = iniquitas seu iniuria, quam patitur calcaneus meus; vel: iniuria, quæ paratur calcaneo meo, scilicet ex parte insidiatorum; idem dicit textus masoreticus verbis: *„pravitas insidiatorum meorum circumdat me"*. De significatione hebr. „'avon" vide psl. 50, 7.

Hebraica vox עָקֵב ('akeb) *non* denotat tantum *„calcem,"* sed etiam *„insidiatorem"*. — All. et Koch: „die Bosheit meiner Nachſteller". — Syrus vertit: „iniquitas *hostium* meorum". — Arabs: *„inimici* mei". —

v. 7. **virtus** = facultates, divitiæ; — hebraica vox חַיִל (chajil) bona quælibet complectitur; sive vires, quibus antecellimus alios, sive sint bona fortunæ, sive corporis, ut constat ex psl. 33, 16. 17. (hebr.); hic loci autem — *facultates*, *divitias* denotare, docet versus 11mus, ubi ipsa Vulgata vertit *eandem* vocem verbo: *„divitiæ"*: „et relinquent alienis *divitias* suas".

glorior in multitudine; pro: glorior multitudine.

v. 8. **frater non redimit, redimet homo**; negatio ante „redimet" *est repetenda*, ut sit: *„non* redimet homo". — *Obiectum* est insuper *supplendum:* frater non redimit *fratrem*, homo non redimet *hominem.*

Sensus est: *homo proximum suum redimere non potest;* in hebraico est *Futurum*, quo exprimitur *Potentialis;* vide psl. 5, 8. Rgl. 16.

Idem dicit textus masoreticus: *„nemo potest redimere fratrem"*. — Idem sensus fluit ex b. Hieronymo: „fratrem non redimens redimet vir", i. e. nequaquam redimet quis fratrem. — Quod b. Hieron. vertit *„redimens"*, est in hebraico *infinitivus absolutus*, qui verbo finito *„redimet"* præpositus indicat — *emfasin;* vide psl. 39, 2. Rgl. 53.

Si verbo præposita est *negatio*, tum sequens: *„vir"*, *„homo"* idem valet, ac: *„ullus"*, et cum negatione: *„nullus"*, *„nemo"*; vide psl. 9², 11. Rgl. 27. —

Græc. LXX. legit loco *Infinitivi:* פָּדֹה (fadô) —

Perfectum: פָּדָה (fadâ), fecitque ex *una* sententia *duas*, in quarum una et altera obiectum omissum esse putavit.

non dabit = non potest dare, non valet persolvere; de Potentiali vide psl. 5, 8. Rgl. 16. — (All.: „er kann nicht geben".)

placationem suam = placationem pro eo, — lytrum, seu pretium, quo redimatur. Syrus: „redemptionem"; (b. Hieron. „propitiationem"). — Koch: Löſegeld; výkupné. *Placare aliquem* denotat: talia et tot præstare alicui, quæ respondent postulationi eius. —

"

v. 9. **et pretium redemptionis animae suae**; i. e. vitæ suæ; — **ima** = vita; vide psl. 34, 4. — Post „**et**“ repetenda est negatio, ut am Allioli habet: „er kann Gott keine Sühnung geben, noch den Werth Erlöſung . .“ — *Sensus* Vulgatæ ergo est: „Nemo dare potest Deo rum pro se, lytrum pro vita sua, frustra perpetuo defatigatur homo tale id anhelans — usque dum moritur.“

laborabit in aeternum i. e. frustra perpetuo defatigabitur.

v. 10. **et vivet adhuc in finem** = *ut* vivat porro in sempiternum. **et** = ut; vide Rgl. 3.; **in finem** = in sempiternum; vide psl. 9, 6.

Sensus versuum 8—10. est secundum textum masoreticum: „Nemo test fratrem redimere, quia nimium est redemptionis animæ eorum pre- um; inde desistere debebit ab hoc, — ut in æternum vivat, et ne videat pulchrum“. — Secundum Allioli et Loch: non poterit dare pretium; wenn er ch ewig ſich bemühete, und lebete für und für. — Vertunt ergo „**et**“ = *etsi*, **aborabit**“ = laboraret; „*vivet*“ = viveret; vide Rgl. 1. et 3. pag. 16.

Vulgata, non LXX., trahit *alterum hemistichium* versus 10^mi ad versum ^mum; vide Rgl. 6. pag. 16.

non videbit interitum = et non videat sepulchrum; **interitus** = pulchrum, fovea; vide psl. 34, 7.

v. 11. **cum viderit** = sed videbit illud; hebraicum כִּי (ki) = sed; iectum „*illud*“ i. e. sepulchrum — omittitur; vide psl. 20, 5. Rgl. 41.

sapientes morientes = sapientes moriuntur; *participium* hebraicum nitur pro *verbo finito*; vide psl. 21, 14. Rgl. 42.

Sensus versus 11^mi Vulgatæ (All. et Loch) est: „Impius ne cogitat idem de morte sua, licet experientia eum doceat, sapientes et stultos ne exceptione mori“. —

Sensus textus masoretici est: „impius conatur effugere sepulchrum; — d non effugiet illud, cum omnes sine exceptione moriuntur“. — In re go non est diversitas. —

v. 12. **et sepulchra eorum**; textus masoreticus habet: „*votum eorum* var. “; — varietas orta est transpositione literarum *br* et *rb*.

Græc. LXX. legit קֶבֶר (kêber), i. e. „sepulchrum“,

pro masoretico: קֶרֶב (kêreb), i. e. cor, animus, utpote cogitandi desiderandi sedes; dein — votum, desiderium. —

in progenie et progenie = in omnes ætates; vide 11, 3. Rgl. 32. *b*).

vocaverunt nomina sua = ut celebrent, scilicet homines nomina rum; vel, quod idem est: ut celebrentur nomina eorum; — hebraicum ara bišmotam“ i. e. „invocare nomina eorum“, significat: „celebrare“; nfer: „kara b'šem I'hova“ = invocavit nomen Dei, i. e. celebravit Deum. - Schegg: Die (Wohnungen) ihre Namen prieſen. — Quando constructio *im- rsonalis* hic loci non admittitur; potest textus hebraicus etiam verti: ce- brant (ipsi) nomina sua . . . .; ſie (ſelbſt) rufen aus ihre Namen.

v. 13. **non intellexit** (All.: „bedenkt es nicht“.); textus masoreticus var. bet: „*non permanet*“, hat nicht Beſtand. —

Græc. LXX. legit: יָבִין (jabin),

pro: יָלִין (jalin); differentia orta est ex permutatione cum ב (l cum b); similis permutatio posset in germanico fieri cum vo- bus: Verſtand und Beſtand.

comparatus est iumentis = similis redditur iumentis; (All:: „et gleicht"; Thalhofer: „macht ſich gleich").

et similis factus est illis; textus masoreticus habet: *quæ mactantur*". — Sensus est: „Beatitudo seu felicitas talis hominis cum morte corporis ad finem perducitur, sicut iumenti mactati; in altera vita non manet talem impium beatitudo". —

Hebr. vox דָּמָה (damâ) sequente לְ directionis vel præpositione אֶל (el) notat: 1. „*similis fuit*"; v. c. psl. 102, 7.; 144, 4. hebr.; — in *niktal*, sequente Accusativo „*assimilatus est*"; confer Ez. 32, 2. Vulgata vertit: „leoni assimilatus est". —

2. ast significat etiam „*quievit*"; et causative: „*finem fecit rei*", inde „*perdidit, destruxit*", v. c. Os. 4, 5. „*vasto matrem tuam*", Vulgata sensu eodem vertit: „*tacere feci matrem tuam*".

In *niktal* denotat: „*periit, excisus est*", ut etiam ipsa Vulgata vertit v. c. „*vastata est*" (Is. 15, 1.); „*pertransiit*" = periit (Os. 11, 1.); „*contricuit*" (Sof. 1, 11.; Ier. 47, 5.; Os. 4, 6.)

v. 14. **haec via illorum scandalum ipsis**; scilicet fuit; i. e. hæc agendi ratio fuit illis offendiculo; plerique in ea via lapsi sunt, et propter divitias in multa mala devenerunt. All.: „Dieſer ihr Wandel bringt ſie zum Falle"; vide Rgl. 2. pag. 16.

var. **via** = agendi ratio. — **scandalum** = ruina.

Textus masoreticus habet: „Hæc est sors eorum, qui sibi confidunt". — Græc. LXX. legit כֶּשֶׁל (kešel) = *offendiculum*,

pro כֶּסֶל (kesel) = *spes, fiducia, confidentia.*

et postea in ore suo complacebunt = et illis, qui post eos sermonibus eorum delectantur. — *postea* i. e. *post eos*; — **os suum** = sermones eorum; vide psl. 17, 31. Rgl. 37. — All.: „und doch hat man darnach Gefallen an ihrer Rede". — *complaceo in aliquo* = delector aliquo.

Textus masoreticus habet: „*et eorum, qui illos sequuntur, et sermones eorum probant*"; i. e. et eorum, qui sermonibus illorum delectantur.

v. 15. **in matutino** = mane = brevi.

dominabuntur eorum iusti = iusti insistent eis, i. e. tumulis eorum.

et auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum; i. e. res, quibus confidebant, nil eis proderunt in inferno seu post mortem corporis, cum transiit gloria eorum. —

auxilium; abstractum pro concreto; i. e. res, quæ auxilium præbent præbere solent, quibus homines confidunt.

veterascet = nil proderit; causa et effectus.

a gloria = i. e. procul a gloria eorum in terra = ita, ut non sit ultra gloria eis. — Hebr. præpositio מִן (min) habet vim *negandi*. — All. „und ihre Hilfe welket dahin in der Hölle, nachdem ihre Ehre vergangen". — Thalhofer: „Fernab von ihrer Pracht".

Textus masoreticus dicit sensu non diverso: „*Formam dein eorum consumit orcus, ita, ut non sit ultra domicilium eis*". (b. Hieron. „et figura eorum conteretur in inferno, post habitaculum suum".) —

Hebr. צוּר (cur — k'ri, confer psl. 17, 14. hebr.) denotat „*formam*" Græc. LXX. sumit significationem ejus „*petra*" — metaforice; i. e. *robur, auxilium*", inde legit כָּבוֹד (kabod) i. e. „gloria" — pro זְבֻל (z'bul); i. e.

micilium. — Sensus manet idem: „cum domiciliis, quibus gloriantur, perit ria eorum“,

v. 16. **cum acceperit me** = *nam* ipse suscipiet me. כִּי (ki) et hoc illud denotat.

v. 17. **homo** = quispiam, aliquis; vide psl. 1, 1.

v. 18. **non sumet omnia** i. e. non sumet quidquam; vide psl. 9². . Rgl. 27.

v. 19. **quia** = quamvis, licet; hebr. כִּי (ki).

anima eius; est pronominis circumscriptio; vide psl. 3, 3. Rgl. 8.

benedicetur = se benedicit, se beatum prædicat; vide psl. 9². 3.

in vita ipsius = in vita sua.

Sensus I. hemistichii est: „licet in vita sua se felicem prædicet“. —

confitebitur tibi; scilicet asseclarum quisque = et licet celebrent ; vide psl. 6, 6. — Vulgata omisit iuxta LXX. coniunctionem „*et*“; con- omis. nctio „*licet*“ repetenda est.

cum benefeceris ei; textus masoreticus habet: „quod bene facias var. *i*;“ scilicet gulam curando, – conviviis, vestimentis se efferendo. —

Si Vulgata loco „tibi“ ponit „ei“, sonat sensus versuum 19. et 20ᵐⁱ: t licet celebret te, si ei benefeceris ferculo aliquo, veniet celebratus ad tum patrum suorum. Sensus manet idem; in textu masoretico loquitur tes — „*ad* illum“; in Vulgata „*de* illo“. Alexandrinus legit לוֹ (lo), loco asoretici: לָךְ (lak); permutatum est ך cum ו.

introibit; scilicet anima eius; i. e. anima celebrati = veniet ille, qui var. felicem prædicat; vide v. 19. Textus masoreticus habet: „*venies*“, sensu n diverso. Alexandrinus legit fors יָבוֹא (jabô),

loco masoretici תָּבוֹא (tabô).

in progenies patrum suorum = ad cœtum patrum tuorum.

progenies = generatio, — habitatio — cœtus. — „*venire ad habitanem seu cœtum patrum*“, idem est ac = colligi ad patres seu ad populum um. (Num. 20, 24. II. Par. 34, 28.) = mori. —

non videbit lumen; i. e. non videbit lucem; scilicet solis; sensus t: non revertetur ad hanc solis lucem; — in textu masoretico est plulis: „*non videbunt*“, i. e. ille et omnes, qui cum eo in inferno sunt.

non intellexit; i. e. si non est intelligens, sapiens = si Deum non net. — Timor enim Dei est initium sapientiæ.

et similis factus est illis; vide dicta ad versum 13.

Nota. Hebr. „*sela*“ (vide psl. 3, 3.) post v. 14. et 16. Vulgata latina n vertit; LXX. habet διάψαλμα; b. Hieron. „semper.“

PSALMUS 49. (hebr. 50.)

Verus Deum colendi modus.

Argumentum. — Jehova solenniter e coelo descendens (1.—6.), reperit, partem populi electi deditam esse magis cultui mere externo, quam vero pietatis studio. — Inde eos serie monet, dicens, se victimis non indigere, sed poscere pietatem, fiduciam et animum gratum (v. 7.—15.) —

Aliam partem populi reperit hypocrisi infectam; hos graviter reprehendit, dicens, se aversari homines, qui legem ore quidem iactant, opere autem negligunt; (v. 16.—21.). — Juxta Jehovae verbum manet eos, qui obliviscuntur Dei, — exitium, nisi resipuerint; — illis autem, qui grato animo repleti sunt, auxilium Dei non denegabitur. (v. 22—23.)

Auctor — est Levita Asaph, coaevus Davidi et Salomoni.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Psalmus Asaph.	1. Psalmus Asaph.
Deus deorum Dominus locutus est: et vocavit terram,	Omnipotens Deus, — Dominus loquitur et vocat terram
a solis ortu usque ad occasum.	ab ortu solis usque ad occasum eius.
2. Ex Sion species decoris eius.	2. Ex Sione perfecte pulchro
	Deus exsplendet.
3. Deus manifeste veniet: Deus noster, et non silebit.	3. Venit Deus noster, neque est, quod sileat,
Ignis in conspectu eius exardescet: et in circuitu eius	ignis coram eo consumit,
tempestas valida.	et circa eum vehementer sævit tempestas.
4. Advocabit cœlum desursum, et terram, discernere populum suum.	4. Vocat cœlum superne
	et terram — iudicaturus populum suum:
5. Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia.	5. „Congregate mihi pios cultores meos, qui renovant fœdus meum sacrificantes.“
6. Et annuntiabunt coeli iustitiam eius: quoniam Deus iudex est.	6. Et nuntiant cœli iustitiam Eius, nam Deus iudicaturus est Ipse. (sela.)
7. Audi populus meus, et loquar, Israel, et testificabor tibi: Deus, Deus tuus ego sum.	7. „Audi, populе mi, ut loquar! Israel, ut graviter te horter! Deus — Deus tuus — sum Ego!
8. Non in sacrificiis tuis arguam te:	8. „Non propter victimas tuas redarguo te,
holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.	nam holocausta tua perpetuo sunt coram me.“

Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.
Quoniam meæ sunt omnes feræ silvarum, iumenta in montibus, et boves.
Cognovi omnia volatilia cœli: et pulchritudo agri mecum est.

Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, et plenitudo eius.
Numquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo?
Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua.
Et invoca me in die tribulationis: eruam te, et honorificabis me.
Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum?
Tu vero odisti disciplinam, et proiecisti sermones meos retrorsum.
Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas.
Os tuum abundavit malitia, et lingua tua concinnabat dolos.
Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum.

Hæc fecisti et tacui.
Existimasti inique, quod ero tui similis: arguam te, et statuam contra faciem tuam.
Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum:

9. „Non opus habeo accipere e domo tua iuvencum,
e caulis tuis hircos."
10. „Mihi enim sunt omnes feræ silvestres,
et iumenta in montibus millibus".
11. „Novi omnes aves montium,
et bestiæ agrestes mihi præsentes sunt."
12. „Si esurirem, non dicerem tibi,
nam mihi est orbis et quidquid eum implet."
13. „Num comedam carnem taurorum,
et sanguinem hircorum bibam?"

14. „Gratias — Deo sacrifica
et persolve Altissimo vota tua!"
15. „Et invoca Me in die calamitoso,
eripiam te; tu vero Me honorabis!"

16. Dein improbo dicit Deus:
„At quid recitas statuta mea,
et cur sumis fœdus meum in os tuum",
17. „quum odio habeas disciplinam,
et verba Mea post te conjicias?"

18. „Si vides furem, delectaris consuetudine eius,
et cum adulteris paria participas".
19. „Os tuum dimittis ad malum,
et lingua tua dolos nectit".
20. „Sedes et loqueris contra fratrem tuum,
in filium matris tuæ profers infamiam".
21. „Talia fecisti, et silui;
cogitasti, Me esse similem tui;
redarguo te et profero id ante oculos tuos".
22. „Memoria teneatis hoc vos, qui obliviscimini Dei!

nequando rapiat, et non sit qui eripiat.

23. Sacrificium laudis honorificabit me: et illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. —

ne dilacerem (vos) — nemine liberante".

23. „Qui sacrificat gratias, honorat me, et disponit viam, in qua eum experiri faciam auxilium Dei".

Psalmus Asaph = Psalmus Asaphi. — Erat autem auctor huius psalmi Levita *Asaph*, præfectus cantorum Davidicorum et musicæ moderator (I. Par. 15, 17.; 16, 4. 5.; confer etiam „Iditun". psl. 38, 1.), quem serior ætas tamquam poëtam et prophetam celebravit (II. Par. 29, 30.).

Nota. Sub nomine „*Asaphi*" 12 psalmi inveniuntur (49., 72.—82.). Quia autem „*Asaph*" est etiam nomen *collectivum*, denotans, „*collectorem, scribam*", inde *plures* indicare potest; — nil certi dici poterit de persona Asaphi eorum psalmorum, qui ævo Salomonico sunt recentiores.

Deus Deorum = Deus omnipotens; confer: cœlum cœlorum = cœlum altissimum; canticum canticorum = canticum elegantissimum.

v. 2. **species** = ornamentum, perfectio; *species decoris* = perfectio decoris = perfecte pulcher; (b. Hieron. = „de Sion, perfecto decore".) — *species* et *decor* sunt synonima; tali modo circumscribitur superlativus = „perfecte pulcher"; vide psl. 42, 4.

Hebr. מִכְלַל (miklal) = *perfectio, perfectum*; Vulgata vertit: — „*species*" = „*speciosus, -a, -um*" sensu eodem.

omis. Vulgata iuxta LXX. omisit alterum v. 2di hemistichium — „*Deus exsplendet*", trahens vocem „*Deus*" ad versum sequentem. — Sensus hac omissione non mutatur.

v. 3. **in conspectu eius** = coram eo; **in circuitu eius** = circa eum; vide psl. 4. pag. 16.

v. 4. **advocat** = vocat; vide Rgl. 5. pag. 16. **desursum** = superne.

discernere = iudicare; i. e. rationes factorum exigere.

var. v. 5. **congregate illi**; scilicet iudicaturo; secundum LXX, et Vulgatam loquitur — *angelus* quidam, Dei minister; secundum textum masoreticum — *Deus ipse*; inde: „congregate *mihi*". — Varietas orta est ex commutatione ' et ו. — Idem valet etiam de sequenti: „*eius*" et „*meos*".

var. **sanctos eius**; i. e. pios cultores eius; vide psl. 4, 4.; textus masoreticus habet: „pios cultores *meos*".

ordinant testamentum = renovant fœdus = b. Hieron. „feriunt": — ferire, LXX. διατίθεναι, idem valere quod: „*renovari*", res ipsa docet.

super sacrificia = in sacrificio, dum sacrificant, sacrificantes.

v. 6. **annuntio** - nuntio; vide Rgl. 5. pag. 16. — **quoniam** = nam.

v. 7. **populus meus**= populi mi; vide psl. 7, 2.

et testificabor tibi = ut testando et protestando te serio moneam, ut cogeris confiteri; = ut graviter te horter; **et** = ut; vide Rgl. 3. pag. 16.

v. 8. **non in sacrificiis tuis** = non propter victimas tuas; *in* = propter; hebr. עַל ('al).

holocausta autem = nam holocausta; hebr. ו vertendum est hic loci „nam"; All.: „denn"; vide Rgl. 3, pag. 16.

in conspectu meo = coram me; vide Rgl. 4. pag. 16.

v. 9. **non accipiam** = non habeo opus accipere; *de Potentiali* vide . 5, 8. Rgl. 16.

v. 10. **in montibus et boves** = in montibus millibus (b. Hieron.: illium"); differentia explicatur eo, quod hebraico אֶלֶף ('elef) significa- : et „*bos*" et „*mille*".

v. 11. **cognovi** = novi; compositum pro simplici; vide Rgl. 5. pag. 16.

volatilia coeli; textus masoreticus habet: „aves montium" (= b. eron.) Quia sæpius de volatilibus „cœli" in sacra scriptura sermo est; inuit Alexandrinus etiam hic loci — consuetam vocem.

pulchritudo agri = bestiæ agri = bestiæ agrestes. Hebraicum (ziz) significat „*omne quod movetur*"; hic loci adiuncto attributo „*agri*" significat „*bestias agrestes*". — Eandem vocem vertit Vulgata in psl. 14. „*ferus*", Ull.: „ein Wild".

Græcus LXX. legit: זִיו (ziv), i. e. „splendor" —

loco masoretici: זִיז (ziz). — Varietas explicatur ex permutatione um ו; sensus rei — „*omnes res creatæ sunt meæ*" — non mutatur.

v. 14. **immola Deo sacrificium laudis** = sacrifica Deo gratias, = add. tiarum actiones; b. Hieron. „laudem". — Vulgata iuxta LXX. addit crificium"; sensus non mutatur; immolo Deo qua sacrificium — laudem.

v. 16. **quare tu enarras iustitias meas?** = ad quid tu recitas tuta mea? = b. Hieron. præcepta mea.

assumis per os tuum = sumis in os tuum; „assumo" pro „sumo", e psl. 5. pag. 16. — *per* = „in".

vero = quum; de hebr. ו vide Rgl. 3. pag. 16.

v. 17. **retrorsum** = post te; (= b. Hieron.).

v. 19. **os tuum abundavit malitia** = os tuum dimittis ad malum; Hieron. „dimisisti in malitiam"; sensus est idem.

v. 20. **ponebas scandalum** = profers infamiam; b. Hieron. „fabri- bas opprobrium".

filius matris tuae; hebraismus = frater tuus uterinus.

existimasti „inique" = cogitasti, me esse similem tui; talis cogi- add. io utique est *iniqua*, quod in ipsa re situm est; addito „*inique*" in Vul- ta iuxta LXX. sensus non mutatur. Additamentum ortum est ex eo, quod exandrinus legit הַוּוֹת (havvot), (confer psl. 5, 10. „vanum").

loco masoretici הָיוֹת (h°jot).

v. 22. **intelligite** = memoria tenete; præcedens pro consequente.

nequando rapiat; textus masoreticus habet: „ne dilacerem (eos)"; tecedens pro consequente. — Secundum Vulgatam loquitur *vates*, secun- m textum masoreticum — *Deus ipse*.

v. 23. **sacrificium laudis honorificabit me** = Qui sacrificat gratias Hieron. „qui immolat confessionem"), honorat me. Græcus LXX. legit n punctatum זבח — „*zebach*"; i. e. „sacrificium" — loco masoretici: „*zo- ch*"; i. e. „sacrificans", seu „qui sacrificat".

et illic iter = in hoc consistit iter; Ull.: „und darauf iſt der Weg"; var. tus masoreticus habet: „*et disponit viam*"; b. Hieron. „et qui ordinat m". Alexandrinus legit impunctatum שם — *šam* = „ibi. illic" loco ma- retici: „*šam*", i. e. „posuit, disposuit, ordinavit".

ostendo = experiri facio; vide psl. 4, 6.

salutare = auxilium; vide psl. 9, 16.

Sensus v. 23ti est idem et quidem secundum Vulgatam: Iter. qu experiri faciam hominem — auxilium divinum, est — „*laus qua sacrificium*“ i. e. *gratiarum actio;* — secundum textum masoreticum: „Qui sacrifica gratias, honorat me et disponit viam, in qua eum experiri faciam auxiliu Dei“, i. e. *gratus* erga Deum *animus* experietur auxilium Dei.

Nota. Hebr. *sela* (vide psl. 3. 3.) post v. 6. et 12. Vulgata latina no vertit; LXX. habet διάψαλμα. h. Hieron. „semper“.

PSALMUS 50. (hebr. 51.) (IV. poenitentialis.)

Miserere mei o Deus!

Auctor et argumentum et occasio. — Auctor psalmi huius, — re David, sermone Nathanis prophetae perculsus, deprecatur suum adulteriu cum Betsaba, et dolosum homicidium — Uriae militumque, qui cum ip occubuerunt. (II. Sam. 11,—12..) — Dein exorat Deum, ut poenitentis pr positum recte agendi corroboret; agnoscit simul, pro talibus criminibus locu non habere sacrificia, utique autem acceptam esse Deo contritionem et emen dationem.

Nota 1. Versu septimo claro proponitur doctrina de peccato original

Nota 2 Duo ultimi versus i. e. v. 20. et 21. videntur huic psalm Davidico adiecti et quidem tempore exilii Babylonici; nam Urbs sistitur destruct et cessatio cultus sacrificiorum clare innuitur. Sensus horum versuum est: „Fa ut aedificentur muri Jerosolymae; tunc scilicet i. e. restaurata Urbe — impone iuvencos altari Tuo“, i. e. restaurabuntur sacrificia consueta. —

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. In finem. Psalmus David,	1. Præfecto musicæ. Psalmus David
2. cum venit ad eum Nathan Propheta, quando intravit ad Bethsabee.	2. cum venisset ad eum Nathan pr pheta, postquam ingressus fuerat (Davide ad Batsebam (II. Sam. cap. 11 et 12
3. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam: et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.	3. Miserere mei, Deus, secundum gr tiam Tuam. secundum magnitudinem miser cordiæ Tuæ dele delicta mea
4. Amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me.	4. Perfecte lava me a culpa mea, et a peccato meo emunda me!

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium et lætitiam, et exultabunt ossa humiliata.
Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis.
Ne projicias me a facie tua, et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi lætitiam salutaris tui,
et spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas,
et impii ad te convertentur.
Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ: et exultabit lingua mea iustitiam tuam.
Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam,

5. Nam delicta mea ego agnosco,
et peccatum meum coram me est continuo!
6. Tibi, soli Tibi peccavi,
et quod malum est in oculis Tuis, feci;
manifestetur iustitia sententiæ Tuæ
et puritas iudicii Tui!
7. Ecce cum culpa natus sum,
et peccato infectum concepit me mater mea!
8. Ecce delectaris sinceritate in præcordiis:
doce me ergo illam perfectionem internam!
9. Expia me hyssopo, ut purus evadam,
lava me, ut præ nive albescam!

10. Audire me fac consolationem lætam,
exultabunt ossa, quæ contrivisti.

11. Obvela faciem Tuam a peccatis meis,
et omnes culpas meas dele!
12. Cor mundum crea mihi, o Deus!
et spiritum firmum renova intra me!
13. Ne rejicias me a facie Tua,
et spiritum Tuum sanctum noli auferre a me!
14. Restitue mihi lætitiam de auxilio Tuo,
et confirma animum meum promptum!
15. Docebo sceleratos vias Tuas,
et peccatores ad Te convertentur.
16. Libera me a culpa effusi sanguinis,
o Deus, Deus salvator meus!
iubilando celebrabit lingua mea iustitiam Tuam!
17. Domine, aperi labia mea,
et os meum annuntiabit laudem Tuam!

18. quoniam, si voluisses sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis.	18. Nam hostiis non delectaris, — alioquin eas offerem, holocaustum non desideras.
19. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.	19. Hostiæ Deo gratæ sunt — spiritus contritus, cor contritum et fractum, o Deus, non spernis. —
20. Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Jerusalem.	20. **B**enefac ex benevolentia Tua Sioni! ædifica muros Hierosolymorum!
21. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.	21. Tunc delectaberis sacrificiis legitimis, holocausto et sacrificio perfecto: tunc imponent iuvencos altari Tuo.

in finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.

psalmus David = psalmus Davidis; vide psl. 3, 1.

add. v. 3. **secundum magnam misericordiam tuam** = secundum gratiam tuam; vide psl. 5, 8. — „*magnam*“ addit Vulgata iuxta LXX.

multitudo miserationum = magnitudo misericordiæ; vide psl. 5. 8.

add. „**et**“ addit Vulgata iuxta LXX.

dele iniquitatem meam collective pro: dele delicta mea; (b. Hieron. „iniquitates meas“). —

v. 4. **amplius**; i. e. iterum atque iterum = perfecte.

v. 5. **cognosco iniquitatem meam** = agnosco delicta mea.

contra me est = coram me est; hebr. נֶגְדִּי (negdi); confer 43, 16.; LXX. vertit: ἐνώπιόν μου. confer 108, 15.

omis. v. 6. **tibi soli peccavi**; textus masoreticus habet: „*Tibi, Tibi soli peccavi*“. — „*Tibi*“ una vice omisit Vulgata iuxta LXX.

ut iustificeris in sermonibus tuis; i. e. confiteor me pecasse. — ut *iusta* appareat sententia tua; seu *ut manifestetur iustitia sententiæ tuæ*, ut textus masoreticus habet. — **iustificor** = iustus invenior. — **sermones** = sententia „iudicis“; genus et species.

et vincas cum iudicaris; i. e. confiteor me pecasse, ut quisque agnoscat. te iuste iudicasse, seu *purum fuisse iudicium tuum*, ut textus masoreticus habet. — Sensus est idem: „Confiteor peccata mea, ut pateat mundo, iudicium tuum esse iustum. Alexandrinus sumsit hebraicum זָכָה (zakâ) significatione eiusdem verbi *syriaci* „vicit“.

ecce enim; ponit Vulg. iuxta LXX. pro simplici: „*ecce*“; idem in v. 8ᵒ.

v. 7. **in iniquitatibus** = *cum* culpa; hebraica voce עָוֹן (ʿavon) significatur:

1. *perversitas*; inde *peccatum, crimen, culpa.*

2. nonnunquam *pœna* peccati, *calamitas, miseria*; v. c. 30, 11. ubi Vulgata vertit: „*paupertas*“. — *in* = cum; vide psl. 3, 3.

in peccatis concepit me mater mea = peccato infectum concepit me mater mea; doctrina de peccato originali clare prædicatur.

v. 8. **veritas**: scilicet in agendo = sinceritas.

incerta = abscondita, ut b. Hieron. vertit. — *Absconditum*, occultum atur Hebræis omne „*internum*“, res interna, uti — *renes*, *præcordia*. — Eadem vox hebraica בְּטֻחֹת (b'tuchot) occurrit adhuc semel in A. T. uidem in libro Iob. 38. 36., ubi Vulgata vertit „*in visceribus*“: „Quis uit *in visceribus* hominis sapientiam? — All.: „Wer legte Weisheit in des nſchen Inneres?“ — Eandem significationem etiam hic loci habet. — Vox „*incerta*“ pertinet insuper ad I. hemistichium et non ad secun-; vide Rgl. 6. pag. 16.

His præmissis patet versio: *ecce enim diligis sinceritatem in præcordiis* delectaris sinceritate in præcordiis. — Du liebſt ein aufrichtiges Herz = rillſt, daß der Menſch in ſeinem Innern aufrichtig ſei; Ty zalíbení máš přímném srdci.

occulta = interna; **occulta sapientiae** = interna sapientia; confer: um sapientiæ est timor Domini: „*sapientia*“ est ergo „*vera et sincera iositas*“; in praxi autem *perfectio moralis*. — „*Occulta sapientiæ*“ est : „interna perfectio“; — die innere Vollkommenheit; vnitřní dokonalosť.

manifestasti mihi: Græc. LXX. legit fors in codice suo Perfectum Futuro: *manifestabis mihi* = notum facies mihi = docebis me = doce inde patet versio II. hemistichii „doce me ergo illam perfectionem rnam“. —

v. 9. **asperges me hyssopo** = expia me: aspersio enim fiebat in n mundationis, expiationis. — Vates sacer alludit ad ritum, quo im-di ex Lege purificabantur: aspersorium erat manipulus hyssopi.

et mundabor = ut purus evadam: vide Rgl. 3. pag. 16.

v. 10. **auditui meo dabis** = facies me audire = fac me audire: Hieron. „auditum mihi facies gaudium“): in hebraico est *hiktil*, forma *ativa* verbi „audire“ = „facio ut audiat“ — facio eum audire. —

gaudium et laetitiam; est hendiadis pro: „consolationem — lætam“; psl. 9, 5. Rgl. 24.

ossa humiliata: scilicet a te; = ossa, quæ contrivisti; b. Hieron. registi; „*humiliare*“ = affligere; vide psl. 9^2, 10. — *humiliare ossa* = *conterrere*.

v. 11. **averte faciem tuam** = obvela faciem tuam: sensus est idem: non conspicitur, si quis faciem suam ab ea avertit, vel si velo denso em suam tegit.

iniquitates meas dele = culpas meas dele: in culpa enim malitia ati sita est — eā fit peccatum formale.

v. 12. **in visceribus meis** = in interno meo = intra me.

v. 14. **redde mihi laetitiam** = restitue mihi lætitiam.

laetitiam salutaris tui = lætitiam de auxilio tuo: de „*salutare*“ psl. 9, 16.

spiritu principali confirma me (b. Hieron. „spiritu potenti“) = rma animum meum promptum.

spiritus = animus; hebr. רוּחַ (ruach) et לֵב (leb) i. e. „*cor*“ sunt nima. — **principalis** = promptus.

Hebraïca vox נָדִיב (nadib) significat:

1. „*voluntarius*, *promptus*“, πρόθυμος, ut etiam LXX. et Vulgata vertunt Par. 28, 21. πᾶς πρόθυμος ἐν σοφίᾳ — „*et parati sunt*“ — All.: ſie ſind

bereit. — in II. Par. 29, 31. καὶ πᾶς πρόθυμος τῇ καρδίᾳ = „*mente devota*“. Confer etiam: Matth. 26, 41. πνεῦμα πρόθυμον = „spiritus *promptus*“; — Marc. 14, 38.: πνεῦμα πρόθυμον = „spiritus *promptus*“.

2. *sponte dans;* inde

3. *nobilis, ingenuus* — quoad „mores“. Hæc vox transfertur dein

4. ad *generis nobilitatem* et denotat tamquam substantivum — *principem* v. c. in psl. 107, 40.; 113, 8.; 118, 9. (hebr.) — in malam partem — *tyrannum;* v. c. Iob. 21, 28. Is. 13, 2. — Ergo a notione „*animi prompti* et *liberalis*“, significatio vocis translata est ad — *generis nobilitatem;* inde explicatur versio LXX. hic loci: πνεύματι ἡγεμονικῷ et Vulgatæ: „*spiritu principali*“ pro — „*animo prompto*“.

v. 16. **de sanguinibus** = a culpa effusi sanguinis; — plurali מִדָּמִים (damim) Vulgata „*sanguines*“ dicuntur in hebraico — „guttæ sanguinis“ — „sanguis effusus“, et quidem per nefas = *cædes.*

Deus salutis meae = Deus salvator meus; vide psl. 17, 47.

add. **et exultabit;** „et“ addit Vulgata (non LXX.).

v. 18. **holocaustis non delectaberis** = holocaustum non desideras.

v. 19. **sacrificium Deo**; scilicet gratum est —

spiritus contribulatus = spiritus contritus.

cor humiliatum = cor fractum.

v. 20. **in bona voluntate tua** = ex benevolentia tua; *in* = ex. vide psl. 17, 8. Rgl. 36.

v. 21. **sacrificium iustitiae**; singularis collectivus = sacrificia legitima; vide psl. 4, 6. et psl. 4, 2. Rgl. 11.

acceptabis; scilicet cum delectatione; i. e. delectaberis.

vitulos = iuvencos; vide psl. 21, 13. — „*Vitulus*“ („*vitula*“) expleto *primo* ætatis anno Latinis vocari incipit — „*iuvencus*“ („*iuvenca*“); non semper tamen discrimen id observatur, et pro „*iuvencus*“ ponitur — „*vitulus*“. v. c. Virgil. G. 4. 299. „Tum vitulus *bima* curvans iam cornua fronte“. Confer etiam Virgil. Ecl. 3, 29., ubi iuvenca etiam post partum („binos alit ubere fetus“) appelatur „*vitula*“.

PSALMUS 51. (hebr. 52.)

Lingua dolosa poenam non effugiet.

Argumentum et auctor. — Auctor hujus psalmi — David — invehitur in calumniatorem Idumaeum, nomine Doëg, et spem suam in Dei gratiam reponit.

Occasio. — Psalmum hunc exaravit David in memoriam eorum, quae in I. Sam 21, 8 et 22, 6. — 23. narrantur; cum nempe satellites regis Sauli recusassent extendere manus suas in sacerdotes Domini innocentes; irruit Doëg in eos et trucidavit in die illa octoginta quinque viros vestitos ephod lineo.

Nota. In finem rectae interpretationis vide dicta de psalmis imprecatoriis pag. 11—13.

Textus Vulgatae.

In finem, intellectus David,

cum venit Doëg Idumæus, et nuntiavit Sauli: Venit David in domum Achimelech.

Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?

Tota die injustitiam cogitavit lingua tua: sicut novacula acuta fecisti dolum.

Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis, quam loqui æquitatem.

Dilexisti omnia verba præcipitationis linguâ dolosa.

Propterea Deus destruet te in finem, evellet te, et emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viventium.

Videbunt justi, et timebunt, et super eum ridebunt, et dicent:

Ecce homo, qui non posuit Deum adjutorem suum:

sed speravit in multitudine divitiarum suarum, et prævaluit in vanitate sua.

Ego autem, sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei in æternum, et in sæculum sæculi.

Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti: et exspectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ. — Carmen Davidis,
2. cum venisset Doëg, Idumæus, et nuntiasset Saulo dicens: Venit Davides in domum Achimelechi.
3. Quid gloriaris malitiā — tyranne? gratia Dei omni tempore viget.
4. Res perniciosas meditatur lingua tua,
   dolose agens instar novaculæ acutæ.
5. Malum magis amas, quam bonum, mendacium magis quam loqui rectum. (sela.)
6. Amas verba perniciosissima quæque, o lingua fraudulenta!
7. Etiam te destruet Deus in perpetuum,
   corripiet te et evellet te ex tentorio, eradicabit te ex terra viventium. (sela.)
8. Et justi videbunt id et timebunt, istumque deridebunt.
9. „En, virum qui non fecit Deum — præsidium suum,
   sed fiduciam collocavit in multitudine divitiarum suarum, valuit pravitate sua“!
10. Ego vero sum, ut olea virens in domo Dei,
    fiduciam colloco in gratia Dei semper et perpetuo.
11. Celebrabo Te in perpetuum, quod id fecisti,
    et confidam nomini Tuo, quoniam est beneficum,
    — coram piis cultoribus Tuis.

in finem i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
intellectus David = carmen Davidis: vide psl. 41, 1.
v. 3. **in malitia** = malitiā; de „**in**“ instrum. vide psl. 2, 9. Rgl. 7.
qui potens es in iniquitate = tyranne.

omis. v. 3tii pars II. textus hebraici *„gratia Dei omni tempore viget“* in Vulgata et LXX. deest.

v. 4. **fecisti dolum** = agis dolose; de Accusativo adverbiali vide psl. 11, 3. Rgl. 31.

v. 5. **dilexisti malitiam** = amas malum (= b. Hieron.);

super benignitatem = magis quam bonum; de comparativo vide psl. 4, 7. 8. Rgl. 13. — ***benignitas*** = bonum (= b. Hieron.).

iniquitas; pro: „mendacium“ (= b. Hieron.); genus pro specie.

loqui aequitatem = loqui rectum, iustum.

v. 6. **verba praecipitationis** = verba perniciosissima; *„præcipitare aliquem“* = pronum deiicio, præcipitem ago, in præceps propello = perdo confer: ***præcipitium*** = locus præceps.

Verba præcipitationis (in Latino genitivus qualitatis) sunt verba — seu res, quibus intenditur pernicies proximi = res perniciosæ; (b. Hieron „verba ad devorandum“); „devorare aliquem“ denotat: „perdere eum“; — de voce *„verbum“*, hebr. *„dabar“* vide psl. 40, 9.

v. 7. **propterea**; pro: „etiam“; in textu hebraico est ם֗ (gam).

in finem = in perpetuum, in æternum; vide psl. 9, 7.

emigrabit te; est transitive sumendum = faciet te emigrare = evellet te (= b. Hieron.).

radicem tuam; scilicet evellet; i. e. eradicabit te (= b. Hieron.)

v. 9. **adiutor** = præsidium; concretum et abstractum.

praevaluit; pro simplici: „valuit“; vide Rgl. 5. pag. 16.

in vanitate sua = pravitate sua; b. Hieron. „in insidiis suis“: — *vanitas* = pravitas; vide psl. 5, 10.; de *„in“* instrum. vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

v. 10. **fructifera** = virens (= b. Hieron.).

misericordia = gratia; vide psl. 5, 8.

v. 11. **confitebor tibi** = celebrabo te; vide psl. 6, 6.

in saeculum = in perpetuum.

quia fecisti = quod (ὅαξ, že) fecisti; scilicet — *id;* obiectum, quod facile intelligitur, sæpe omittitur; vide psl. 20, 5. Rgl. 41.

exspectabo nomen tuum = confidam nomini tuo; „exspecto“ *(bonum* = spero, confido; inde *exspectatio* = spes; psl. 118, 116; „exspecto“ *(malum* = timeo; vide psl. 86, 21.

bonum = beneficum; genus et species. —

in conspectu = coram; vide Rgl. 4. pag. 16.

sanctus = cultor pius; vide psl. 4, 4.

Nota. Hebr. *„sela“* (vide psl. 3, 3.) post v. 5. et 7. Vulgata non vertit. LXX. habet „διάψαλμα“, b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 52. (hebr. 53.) = 13. (hebr. 14.)

Mundus malus.

Psalmus hic ejusdem est argumenti cum psalmo 13.tio (hebr. 14to), etur recentior esse illius — variatio. — Loco „Jehova („Dominus“) in us 2. 4. (Vulg. 5.) 7., ponitur hic „Elohim“ (Deus) in versibus 2., 5.. 3. 6.) 7. — Quod cetera attinet, vide psl. 13. (hebr. 14.tum).

Textus Vulgatae.

finem; pro Mæleth intelli-
entiæ David.
ixit insipiens in corde suo:
on est Deus.
orrupti sunt, et abominabiles
cti sunt in iniquitatibus:
on est, qui faciat bonum.
eus de cœlo prospexit super
ios hominum, ut videat, si
t intelligens, aut requirens
eum.
mnes declinaverunt, simul
utiles facti sunt: non est,
ui faciat bonum, non est
sque ad unum.
onne scient omnes, qui ope-
ntur iniquitatem, qui devo-
nt plebem meam, ut cibum
anis?
eum non invocaverunt:
ic trepidaverunt timore, ubi
on erat timor.
uoniam Deus dissipavit ossa
rum, qui hominibus placent:
nfusi sunt, quoniam Deus
revit eos.
uis dabit ex Sion salutare
rael?
Cum converterit Deus cap-
vitatem plebis suæ, exultabit
acob, et lætabitur Israël.

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ; — in fidibus (machalat). Carmen Davidis.
2. **D**icit stultus in corde suo: „Non est Deus,“
   Perditi sunt et abominandi ob improbitatem,
   non est, qui faciat bonum.
3. **D**eus de cœlis despicit in homines, ut videat, num quis exstet sapiens, qui quærat Deum.
4. Omnes recesserunt — ad unum corrupti sunt;
   non est, qui faciat bonum, non est vel unus.
5. „**N**umquid insaniunt malefici isti, qui vorant populum meum, — vorant instar panis,
   Deum non invocant?“
6. **I**bi contremiscent pavore, pavore nequaquam simplici;
   nam Deus dispersit ossa eorum, qui te vexabant;
   Pudore affecisti eos, nam Dominus eos rejecit.
7. **U**tinam veniret ex Sione salus Israëlis!
   Si reduxerit Deus captivos populi sui,
   exultabit Jacob, lætabitur Israël.

in finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
Maeleth; sic vertit Vulgata iuxta Græc. LXX. hebraicum „*machâlat*“ quo absque dubio designatur singularis forma fidium — sicut voce „š'minit“ in psl. 6, 1. — In psl. 87, 1., ponit Vulgata iuxta LXX. „*mahelet*“. —
intelligentiae David = carmen Davidis. Loco „*intellectus*“ utitur Vulgata hic loci voce „*intelligentiæ*“; in hebraico est „maskil,“ de qua vide psl. 31, 1.

Versus 2^di partem I. trahit Vulgata (non LXX.) ad v. 1^mum.

v. 2—5. vide dicta ad psl. 13, 1—5.

Versus 5^ti partem III. trahit Vulgata (non LXX.) ad v. 6^tum.

v. 6. **quoniam** = nam; hebr. כִּי (ki).

qui hominibus placent; i. e. qui hominibus terrenis placere studebant vexando pios Dei cultores. — Eundem sensum fundit textus masoreticus, qui habet: „*nam Deus dispersit ossa eorum, qui te vexabant*“.
confusi sunt; scilicet a te, o Israël; = pudore affecisti eos, Israël. — **confundor** = pudore afficior; vide psl. 24, 2. — **sperno** = reiicio.

v. 7. vide dicta ad psl. 13, 7.

PSALMUS 53. (hebr. 54.)

Oratio persecutionem patientis.

Auctor, argumentum et occasio. Auctor hujus psalmi — David — in angustiis constitutus proditione Ziphensium, implorat opem Dei, eamque certissime exspectat; dein spondet se Deo gratias acturum esse.

Davidem prodiderunt Ziphenses bina vice: ut scriptum est in I. Sam. 23, 19 . . . . et 26, 1. — Utrum prima vel vero secunda proditio occasionem praebuit huic psalmo, determinari nequit. —

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem; in carminibus, intellectus David,	1. Præfecto musicæ; — fidibus canendum. Carmen Davidis,
2. cum venissent Ziphæi, et dixissent ad Saul: Nonne David absconditus est apud nos?	2. quum venissent Ziphenses et dixissent Saulo: „Davides latitat apud nos.“
3. Deus in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua judica me.	3. O Deus, nomine Tuo libera me et potentiâ Tua age causam meam.
4. Deus, exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei.	4. O Deus, audi orationem meam, ausculta verbis oris mei!

Quoniam alieni insurrexerunt
adversum me, et fortes quæ-
sierunt animam meam: et non
proposuerunt Deum ante con-
spectum suum.
Ecce enim, Deus adjuvat me,
et Dominus susceptor est ani-
mæ meæ.
Averte mala inimicis meis, et
in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, et
confitebor nomini tuo, Domine,
quoniam bonum est:
quoniam ex omni tribulatione
eripuisti me, et super inimicos
meos despexit oculus meus.

5. Nam alieni surgunt contra me,
et violenti appetunt vitam meam,
non ponunt Deum ante oculos suos!
(sela.)
6. En, Deus est adjutor mihi,
Dominus sustentat eos, qui susten-
tant vitam meam!
7. Malum istud retribuet Ipse insidia-
toribus meis;
Per fidem Tuam excinde eos!
8. Lubenti animo sacrificabo Tibi,
celebrabo nomen Tuum, quoniam be-
nignum est;
9. nam ex omni calamitate eripuit
me,
et oculus meus cum voluptate in-
tuetur — hostes meos.

in finem i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
in carminibus = fidibus canendum; vide psl. 4, 1.
intellectus David = carmen Davidis; vide psl. 31, 1.
v. 2. **in nomine — in virtute** = nomine — potentiā; de „**in**“ in-
mentali vide psl. 2, 9. Rgl. 7.
iudica me = age causam meam; vide psl. 25, 1.
v. 5. **insurgo** = pro simplici surgo; vide Rgl. 5. pag. 16.
fortes; scilicet sensu *malo* = violenti.
quærere animam alicuius = appetere vitam alicuius; vide psl. 34, 4.
propono; pro simplici pono; vide Rgl. 5. pag. 16.
v. 6. **Dominus susceptor est animae meae** = Dominus tuetur
ergo idem, quod in I. hemistichio: „Deus adiuvat me“. Textus he-
us potest verti vel: „Dominus est *inter eos* (i. e. *unus ex iis*), qui
ntant vitam meam“, i. e. „Dominus sustentat vitam meam“; vel vero:
is est *cum iis* (i. e. *tuetur eos*), qui sustentant vitam meam“. Stante
versione dicit sacer vates: „Dominus tuetur“ non tantum me, sed
n eos, qui me adiuvant. — Sensus manet, quoad rem, idem; salus
Davidis a salute sociorum separari nequit.
v. 7. **averte mala inimicis meis**, est dictio prægnans pro: averte
mala, quæ inimici mihi parant, et verte ea ad eos. — In textu ma-
ico est *Futurum*; secundum Vulgatam *precatur* vates; secundum textum
reticum — *sperat;* res manet eadem, nam spes oratione excitatur
vetur.
in veritate tua = per fidem tuam; vide psl. 35, 6.
in = per; vide psl. 5, 8.
v. 8. **voluntarie** = lubenti animo; vide psl. 1, 2. „voluntas“.
„**Domine**“ addit Vulgata iuxta LXX. add.

bonum = benignum; genus et species; confer psl. 51, 11.

v. 9. **eripuisti**; textus masoreticus habet: *„eripuit“*; sensus est idem.

super inimicos meos despexit oculus meus = hostes meos cum voluptate intuetur oculus meus; **despicio** = specto de sursum = specto cum voluptate intueor; confer psl. 91, 12.

Nota. Hebr. *„sela“* (vide psl. 3, 3.) post v. 5. Vulgata non vertit, LXX. habet διάψαλμα, b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 54. (hebr. 55.)

Oratio proditi — ab amico.

Auctor et argumentum. Auctor hujus psalmi — David — in summa versans discrimine optat, ut in deserta fugere posset (v. 2.—9.); — describit deplorandum statum Urbis plenae violentia, rixis, oppressione et fraude (v. 10.—12.); - conqueritur de perfidia amici — absque dubio Achitofelis (v. 13.—15.) — et praesagit exitium factiosorum (v. 16.). Dein contestatur spem suam de auxilio divino, et repetit querelas de perfido amico, nec non tristem adversariorum finem.

Tempus. Psalmum hunc exaravit - David - erumpente Absalonis conspiratione, de qua refert II. Sam. in cap. 15.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem; in carminibus, intellectus David.	1. Præfecto musicæ; — fidibus canendum. Carmen Davidis.
2. Exaudi, Deus, orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam:	2. Audi, o Deus, orationem meam, et ne abscondas Te a supplicatione mea,
3. intende mihi, et exaudi me. Contristatus sum in exercitatione mea: et conturbatus sum	3. attende ad me et exaudi me! In sollicitudine mea circumvagor et tumultuor
4. a voce inimici, et a tribulatione peccatoris. Quoniam declinaverunt in me iniquitates, et in ira molesti erant mihi.	4. ob vocem hostis et propter oppressionem improbi, nam obruunt me calamitate, et animo ira æstuante infestant me.
5. Cor meum conturbatum est in me, et formido mortis cecidit super me.	5. Cor meum torquetur doloribus in pectore meo, et terrores mortis me percellunt.
6. Timor et tremor venerunt super me, et contexerunt me tenebræ:	6. Timor et tremor me invadit, et horror operit me.

et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo, et requiescam?
Ecce, elongavi fugiens, et mansi in solitudine.
Expectabam eum, qui salvum me fecit a pusillanimitate spiritus, et tempestate.
Præcipita, Domine: divide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem, et contradictionem in civitate.
Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus iniquitas, et labor in medio ejus,

et injustitia. Et non defecit de plateis ejus usura et dolus.

Quoniam, si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique.
Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.
Tu vero, homo unanimis, dux meus, et notus meus,
qui simul mecum dulces capiebas cibos:
in domo Dei ambulavimus cum consensu.
Veniat mors super illos, et descendant in infernum viventes:

quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.
Ego autem ad Deum clamavi, et Dominus salvabit me.
Vespere, et mane, et meridie narrabo et annuntiabo:
et exaudiet vocem meam.

7. Hinc dico: „Utinam essent mihi alæ instar columbæ!
avolarem, ut habitarem securus;
8. en, longissime fugerem,
commorarer in deserto! (sela)
9. celeriter fugerem ad refugium meum
ante ventum rapidum — ante procellam.
10. Absorbe, o domine, divide linguam eorum,
video enim violentiam et rixam in urbe!
11. Diu noctuque circumeunt eam in muris ejus,
in ipsa vero sunt calamitas et ærumnæ.
12. Mera pernicies invaluit in ea,
et oppressio et fraus non recedit a platea ejus.
13. Non enim hostis est, qui probris me afficit, alioquin ferrem ea;

non osor meus est, qui contra me fastuose agit, —
alioquin abscondere me possem ab eo.
14. Sed tu es ille, vir mihi æqualis;
socius meus et familiaris meus;
15. dulci enim familiaritate una conjuncti eramus,
et in domum Dei in populi frequentia ibamus.
16. Utinam superveniat illis subito exitium!
Utinam descendant in orcum — viventes,
nam iniquitas tantum est in domo eorum — in pectore eorum!
17. Ego vero ad Deum clamabo,
et Dominus exaudiet me.
18. Vespere et mane et meridie querar et ingemiscam,
et Ipse audiet gemitum meum.

19. Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi, quoniam inter multos erant mecum.

19. Ipse gratiose liberabit animam meam, ne appropinquent ad me, nam magno numero sunt circa me.

20. Exaudiet Deus, et humiliabit illos, qui est ante sæcula. Non enim est illis commutatio, et non timuerunt Deum:

20. Audiet Deus et humiliabit eos, nam ille regnat ab æterno; (sela) quoniam ii mentem suam non mutant, et Deum non timent.

21. extendit manum suam in retribuendo. Contaminaverunt testamentum ejus:

21. Infert manus suas amicis suis, profanat fœdus suum.

22. divisi sunt ab ira vultus ejus, et appropinquavit cor illius. Molliti sunt sermones ejus super oleum; et ipsi sunt jacula.

22. Læves sunt sermones oris ejus dulces, et tamen bellum est in corde ejus. verba ejus sunt leniora oleo, et tamen sunt illa — gladii stricti.

23. Jacta super Dominum curam tuam, et ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem justo.

23. Committe Domino sortem tuam, et Ipse sustentabit te; nam in æternum non concedet, ut nutet probus.

24. Tu vero, Deus, deduces eos in puteum interitus. Viri sanguinum, et dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te, Domine.

24. Et Tu, o Deus, detrudes eos in foveam perniciei, viri sanguinolenti ac fraudulenti dimidiam vitæ partem non attingent; ego vero fiduciam colloco in Te!

in finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
in carminibus = fidibus canendum; vide psl. 4, 1.
intellectus David = carmen Davidis; vide psl. 31, 1.
v. 2. **exaudi**; pro simplici: audi; vide Rgl. 5. pag. 16.
ne despexeris deprecationem meam (All.: „Schaue nicht weg von meinem Flehen") = ne abscondas Te a supplicatione mea.
intende mihi = attende ad me; vide psl. 5. 3. (b. Hier.: „attende").
v. 3. **exercitatio** = sollicitudo (b. Hieron. „meditatio"); confer psl. 76, 4. „*exercitor*" = exercito me = meditor.
v. 4. **a voce . . . a tribulatione** = ob vocem, . . . propter oppressionem; vide psl. 5, 11. Rgl. 19. — de „*tribulo*" confer psl. 105, 11. 42.
declino = deorsum flecto; significatio est causativa; vide psl. 16, 11. = *declino calamitatem in aliquem* = obruo eum calamitate.
iniquitates; i. e. calamitates, quæ iniquitate intendebantur.

in ira = irā = animo irā æstuante; vide psl. 2, 9. Rgl. 7.
molesti erant mihi; pro: infestant me; b. Hieron.: „adversabantur
; effectus pro causa.
v. 5. **cor meum conturbatum est** = cor meum torquetur doloribus,
essit; vide psl. 30, 10.; (b. Hieron. „doluit").
in me = in pectore meo; b. Hieron. „in vitalibus meis".
v. 6. **tenebrae**; pro: horror; causa pro effectu.
v. 7. **et dixi** = hinc dico; vide Rgl. 3. pag. 16.
„quis dabit mihi pennas" = utinam essent mihi pennæ! — de
nscriptione Optativi vide psl. 13, 7. Rgl. 34.
v. 8. **elongavi fugiens** = longissime fugerem; vide psl. 30, 3. Rgl. 46.
v. 9. **expectabam eum, qui salvum me fecit** = celeriter fugerem
fugium meum. — *exspecto* = spero, confido (vide psl. 51, 11.); hic
ro: *„fugio"*; causa pro effectu; *„salvator meus"* et „refugium meum"
denotare, in patulo est.
a pusillanimitate spiritus = ante ventum rapidum; (b. Hieron:
iritu tempestatis et turbinis").
Hebr. רוּחַ (ruach) denotat et *spiritum* et *ventum*.

Hebr. סַעַה (so'a) semel tantum occurrit; denotat idem, quod ara-
„sa'aja", = *„cucurrit"*, quod etiam de procellis adhibetur: *„ruach*
est — ventus currens = ventus rapidus.
pusillanimitas spiritus = ventus, qui homines reddit rapiditate sua
nimes = ventus rapidus. — **tempestas** = procella; Sturm, bouře.
v. 10. **praecipita** = absorbe, perde; vide psl. 51, 6.
iniquitas = violentia; genus pro specie.
contradictio = rixa; vide psl. 17, 44.; 30, 21.
v. 11. **circumdabit eam**; scilicet *„inimicus"* sensu collectivo (v. 4.)
ro *„iniquitas"* i. e. iniqui, improbi = circumeunt eam; vide psl. 25, 6.
super muros eius = in muris eius; *„super"* = „in."
in medio eius = in ipsa; vide psl. 22, 4.
iniquitas; pro: calamitas; causa pro effectu; hanc II. hemistichii
trahit Vulgata tamquam Subiectum ad I^{mum}; vide Rgl. 6. pag. 16.
labor = ærumnæ; vide psl. 24, 18; 9^{2}, 14.
v. 12. **et iniustitia**; scilicet est vel invaluit; vide Rgl. 2. pag. 16.
Quia in hebraico est pluralis nominis abstracti, vertendum est: „mera
ies invaluit in ea"; de hebr. הַוּוֹת (havvot) vide psl. 5, 10. Rgl. 18.,
ulgata vertit: „vanum".
in ea; omisit Vulgata iuxta LXX. omis.
usura; pro: oppressio (b. Hieron. „damnum"); causa pro effectu.
non defecit de plateis = non recedit a plateis (= b. Hieron.).
v. 13. **inimicus**; scilicet manifestus.
abscondissem me = abscondere me possem; vide psl. 5, 8. Rgl. 16.
v. 14. **homo unanimis** = vir mihi æqualis; All.: „mein Gleichge-
". — Chaldæus nominat expresse - Achitofelem: „Sed tu, Achitofel,
nilis mihi".
dux = socius; Chaldæus: *præceptor, qui docuisti me"*.
notus = familiaris; confer 87, 19.
qui simul mecum dulces capiebas cibos; i. e. qui eras dulcis var.
aris meus — ad mensam; idem sed generalius dicit textus masore-

ticus verbis: „dulci familiaritate una coniuncti eramus“; b. Hieron.: „qu simul habuimus dulce secretum“. —

Græcus LXX. legit fors in codice suo סָעוֹד (s''od); i. e. *ferculum;* pro masoretico סוֹד (sod) i. e. *colloquium familiare.* Diversitas ergo orta est elisione literæ gutturalis ע (ajin).

in domo = in domum; vide psl. 7, 12. Rgl. 21.

cum consensu; i. e. cum consentientibus = in frequentia popul

v. 16. **mors** = exitium. — **nequitiae** = nil, nisi iniquitas.

in medio eorum = in pectore eorum.

v. 18. **narrabo** = querar; **annuntiabo** = ingemiscam; (b. Hieron „resonabo“); **exaudiet vocem** = audiet gemitum; genus pro specie.

v. 19. **in pace** = gratiose; vide psl. 4, 9.

inter multos (LXX. ἐν πολλοῖς) **erant** = multi erant (= b. Hieron. magno numero erant.

mecum = circa me; b. Hieron. „adversum me“.

v. 20. **est ante saecula** = regnat ab æterno; b. Hieron. „qui iude est ab initio“.

non est illis commutatio = non est illis mutatio; scilicet menti = ii mentem suam non mutant. All.: „sie ändern sich nicht“.

v. 21. **in retribuendo**; i. e. in tribuentes = in benefactores suo = in amicos suos; b. Hieron. „ad pacifica sua“; — *retribuo;* pro simplici: tribuo i. e. benefacio; vide psl. 7, 5.; „*retributio*“ = beneficium gratia; psl. 102, 2.

contaminaverunt testamentum eius = profanat fœdus suum, i. e turpiter rumpit vinculum amicitiæ; scilicet unus quisque eorum, qui mentem suam non mutant (v. 20.); (b. Hieron. „contaminat pactum suum“) vid psl. 17, 31. Rgl. 37.

v. 22. differt Vulgata ad textu masoretico, qui idem ac b. Hier. dici

var. **divisi sunt ab ira vultus eius**; textus masoreticus habet: „Læve sunt sermones oris eius dulces“; b. Hieron. „nitidus butyro os eius“.

Græc. LXX. sumpsit hebr. חָלַק (chalak) = 1. „glaber, lævis fuit“ 2. „divisit“ — significatione *„dividendi“* et loco:

מַחְמָאוֹת (mach^{a}maot); i. e. *„sermones dulces“* —

legit: מֶחֱמַת (mech^{a}mat) i. e. *„ab ira“.*

vultus = os; hebraicum פֶּה (fe) i. e. „os“, vertit Alexandrinus non nunquam „πρόσωπον“ v. c. psl. 17, 9. (Vulg. „facies“); Prov. 2, 6. (Vulg. „os“

var. **appropinquavit cor illius**; textus masoreticus habet: „et tame bellum est in corde eius“.

Græcus LXX. legit: קָרַב (karab); i. e. „appropinquavit“;

loco masoretici: קְרָב (k'rab); i. e. „bellum“. Sensus est quoa essentiam idem: cor et actiones eorum non concordant.

molliti sunt super oleum; i. e. sunt molliores, seu leniores olec de „Comparativo“ vide psl. 4, 8. Rgl. 13.

iacula; in textu masoretico: „gladii stricti“; alia armorum specie

v. 23. **iacta super Dominum curam tuam** = committe Domin curam de sorte tua = committe Domino sortem tuam.

iacto (b. Hieron. „proiicio“) = committo.

non dabit in aeternum fluctuationem iusto = in æternum non
let, ut nutet probus. — *Do fluctuationem alicui* = concedo, ut nutet quis.
. 24. **puteus interitus** = fovea perniciei.
vir sanguinum = vir sanguinolentus; vide psl. 5, 7. Rgl. 15.
non dimidiabunt dies suos = dimidiam vitæ partem non attingent.
= vita; vide psl. 20, 4.
Nota. Hebr. „sela" (vide psl. 3, 3.) post v. 8. et 20. Vulgata non
— LXX. habet: διάψαλμα — b. Hieron. „semper".

PSALMUS 55. (hebr. 56).

Consolatio fugientis.

Auctor et argumentum. Auctor huius psalmi — David — in aversans, implorat Dei auxilium. Deo animatus celebrat providentiam n, omnem fiduciam collocans in Deo, qui bene novit miserias, quas ab toribus patitur. Dein spondet, se quondam liberatum vota sua, Deo facta, ersoluturum.

Tempus. Iuxta inscriptionem refertur exaratio psalmi huius ad tempus, avid fugit ex aula Sauli et venit Gatham in Philistaea, de qua refert . 20, 10.—21, 1.

Textus Vulgatæ.

finem, pro populo, qui a
nctis longe factus est; Da-
d in tituli inscriptionem, cum
nuerunt eum Allophyli in
eth.
iserere mei Deus, quoniam
nculcavit me homo: tota die
pugnans tribulavit me.
nculcaverunt me inimici mei
ta die, quoniam multi bel-
ntes adversum me.
altitudine diei timebo: ego
ro in te sperabo.

Deo laudabo sermones me-
, in Deo speravi:
non timebo, quid faciat mihi
ro.

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ; ad modum: „Columba muta in terebintis remotis." Carmen aureum Davidis, cum comprehendissent eum Philistæi Gathæ.

2. **M**iserere mei, o Deus, nam homines
inhiant mihi,
tota die opprimunt me adversarii!
3. Tota die inhiant insidiatores mihi,
nam multi impugnant me insolenter.

4. **Q**uocunque tempore invadit me timor,
ego in Te fiduciam colloco!
5. Deo animatus celebro providentiam
Eius,
fiduciam in Deo collocans non timeo;
Quid facere poterit mihi — homo
mortalis?

6. Tota die verba mea execrabantur: adversum me omnes cogitationes eorum in malum.
7. Inhabitabunt et abscondent: ipsi calcaneum meum observabunt.
Sicut sustinuerunt animam meam,
8. pro nihilo salvos facies illos:
in ira populos confringes, Deus,
9. vitam meam annuntiavi tibi: posuisti lacrymas meas in conspectu tuo,
sicut et in promissione tua:
10. tunc convertentur inimici mei retrorsum:
in quacumque die invocavero te: ecce cognovi, quoniam Deus meus es.
11. In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem:
in Deo speravi, non timebo, quid faciat mihi homo.
12. In me sunt, Deus, vota tua, quæ reddam, laudationes tibi.
13. Quoniam eripuisti animam meam de morte, et pedes meos de lapsu, ut placeam coram Deo in lumine viventium.

6. **T**ota die pervertunt verba mea, adversus me omnia consilia eorum ad malum sunt.
7. Congregantur, insidiantur, vestigia mea observant,
quandoquidem inhiant vitæ meæ.
8. **S**tante tali iniquitate — esset illis evasio?
In ira populos deturba, o Deus!
9. Tu numeras exilii mei miserias, lacrimas meas deponis in utre Tuo:
Nonne in libro Tuo consignatæ sunt illæ?
10. Attamen converti debent retrorsum hostes mei,
cum clamavero;
hoc scio, Deum stare pro me.
11. Deo animatus celebro providentiam. Domino animatus celebro regimen Eius.
12. In Deo fiduciam collocans non timeo: quid facere poterit mihi — homo mortalis?
13. **M**ihi incumbunt, o Deus, vota Tibi facta,
solvam Tibi sacrificia eucharistica.
14. Nam eripuisti animam meam a morte. en, pedes meos ab impulsione, ut ambulem coram Deo in luce inter vivos!

In finem, i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1. — var. **„pro populo, qui a Sanctis longe factus est“**; sic vertit Vulgata iuxta LXX.; textus masoreticus habet: „Ad modum: Columba muta in terebintis remotis“. Hoc absque dubio indicatur exordium alius cantici, ad cuius normam melodicam etiam hic psalmus decantandus esset. — Idem et nil aliud etiam versio Vulgatæ indicabit; confer psl. 9, 1.

David in tituli inscriptionem = carmen aureum Davidis; vide psl. 15, 1.

Allophyli (græca vox); i. e. „alienigenæ," ut Vulgata in psl. 59, 10. 't, sunt „Philistæi", quia secundum Gen. 10, 14. Am. 9, 7. in terram aan immigrati sunt; confer psl. 82, 7.

v. 2. **conculcavit me homo** = inhiant mihi homines; idem in v. 3. *omo;* collectivum = homines.

Alexandrinus sumpsit שָׁאַף (šaa'f); i. e. *„inhiavit"*, hiante ore capta- , significatione verbi שׁוּף (šuf) = „conculcare".

impugnans; collectivum = impugnantes, adversarii.

v. 4. **ab altitudine**; i. e. insolenter hebr. מָרוֹם (marom;) i. e. „super- tamquam *adverbium* adhibetur, et denotat: „superbe, insolenter." — : vocem, quæ finem versus 3^tii^ constituit, trahit Vulgata — (non LXX.) . 4. vide Rgl. 6, pag. 16.

diei timebo: ego vero in te sperabo = quocunque die (seu tem-) timeo, seu: eo die, quo me timor invadit, in te fiduciam colloco; Hieron. „quacunque die territus fuero").

. v. 5. **in Deo laudabo** = per Deum seu Deo incitatus vel animatus)ro; *in* = *per;* idem in v. 11. bina vice; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

sermones meos; textus masoreticus habet: „providentiam Eius". var.

Hebr. *„dabar"* significat rem quamcunque, quod ex contextu erui t; hic loci — *„providentiam" „regimen"*; vide psl. 40, 9. —

Varia lectio *„meos"* et *„Eius"* orta est ex permutatione ' (jod) cum au), quod facillime fit; vide psl. 2, 6. b).

quid faciet = quid facere poterit; vide psl. 5, 8. Rgl. 16.

caro = homo mortalis; idem in v. 11mo.

v. 6. **verba mea execrabantur**; scilicet contorquentes ea ad sensum n = textus masoreticus habet: „verba mea pervertunt".

in malum = ad malum; **in** = *„ad"* (לְ); vide psl. 3, 3. Rgl. 9.

v. 7. **inhabitabunt** = congregantur (= b. Hieron.).

Hebr. גּוּר (gur) significat non tantum *commorari tamquam peregrinus, regrinari*, sed etiam *„congregari"*; consequens et antecedens.

abscondent = abscondite aliquid faciunt = insidiantur.

congregantur, insidiantur = gregatim insidiantur vel gregatim in in- s delitescunt; „congregari" est hic loci verbum auxiliare: vide psl. 3. Rgl. 46.

calcaneus = vestigium (b. Hieron. „plantæ").

sicut sustinuerunt animam meam = quandoquidem inhiant vitæ . — **sicut** = quandoquidem; hebraicum כַּאֲשֶׁר (ka^a^šer); hoc et illud si- cat; — **anima** = vita; vide psl. 34, 4.; — **sustineo** = exspecto desiderio = inhio.

v. 8. **pro nihilo** = stante tali iniquitati; i. e. cum nil boni in iis est.

salvos facies illos = esset illis evasio? scilicet te permittente; us est idem.

v. 9 **„vitam meam annuntiavi"**; i. e. vitam meam ærumnis plenam var. facio tibi orans et conquerens. Textus masoreticus habet: *„Tu numeras mei miserias"*; b. Hieron. „secretiora mea numerasti". — Chald. s fugæ meæ numerasti". — Sensus est quoad rem semper idem.

Hebr. נֹדִי (nodi) significat: τὸ *vagari meum*, τὸ *fugere meum*. Græcus LXX. habuit fors in textu suo נֹאדִי (no'di cum א) i. e. *uter*, quæ vox statim sequitur; inde etiam b. Hieron. vertit „secretiora mea"; item legit סִפַּרְתָּךְ (siffartika) i. e. „patefacio tibi"; loco masoretici: סַפַּרְתָּה (safarta); i. e. numeras; permutatum est ה cum ך finali. —

var. **in conspectu tuo**; textus masoreticus habet: „in utre tuo" נֹאדְךָ (no'dkha cum א); sensus manet idem.

Græcus LXX. legit in textu suo: לְנֶגְדֶּךָ (l'negdêka) = „in conspectu tuo"; pro masoretico: בְּנֹאדֶךָ (b'nodêka) = „in utero tuo"; sensus manet idem.

sicut et in promissione tua; sensus Vulgatæ est: Tu nosti iniurias, quas ex parte iniquorum patior; Tu facies etiam secundum ea, quæ *promisisti* in Lege, — te nempe puniturum esse omnem iniuriam.

Secundum textum masoreticum sonat versio: *„nonne in libro tuo consignatæ sunt illæ"*; sensus est: Tu nosti miserias meas et lacrymas meas, omnia hæc consignata sunt in libro tuo, — ut nempe tempore suo eos, qui mihi iniuriam faciunt, condigne punias. — Sensus est quoad rem idem. — In textu masoretico fit allusio ad morem regum, qui res agendas, merita bonorum, iniurias malorum adnotari, eaque sibi tempestive in memoriam redigi curabant; confer Esther 5, 1. . . .

v. 10. **convertentur** = converti debent; vide psl. 5, 8. Rgl. 16.

cognovi = scio, scilicet *hoc;* obiectum omissum; vide psl. 20, 5. Rgl. 41.

Deus meus es; scilicet *tutelaris* = stas pro me; tueris causam meam.

v. 11. **verbum** = providentia, regimen Dei; hebr. „dabar" vide v. 5.

sermo = providentia seu regimen Dei; hebr. „dabar"; vide v. 5.

Vulgata vv. 11—12. textus hebraici in unum contrahit; inde vv. 12. et 13. Vulgatæ est 13. et 14^{tus} textus hebr.

v. 12. **in me sunt** = mihi incumbunt.

vota tua = vota tibi facta. — **reddo** = *solvo*, si sermo est de votis.

laudationes = sacrificia eucharistica; Schegg: „Dankopfer".

v. 13. **lapsus;** in textu masoretico: impulsio; effectus pro causa.

ut placeam; scilicet ambulans = ut ambulem (b. Hieron.); vide psl. 25, 3. „complacui".

in lumine viventium = in luce inter vivos.

PSALMUS 56. (hebr. 57.)

Preces vespertinae in deserto.

Auctor et argumentum. — Auctor huius psalmi — David — in
o rerum discrimine a Saulo profugus et in spelunca latitans implorat Dei
um. —
Tempus. — David exaravit hunc psalmum, quum fugisset coram Saulo
eluncam, de qua re refert I. Sam. 22, 1. vel potius 24, 1.—23.
Nota. Versus 8.—12. psalmi hujus constituunt versus 2.—6. psalmi 107^mi;
pag. 9. 2) sub linea.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
n finem: Ne disperdas,	1. Præfecto musicæ; — ad modum: „Ne perdas“.
David in tituli inscriptionem,	Carmen aureum Davidis, cum fu-
um fugeret a facie Saul in	gisset coram Saulo in speluncam.
peluncam.	
Miserere mei, Deus, miserere	2. Miserere mei, o Deus, miserere mei,
nei, quoniam in te confidit	nam ad Te confugit anima mea!
nima mea.	
Et in umbra alarum tuarum	confugio sane in umbram alarum
perabo, donec transeat ini-	Tuarum,
quitas.	dum transeat pernicies.
Clamabo ad Deum altissimum,	3. Clamo ad Deum altissimum,
Deum, qui benefecit mihi.	ad Deum, qui perficiet rem pro me.
Misit de cœlo, et liberavit me:	4. Mittet de cœlis et servabit me,
dedit in opprobrium concul-	ignominia afficiet persecutorem me-
antes me.	um; — (sela)
Misit Deus misericordiam	Deus mittet gratiam suam et fidem.
uam, et veritatem suam,	
t eripuit animam meam de	5. Anima mea est inter medios leones,
nedio catulorum leonum: dor-	commoror inter homines furibundos,
nivi conturbatus.	
Filii hominum, dentes eorum	inter homines, quorum dentes sunt
rma et sagittæ, et lingua eo-	hasta et sagittæ,
um gladius acutus.	et quorum lingua est gladius acutus.
Exaltare super cœlos, Deus, et	6. Exaltare super cœlos, o Deus!
n omnem terram gloria tua.	super omnem terram sit gloria Tua!
Laqueum paraverunt pedibus	7. Rete paraverunt gressibus meis,
neis, et incurvaverunt animam	incurvat se anima mea,
neam.	
Foderunt ante faciem meam	foderunt ante me foveam, —
oveam, et inciderunt in eam.	ipsi in eam incidunt. (sela.)

8. Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum: cantabo, et psalmum dicam.
9. Exsurge gloria mea, exsurge, psalterium et cithara: exsurgam diluculo.
10. Confitebor tibi in populis, Domine, et psalmum dicam tibi in gentibus.
11. Quoniam magnificata est usque ad cœlos misericordia tua, et usque ad nubes veritas tua.
12. Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua.

8. Firmatum est cor meum, o Deus, firmatus est animus meus! canam voce et fidibus!
9. Expergiscere anima mea! expergiscere lyra et cithara, excitabo auroram!
10. Celebrabo Te inter populos, o Domine! canam Te inter nationes!
11. Nam magna usque ad cœlos est gratia Tua, et usque ad nubes fides Tua.
12. Exaltare super cœlos, o Deus. super omnem terram sit gloria Tua!

In finem i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
David in tituli inscriptionem = carmen aureum Davidis; vide psl. 15, 1.

„ne disperdas" = ad modum: *„ne perdas"*, quo indicatur sine dubio initium alius cantici, ad cuius melodiam, ut iam Aben-Esra putavit, etiam hic psalmus decantandus esset; confer psl. 9, 1. „pro occultis filii".

v. 2. **in te confidit** = ad te confugit; antecedens et consequens.
in umbra sperabo = in umbram confugio; causa et effectus.
iniquitas = pernicies (b. Hieron. „insidiæ"); causa et effectus.

v. 3. **benefecit mihi**; pro: perfecit rem pro me; effectus pro causa: (b. Hieron. „ultor meus").

v. 4. **dare in opprobrium aliquem** = ignominia afficere eum.
conculcantes = conculcaturos me = persecutores; vide 21, 14. Rgl. 42.
misericordia = gratia; idem etiam in v. 11.; vide psl. 5, 8.
veritas = fides; idem etiam in v. 11; vide psl. 24, 10. Rgl. 43.

v. 5. Sensus Vulgatæ et textus masoretici est idem, licet vocabula differant. Si Vulgata iuxta LXX. addit **„eripuit"**; i. e. *eripiet*, hocce per se intelligitur, dum præcedit v. 3.: *„Deus perficiet rem pro me"*.
conturbatus; textus masoreticus habet: „inter homines furibundos"; effectus pro causa. — **filius hominis** = homo; vide psl. 11, 2.
filii hominum dentes eorum = dentes hominum illorum sunt; de Nominativo absoluto vide psl. 10, 14. Rgl. 29.
arma; in textu masoretico: *„hasta"*; genus et species; vide psl. 45, 10.

v. 7. **laqueus** = rete; (= b. Hieron.); vide psl. 9^2, 9.
incurvaverunt animam meam = incurvat se anima mea.
ante faciem meam = ante me; vide Rgl. 4. pag. 16.

v. 8. **paratum cor meum** = firmatum est cor meum; scilicet fiducia in Deum. — **cor** = animus.
cantabo et psalmum dicam; LXX. ἄσομαι καὶ ψαλῶ = canam voce et fidibus; vide pag. 7. „ψάλλω" 2.

v. 9. **gloria mea**; i. e. anima mea; vide psl. 29, 13.

exsurge = expergiscere: consequens pro antecedente.
exsurgam diluculo = excitabo auroram: sensus est idem. Graecus legit formam kal = „*surgam*“ pro masoretico hiktil = *surgere* = *excitabo;* vide psl. 107, 3.
v. 10. **confitebor tibi** = celebrabo te: vide psl. 6, 6.
in gentibus = *inter* gentes: „in“ = *inter:* vide psl. 3, 3. Rgl. 10.
Nota. Hebr. „*sela*“ (vide psl. 3, 3.) in v. 4. et post v. 7. Vulgata vertit; b. Hieron. vertit „semper“: LXX. tantum post v. 7. „διάψαλμα“.

PSALMUS 57. (hebr. 58.)

Deus inopinate puniet injustos rectores.

Auctor et argumentum. — Vates sacer — David — invehitur in reges injustos, praedicitque iis inopinatum exitium, qua justa castigatione in virtutis studio confirmabuntur.
Tempus. — De tempore exarationis nil certi constat: injusti judices vel consiliarii regis Sauli, vel vero asseclae Absalonis rebellis. —
Nota I. In finem rectae interpretationis valent dicta de psalmis recatoriis pag. 11—13; nam vates inspiratus vindictam divinam super male- exposcens — praenuntiat tantum infausta, quae tales homines secundum is sanctionem manent; nam respectu dilectionis proximi nulla essen- s differentia est inter spiritum Veteris et Novi Testamenti: vide Deut. 35., Lev. 19, 18; ibid. 33, 34. etc.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
In finem: Ne disperdas.	1. Præfecto musicæ: — ad modum „Ne perdas“. Carmen aureum Davidis.
David in tituli inscriptionem.	
Si vere utique iustitiam loquimini:	2. Num revera, iudices, quod justum est, loquimini?
recta iudicate, filii hominum.	num recte iudicatis populum?
Etenim in corde iniquitates operamini,	3. Nequaquam: — prava in corde molimini,
in terra iniustitias manus vestræ concinnant.	violentiam manuum vestrarum appenditis in terra hac.
Alienati sunt peccatores a vulva, erraverunt ab utero: locuti sunt falsa.	4. Abalienati sunt impii inde ab utero, errant inde ab utero loquentes mendacium.
Furor illis secundum similitudinem serpentis:	5. Venenum est ipsis instar veneni serpentis,
sicut aspidis surdæ, et obturantis aures suas,	instar viperæ surdæ, quæ obturat aurem suam,

6. quae non exaudiet vocem incantantium, et venefici incantantis sapienter.

7. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus.

8. Ad nihilum devenient tamquam aqua decurrens: intendit arcum suum, donec infirmentur.

9. Sicut cera, quae fluit, auferentur: supercecidit ignis, et non viderunt solem.

10. Priusquam intelligerent spinae vestrae rhamnum: sicut viventes, sic in ira absorbet eos.

11. Laetabitur iustus, cum viderit vindictam: manus suas lavabit in sanguine peccatoris.

12. Et dicet homo: Si utique est fructus iusto: utique est Deus iudicans eos in terra.

6. Ne audiat vocem incantantium magici periti.

7. O Deus, discute dentes eorum in ore eorum; molares leonum [illegible], Domine!

8. Diffluant instar aquarum, quae [illegible] fluunt! Tendat sagittas suas: — [illegible] quasi [illegible]

9. Evanescant ut limax, qui [illegible] pereat ut abortus mulieris, qui non videt solem.

10. Priusquam id percipiant spinae vestrae [illegible] [illegible] [illegible] sive [illegible] [illegible] [illegible]

11. Laetabitur iustus, quod viderit vindictam; lavabit gressus suos in sanguine impii.

12. Et homines dicent: „Utique est fructus iusto; utique enim Deus, qui iudicat in terra.“

in finem: i. e. ad liturgiam sacram = praefecto musices; vide ps. 4, 1.
ne disperdas = ad melod. „ne perdas“, vide ps. 56, 1.
David in tituli inscriptionem = carmen aureum Davidis, vide ps. 15, 1.

v. 2. si vere = num vere, num revera. „Si“ Vulgata est saepe particula interrogativa tam directa quam indirecta. Confer etiam N. T. Luc. 22, 49: Domine si percutimus in gladio. Matt. 12, 10. [illegible]

var. utique: [illegible] LXX legit [illegible] [illegible] „[illegible]“ [illegible] [illegible] Vulgata „utique“ [illegible] „[illegible]“ = [illegible] [illegible]

iustitia = quod iustum est; hic loco est Accusativus adverbialis; vide ps. 11, 6 [illegible]

recta = recte; etiam Accusativus adverbialis; vide ps. [illegible]

filii hominum = homines, populus; est [illegible] [illegible]

v. 3. etenim = neque enim, sed. — Sensus manet idem.

iniustitiae = [illegible]; genus pro specie.

concinnare = appendo; [illegible] „concinnare“ = apte componere [illegible] [illegible] „[illegible]“, „conficere“; (Senec. ep. 117. et alii).

v. 5. **furor** = venenum. Hebr. [illegible] non „furorem“ [illegible] sed „venenum“ ut in Deut. 32. 24. — **aspis** = vipera.
v. 6. **quae non exaudiet** = non audiat: [illegible] „ut non audiat“.
veneficus incantans = magicus. — **sapienter** = peritus.
v. 7. **molas** = dentes molares. [illegible]
v. 8. **donec infirmentur** = erunt quasi obtusae: sagitta obtusa [illegible] inde vocatur „infirmata“.
v. 9. Vulgata exhibet imaginem — **cerae.** textus masoreticus — [illegible] : „Effectum non assequuntur: frustranei sunt eorum conatus“: — [illegible] Hieron. [illegible] „limacis“ ponit [illegible] quia Hebraei et Arabici scriptores limacem ita describunt ac si species vermis; vide Bochart. l. c. p. 558.
Vulgata iuxta LXX. [illegible] „limax“ vertit „cera“.
Hebraicam vocem [illegible] i. e. limax a radice [illegible] i. e. fecit, derivat Graecus LXX. a radice [illegible]
supercecidit ignis: textus masoreticus habet: „ut abortus mulieris“. var. [illegible] legit impunctatum: [illegible] i. e. [illegible] i. e. abortus mulie[illegible] „in utero suo“.
v. 10. **intelligo** = persentisco.
viventes: si de plantis sermo est = virentes.
Sensus II. hemistichii in versione Vulgatae et textus masoret. est [illegible] substantiam idem: Inopinato evanescunt: [illegible] in ira: sic vertit Vulgata iuxta LXX. vocem [illegible] i. e. ari-
— **absorbet eos**: hebr. [illegible] sequente Accusativo significat: [illegible] disiecit eos“.
rhamnus. LXX. [illegible] est genus rubi albi: *dumus* = rubus.
v. 11. **cum** = quod: [illegible]
manus: in textu masoretico est: *pressus*: [illegible] Alexandrinus „manus“, quia haec frasis [illegible] est: [illegible] ps. 73. 3.
v. 12. **homo**: collectivum = homines: — „si“ in Vulgata redundat.
fructus = praemium: — **eos**: [illegible] Vulgata iuxta LXX. [illegible]

PSALMUS 58. (hebr. 59.)

Oratio persecutionem immerito patientis.

Auctor et argumentum et occasio. — Auctor huius psalmi — [illegible] implorat Dei opem, cum domi suae a satellitibus Saulis [illegible] in finem, ut postridie interficeretur: Michol autem liberavit eum: de qua re [illegible] in I. Sam. 19. 10.—12.

Nota. In finem rectae interpretationis valent quoad versus 6. 12. 14—16. [illegible] de psalmis imprecatoriis pag. 11—13.

Textus Vulgatæ.

1. In finem: Ne disperdas, David in tituli inscriptionem, quando misit Saul, et custodivit domum ejus, ut eum interficeret.

2. Eripe me de inimicis meis, Deus meus, et ab insurgentibus in me libera me.
3. Eripe me de operantibus iniquitatem, et de viris sanguinum salva me,
4. quia, ecce, ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes.
5. Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine: sine iniquitate cucurri, et direxi.

6. Exsurge in occursum meum, et vide: et tu, Domine Deus virtutum, Deus Israël, intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem.
7. Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canes, et circuibunt civitatem.
8. Ecce, loquentur in ore suo, et gladius in labiis eorum: quoniam quis audivit?
9. Et tu, Domine, deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.
10. Fortitudinem meam ad te custodiam, quia, Deus, susceptor meus es:
11. Deus meus; misericordia ejus præveniet me.

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ; — ad modu
„Ne perdas.“ Carmen aureum
vidis.
cum mitteret Saulus (viros),
custodirent domum, ut interficer
eum.
2. **L**ibera me ab hostibus meis, D
mi!
tutum me præsta ab adversa
meis!
3. Libera me a maleficis,
et serva me ab hominibus sang
nolentis!
4. Nam, ecce insidiantur animæ m
robusti congregantur adversus
nequaquam ob delictum meum,
ob peccatum meum, o Domine
5. Absque culpa mea irruunt et c
stituunt se,
evigila in occursum meum et vi
6. Tu vero, o Domine, Deus exerc
um, Deus Israëlis,
expergiscere ad puniendum om
gentes,
ne parcas ulli proditorum pessi
rum! (sela.)
7. **R**edeunt vespere et ululant in
canum,
et circumeunt urbem.
8. Ecce, ebulliunt ore suo,
gladii sunt in labiis eorum,
dicunt enim: Quis hoc audit?
9. Tu vero, o Domine, rides eos,
illudis omnibus gentibus.

10. Robur meum, Tibi confido!
nam Deus est — arx mea.

11. **D**eus meus cum gratia sua p
veniet me,

Deus ostendet mihi super inimicos meos, ne occidas eos: nequando obliviscantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua, et depone eos, protector meus Domine:

delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum:
et comprehendantur in superbia sua.
Et de execratione et mendacio annuntiabuntur
in consummatione, in ira consummationis, et non erunt.
Et scient, quia Deus dominabitur Jacob, et finium terræ.

Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canes,
et circuibunt civitatem.
Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati, et murmurabunt.
Ego autem cantabo fortitudinem tuam, et exultabo mane misericordiam tuam.
Quia factus es susceptor meus, et refugium meum, in die tribulationis meæ.
Adjutor meus, tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus, misericordia mea.

Deus faciet, ut cum voluptate conspiciam insidiatores meos.
12. Noli interficere eos, ne obliviscatur populus meus eorum;
vagari eos fac potentiā Tua et deturba eos,
Tu, qui es clipeus noster, o Domine!
13. Malum est, quod ex ore eorum procedit, quod in labiis eorum est;
ideoque capiantur ob fastum suum,

et propter exsecrationem et propter mendacia, quæ proferunt.
14. In ira dele — dele eos, ut non sint amplius,
ut cognoscant, Deum esse imperatorem in Jacobo
usque ad fines terræ. (sela.)
15. Dein redeant vespere et ululent instar canum,
et circumeant urbem!
16. Vagentur ipsi ad vorandum,
et si non satiantur, pernoctent!

17. Ego vero canam potentiam Tuam,
et celebrabo mane gratiam Tuam;

Tu enim fuisti mihi arx,
et refugium, cum versarer in angustiis.
18. O robur meum! Tibi canam!
nam Deus est arx mea, Deus meus benignus.

In finem: i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
ne disperdas = ad modum: „*ne perdas*“: vide psl. 56, 1.
David in tituli inscriptionem = carmen aureum Davidis; vide 15, 1.
v. 2. **meus** = mi; vide psl. 7, 2.
v. 3. **operans iniquitatem** = maleficus.
vir sanguinum = homo sanguinolentus; vide psl. 5, 7. Rgl. 15.

v. 4. **ceperunt**; pro: insidiantur (= b. Hieron.) = capere stude
consequens pro antecedente.

irruerunt = congregantur; (= b. Hieron.).

Versus 4^{ti} partem III. trahit Vulgata (non LXX.) ad versum 5^{t}
vide Rgl. 6. pag. 16.

v. 5. **neque iniquitas mea**; scilicet existit, — ob quam me p
sequantur; *iniquitas mea* = ego inique ago = sum in culpa.

sine iniquitate cucurri = innocens ambulo.

var. **et direxi** = et recte incedo, recte ambulo, recte ago; confer „
rectio" = rectitudo (psl. 44, 7.); *directus* = rectus (psl. 25, 12.).
Secundum textum masoret. sonat versio: „*Absque culpa mea irruunt et c
stituunt se.*" — Non obstante lectionis variante sensus manet idem: „*innoc
sum, inique me prosequuntur*".

Versus 5^{ti} partem II. trahit Vulgata (non LXX.) ad 6^{tum}; vide Rgl.

v. 6. **exsurge** = evigila; consequens pro antecedente; confer
56, 9. — **in occursum meum**; sensu bono; i. e. in favorem mei.

virtutes = exercitus; vide psl. 23, 10.

intende = expergiscere, progredere; vide psl. 44, 5.; 5, 8.

visitare; scilicet in malam partem = punire; vide psl. 8, 5.

non miserearis omnibus = „*nulli* parcas", „ne *ulli* parcas"; v
psl. 9^{2}, 11. Rgl. 27. **misereor** = parco; construit Vulgata cum *Dat*

v. 7. **convertor** = revertor, redeo; *idem* in v. 15.; vide psl. 34,

famem patior; pro „ululo"; causa pro effectu; *idem* in v. 15.

v. 8. **in ore** = ore; de „*in*" instrumentali; vide psl. 2, 9. Rgl.

quoniam quis audivit = dicunt enim: Quis hoc audit?

v. 9. **derideo**; pro simplici „rideo"; vide Rgl. 5. pag. 16.

ad nihilum deduco aliquem = illudo alicui.

v. 10. **ad te custodiam** = Tibi confido. — Ordo vocabulorum
Vulgata sit: „Ad te, fortitudinem meam, custodiam", i. e. Tibi, robori m
confido. — *custodio ad aliquem*; idem valet quod: attendo fiducia duc
ad eum = confido ei.

susceptor = arx; idem in v. 17. et 18. vide psl. 3, 4.

v. 11. **Deus meus misericordia eius praeveniet me** = Dei gra
præveniet me; vide psl. 10, 4. Rgl. 29. de „*Nominativo absoluto*".

misericordia = gratia; vide psl. 5, 8.; *idem* in v. 17.

Versus 11^{mi} partem II. trahit Vulg. (non LXX.) ad v. 12. vide Rgl

v. 12. **Deus ostendet mihi super inimicos meos** = Deus faci
ut cum voluptate conspiciam insidiatores meos. — **ostendo** = facio vide
conspicere; vide psl. 4, 6.; hebr. vox non tantum simplex „*videre*", „*c
spicere*" denotat, sed etiam videre, conspicere *cum voluptate;* vide psl. 10,

ne quando obliviscantur populi mei = ne obliviscatur — popu
meus eorum; — in hebraico est constructio *ad sensum:* collectivum „
pulus" construitur cum plurali prædicati; simulque obiectum facile
telligendum, scilicet „*eorum*" omittitur; vide psl. 20, 5. Rgl. 41.

in virtute = potentia; de „*in*" instrumentali; vide psl. 2, 9. Rgl.

depone = deturba; scilicet a felicitatis fastigio ad ima miser

var. **protector meus**; in textu masoretico: clipeus „*noster*"; i. e. I
vidis et sociorum eius; confer psl. 17, 3. Græcus LXX. legit suffix
I. pers. *singularis* pro masoretico — *plurali.*

v. 13. **delictum oris eorum** = malum est, quod ex eorum ore pro-
t; *delictum oris* = os delinquit = os malum loquitur.
sermonem labiorum ipsorum = omne, quod in labiis eorum est;
iebr. „*dabar*“ significat hic loci: „omne, quod;“ vide psl. 40, 9.
et = ideoque; vide Rgl. 3. pag. 16. — **in** = ob; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.
de exsecratione = propter exsecrationem; All.: „um — willen“;
iebr. מִן (min) vide psl. 5, 11. Rgl. 19.

annuntiabuntur; i. e. quæ pronuntiant, quæ proferunt. — Confer
58, 1. „annuntia populo meo scelera eorum“ i. e. in lucem profer pec-
eorum. — B. Hieron. „capiantur in superbia, maledictionem et men-
um *narrantes*“.

v. 14. **in consummatione, in ira consummationis** i. e. *inveniantur* var.
n ira dele = *dele eos*. — B. Hieron.: „Consume in furore, consume“.
Græcus LXX. habuit *Imperativum*. — „dele, consume“ — pro *nomine* —
summatio“; legit nempe impunctatum כלה — „kalâ“ i. e. consummatio.
masoretici „kalle“ i. e. consume. Eandem vocem vertit Vulgata in psl.
11. „*in finem*“ i. e. „ad perniciem“.
et non erunt = ut non sint amplius; vide Rgl. 3. pag. 16.
et scient = ut cognoscant; vide Rgl. 3. pag. 16.
et finium terrae = usque ad fines terræ; Alexandrinus habuit in var.
ce suo conjunctionem ו loco præpositionis ל.

v. 16. **et murmurabunt**; textus masoreticus habet: „pernoctent“.
Hebraica vox לִין—לוּן (lun, lin) denotat: 1. pernoctare, 2. permanere.
n forma niktal semper, in forma hiktil nonnunquam v. c. Num. 14, 27.
17, 20. Exod. 16, 7. 8. etc. — *contumacem se gerere*, *murmurare* (in
m scilicet partem deflectitur significatio manendi, persistendi). Græcus
. legit formam *niktal*, unde hanc *ultimam* significationem sumpsit.

v. 17. **in die tribulationis meae** = cum versarer in angustiis. —
ie = cum, quum.
susceptor = *arx*; idem in versu sequenti; vide psl. 3, 4.
v. 18. **adiutor** = robur; vide psl. 27, 7.; concretum pro abstracto.
Deus meus, misericordia mea = Deus meus benignus. — Im- var.
tatum אלהי legit Græcus LXX. „*elohaj*“, i. e. „Deus meus“ et consi-
vit sequens „*misericordia mea*“ ceu appositionem. In textu masoretico
autem „*elohê*“, inde vertendum est „Deus meus benignus“. In re non
differentia. — De „*chésed*“ vide psl. 5, 8.
Nota. Hebr. *sela* (vide psl. 3, 3.) post v. 6. et 14. Vulgata latina non
it; LXX. ponit διάψαλμα, b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 59. (hebr. 60.)

Adiuva nos, o Deus!

Auctor et argumentum. — Auctor huius psalmi — David — enix rogat Deum, ut sanet vulnera, quae civitati populi electi inflixit; dein fretu divinis promissionibus, terram sanctam una cum adiacentibus ditionibus Moabi tarum, Idumaeorum et Philisteorum sceptro ipsius subiectum iri, et confortatu victoria de Edomitis reportata (II. Sam. 8, 12.; I. Par. 18, 12.) pollicetur sibi Deo adiuvante, contra hostes adhuc debellandos successum. —

Tempus. — Psalmus hic debet originem suam bello Nisibeno, de qu refertur in II. Sam. cap. 8.

Nota. Versus 6^2—14. huius psalmi constituunt vv. 7—14. psalmi 107^m vide pag. 9. 2) sub linea.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem; pro his, qui immutabuntur; in tituli inscriptionem ipsi David in doctrinam,	1. Præfecto musicæ; — ad modum „Lilium legis". Carmen aureum Da vidis; ad docendum;
2. cum succendit Mesopotamiam Syriæ, et Sobal, et convertit Ioab, et percussit Idumæam in Valle salinarum duodecim millia.	2. cum bellum gereret cum Mesopo tamia et cum Syria Zobea, et cu Ioab reversus percuteret in vall salis Idumæos — duodecim milli (virorum).
3. Deus repulisti nos, et destruxisti nos:	3. O Deus, Tu nos reiecisti, Tu no disiecisti!
iratus es, et misertus es nobis.	iratus fuisti! Restituas nobis (re nostras)!
4. Commovisti terram, et conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est.	4. Concussisti terram, disrupisti eam Sana fracturas eius, nam vacillat
5. Ostendisti populo tuo dura:	5. Tu experiri fecisti populum Tuu acerba,
potasti nos vino compunctionis.	bibendum dedisti nobis vinum titu bationis.
6. Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus:	6. Tu dedisti cultoribus Tuis vexillun ut exsurgerent pro veritate; (sela
ut liberentur dilecti tui:	7. ut liberentur dilecti Tui!
7. salvum fac dextera tua, et exaudi me.	Opem fer dextera Tua et exau nos!
8. Deus locutus est in sancto suo:	8. Deus promisit per sanctitate suam,

Lætabor, et partibor Sichimam, et convallem tabernaculorum metibor.
Meus est Galaad, et meus est Manasses,
et Ephraim fortitudo capitis mei, Iuda rex meus.
Moab olla spei meæ.
In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.

Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumæam?
Nonne tu, Deus, qui repulisti nos: et non egredieris Deus in virtutibus nostris?
Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis.
In Deo faciemus virtutem, et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

quod exultabo, quod distribuam Sichemum,
et metiar vallem Succot;
9. quod mihi est Gilead, mihi etiam Manasses,
Efraim — munimentum capitis mei,
Iuda sceptrum meum;
10. quod Moab est pelvis lotionis mea,
quod in Idumæam proiicio calceum meum,
quod de me vociferabitur Philistea!
11. Quis (igitur) ducit me ad urbem munitam?
quis deducit me usque ad Idumæam?
12. Nonne Tu, o Deus, qui reiecisti nos?
numquid non proficisceris, o Deus, cum exercitibus nostris?
13. Da nobis auxilium ab hoste,
nam vanum est auxilium hominum.
14. Deo adiuti agemus fortiter,
Isque pedibus comminuet adversarios nostros.

in finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
pro his, qui immutabuntur = ad modum: „*Lilium legis*“, vide var. a ad psl. 44, 1.
in tituli inscriptionem ipsi David = carmen aureum Davidis; psl. 15, 1.
ad doctrinam = ad docendum; scilicet in coetu sacro.

v. 2. **cum succendit Mesopotamiam Syriae** = cum bellum gereret Mesopotamia; — b. Hieron. „quando pugnavit adversus Syriam Mesopotamiæ“.
convertit Ioab = reversus est Ioab (= b. Hieron.); confer psl. 9, 4.

v. 3. **misertus est nobis;** pro miserearis nostrum; in textu originali *Futurum*. Textus masoreticus sensu eodem habet: „*restituas nobis*“; cet res nostras; est enim actus misericordiæ divinæ, si populus reus iterum gratiose ad statum pristinum restituitur.

v. 4. **commovisti terram** = concussisti terram; „du haſt das Land üttert“; Tys otřásl zemí.
conturbasti eam = disrupisti eam; „es geſpalten“; roztrhls ji.
contritio = fractura; Bruch, Riß; rána.
commoveor = vacillo, nuto; vide psl. 15, 8.

v. 5. **ostendo** — experiri facio; vide psl. 4, 6. **dura** = acerba.
vinum compunctionis = titubationis; b. Hier. „consopiens“.

v. 6. **„metuo Deum“** et **„timeo Deum“** = colo Deum.

significatio = signum (b. Hieron.) i. e. vexillum; Panier; korouhev

var. **ut fugiant a facie arcus** i. e. ut fuga se salvent ab arcu; textu masoret. habet: *„ut exsurgerent pro veritate“*. — Græcus LXX. derivavi verbum sententiæ a radice נוּס (nus) i. e. fugere,

loco radicis נסס (nasas) i. e. *exsurgere;* — dein legit in punctatum קשת — *„kešet“* i. e. „arcus“,

loco קְשֹׁט — *„košt“* i. e. „veritas“; — ת permutatum est cum ד

Syrus sensum LXX. correcturus addit particulam negativam ho sensu: „ut *non* fugiant a facie arcus“; ast secundum Vulgatam potest sensu esse: „significasti cultoribus tuis, ut fugerent — non turpi fuga, sed *stra tagemate usi“;* confer quoad talem fugam Ios. 8, 5. Jud. 20. — Form „hitkattel“ adhibetur etiam ad designandam *simulationem;* v. c. *chakam* = sapuit, sapiens fuit; hitchakkem = gessit se ceu sapiens; Eccl. 7, 16. —

Vulgata (non LXX.) trahit I. hemistichium v. 7^mi^ ad versum 6^tum^

v. 7. **salvum facio** = adiuvo, opem fero.

var. **exaudi me**; in textu masoretico: „exaudi nos“. Alexandrinus leg in codice suo suffixum personæ singularis loco suffixi I. pers. pluralis.

v. 8. **loquor** = promitto; genus et species.

in sancto suo = per sanctitatem suam; hebr. ב (b') in iureiurand vertitur *„per“*. — **Sichima** = Sichem.

vallis tabernaculorum (LXX. τῶν σκηνῶν) = vallis Succot; Vulgata non LXX, sumit „Succot“ tamquam appellativum.

v. 9. **fortitudo capitis** = munimentum capitis; abstractum pro con creto; confer 47, 14.; 121, 7. *„virtus“*. — **rex meus**; in textu masoret „sceptrum meum“; b. Hieron. „legifer meus“; *sceptrum* est insigne regi

v. 10. **olla spei meae** i. e. olla mea sperata — olla mihi exoptat pro: „pelvis lotionis mea; b. Hieron.: „olla lavacri mei“. — Alexandrinu sumpsit רָחַץ (rachac) i. e. *„lavit“* significatione *aramaica* — „speravit“

in Idumaeam extendam calceamentum meum; i. e. Idumæam ca candi ius habebo = Idumæam sceptro meo subiiciam. Explicatur phras hæc ex more, secundum quem ille, qui agrum acquisivit, in signum acqu sitæ possessionis, agrum calce suo tetigit, qui mos etiam apud Indos e Germanos invenitur. — Venditor agri apud Hebræos tradidit calceum suu emptori, et hac traditione significavit, se iure suo cedere et emptori tra dere hanc potestatem, ut posthac pro lubitu in agro ambulet, eumque liber calcandi ius habeat. — In Dei manu sunt omnia regna terræ; cui erg Deus hoc vel illud regnum concedit vel tradit, hic potest calceamentu suum in illud regnum extendere, seu proicere calceum suum.

mihi alienigenae (LXX. ἀλλόφυλοι) **subditi sunt**; in textu maso retico: *„de me vociferabitur Philistæa“*. — Vulgata iuxta LXX. nomina Philistæos — *„alienigenas“*; vide psl. 55, 1. — Sensus est idem; caus („subditi sunt“) et effectus („vociferatur“). — Coactos fuisse Philistæos s Davidi subiicere, legitur in II. Sam. 8, 1.; I. Par. 20, 4.

v. 12. **et non egredieris** = numquid non proficisceris; vide Rgl. pag. 16. — **in virtutibus** = cum exercitibus; vide psl. 3, 3. et 23, 1

v. 13. **de tribulatione** = ab hoste — tribulatore; abstractum pr concreto. — **salus hominis** = auxilium hominum = auxilium humanum **vide psl. 17, 51. et psl. 4, 2. Rgl. 11.**

v. 14. **in Deo** = per Deum = Deo adiuti; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. **faciemus virtutem** = agemus fortiter; Accusativus nominis adbialiter sumitur; vide psl. 11, 3. Rgl. 31.
et ipse = isque; — **ad nihilum deducet** = conteret = pedibus nminuet; (b. Hieron. „conculcabit").
Nota. Hebr. *sela* (vide psl. 3, 3.) post v. 6. Vulgata non exprimit; X. ponit: διάψαλμα, b. Hieron. „semper".

PSALMUS 60. (hebr. 61.)

O Deus exaudi regem!

Auctor et argumentum. — Regius psaltes — David — implorat xilium Dei atque spem concipit, se rediturum esse ad Sanctuarium et diu citer regnaturum.

Tempus. — Versus tertius sistit Davidem tempore exarationis — huius lmi in extremis finibus terrae sacrae commorantem; erat ergo profugus ebelle filio suo Absolone.

Textus Vulgatæ.

In finem; in hymnis David.

Exaudi Deus, deprecationem meam: intende orationi meæ.
A finibus terræ ad te clamavi dum anxiaretur cor meum:
in petra exaltasti me. Deduxisti me,
quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici.
Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula:
protegar in velamento alarum tuarum,
quoniam tu, Deus meus, exaudisti orationem meam:
dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.
Dies super dies regis adiicies:
annos eius usque in diem generationis et generationis.

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ, pro fiducinibus; (Psalmus) Davidis.
2. **A**udi, o Deus, clamorem meum,
attende, quæso, preces meas!
3. A fine terræ ad Te clamo languente
corde meo,
ducas me in petram, quæ altior est me!
4. Nam Tu es refugium mihi,
turris firma coram hoste.
5. **F**ac, ut commorer in tentorio Tuo in perpetuum
sine me confugere in latibulum alarum Tuarum! (sela.)
6. Nam Tu, o Deus, auscultas votis meis,
Tu reddes possessionem cultorum nominis Tui.
7. **D**ies adiicias diebus regis,
anni eius sint sicut ætates multæ!

8. Permanet in æternum in conspectu Dei:
misericordiam et veritatem eius quis requiret?
9. Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi, ut reddam vota mea de die in diem.

8. Throno insideat in perpetuum co
ram Deo,
constitue, ut gratia et fides Tu
tueantur eum!
9. Sic canam nomen Tuum perpetuo
ut solvam vota mea de die in diem

in finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl 4, 1
in hymnis ἐν ὕμνοις = pro fiducinibus; vide psl. 4, 1. „in carmi
nibus"; — hic loci est in hebraico textu singularis *collectivus.*
David τῷ Δαυιδ = Davidis, scilicet psalmus; vide psl. 15, 1.

v. 2. **intende orationi meae** = attende preces meas; vide psl. 5, 2

var. v. 3. **in petra exaltasti me, deduxisti me** = *in petram, quæ altio
me est, ducas me;* in hebraico textu est Futurum:
Alexandrinus legit fors: תְּרוֹמְמֵנִי (terommêni) = „*exaltabis me*";
loco masoretici: יָרוּם מִמֶּנִּי (jarum mimmenni); i. e. „*altior es
me*"; permutata es præformativa ' cum ת omissa littera מ.

v. 4. **spes mea** = refugium mihi.
turris fortitudinis = turris firma; b. Hieron. „munitissima"; vid
psl. 4, 2. Rgl. 11. — **a facie inimici** = coram hoste; vide Rgl. 4, pag. 1

v. 5. **inhabitabo**; pro simplici: *habitabo* = habitare volo = fac, u
commorer; b. Hieron. „habitabo"; vide Rgl. 5, pag. 16.
protegar velamento = sine me confugere in latibulum; latibulu
enim est locus qualicunque velamine apto tectus.

v. 6. **exaudisti orationem meam** = auscultas votis meis.
dedisti; scilicet iterum = restitues, reddes.
hereditatem = possessionem hereditariam; vide psl. 24, 13.
timentium = timentibus; quæ timen*tium* prius erant, timen*tibu*
restituet. — *timeo nomen Domini* = colo nomen Dei; vide psl. 14, 4.

v. 7. **generationes et generationes** = ætates multæ; vide ps
11, 3. Rgl. 32. b).

v. 8. **permaneat**; scilicet *in throno* = throno insideat; b. Hieron
„sedebit". — **in conspectu Dei** = coram Deo; vide Rgl. 4, pag. 16.
misericordia = gratia; — **veritas** = fides; vide psl. 5, 8. 30, 1
quis requiret misericordiam et veritatem eius = quis quære
var. seu desiderabit gratiam et fidem eius (regis); wer wird vermiſſen . .; kd
pohřešť . . Ea tantum quæruntur seu desiderantur, quæ absunt vel desun
Textus masoreticus habet: *constitue, ut gratia et fides (Tua) eum tueantur* =
ut eum non deserant; b. Hieron. „servabunt eum". Textus hebraicus ex
primit *causam*, Vulgata autem *effectum;* sensus manet idem.

Alexandrinus putavit, hebr. מַן (mann) esse pronomen interrogativu
„*man*", ut in chaldaico et syriaco; inde vertit „τίς" et Vulgata „quis"; —
est autem „*mann*" Imperativus formæ „*kittel*" = „*constitue*"; III. radicali
„h" est apocopata. — Insuper traxit suffixum *verbi* „eum" ad nomen „ve
ritas"; suffixum verbale denotat *obiectum*; *nominale* autem *subiectum* actionis

"

v. 9. **psalmum dico** = cano; vide psl. 17, 50. — **in saeculum** ecuti = perpetuo. — **reddam** = solvam; vide psl. 55, 12.

Nota. Hebr. *sela* (vide psl. 3, 3.) post v. 5. Vulgata non exprimit; X. ponit διάψαλμα; b. Hieron. „*semper*".

PSALMUS 61. (hebr. 62.)

Soli Deo confide!

Auctor et argumentum. — Auctor huius psalmi — David — imma- n persecutionem patiens (v. 4—5.), contestatur firmissimam spem suam de xilio divino; ad talem fiduciam etiam ceteros homines exhortatur, quia na est fiducia, quae reponitur in homines et in divitias accumulatas. Deus enim solus est potens, benignus et iustus. —

Tempus. — Argumentum psalmi huius non minus convenit tempori perse- tionum Sauli, quam rebellionis Absalomi; certius quid de tempore statui nequit.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
. In finem; pro Idithun, Psalmus David.	1. Præfecto musicæ, Idituno. — Psalmus Davidis.
. Nonne Deo subjecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.	2. Soli Deo confide, o anima mea, ab Eo venit auxilium mihi!
. Nam et ipse Deus meus, et salutaris meus: susceptor meus, non movebor amplius.	3. Is solus est petra mea et auxilium meum, arx mea, non nutabo multum.
. Quousque irruitis in hominem? interficitis universi vos, tamquam parieti inclinato et maceriæ depulsæ?	4. Quousque irruitis in virum, contunditis eum vos omnes instar parietis inclinati, instar muri percussi? —
. Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere, cucurri in siti: ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant.	5. Utique decreverunt depellere eum de altitudine ejus, delectantur mendacio, ore suo benedicunt, animo autem maledicunt. (sela.)
. Verumtamen Deo subjecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.	6. Soli Deo confide, o anima mea! ab Eo enim venit, quod spero.
. Quia ipse Deus meus, et salvator meus, adjutor meus, non emigrabo.	7. Is solus est petra mea et auxilium meum, arx mea, non nutabo.

8. In Deo salutare meum, et gloria mea:
Deus auxilii mei, et spes mea in Deo est.
9. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adjutor noster in æternum.
10. Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.
11. Nolite sperare in iniquitate, et rapinas nolite concupiscere:
divitiæ si affluant, nolite cor apponere.
12. Semel locutus est Deus, duo hæc audivi,
quia potestas Dei est:
13. et tibi, Domine, misericordia, quia tu reddes unicuique juxta opera sua.

8. Apud Deum est salus mea et hono
..meus,
petra mea firma, refugium meu
Deus est.
9. In Eo collocate fiduciam omni ten
pore, o homines,
coram Eo effundite cor vestrum,
Deus sit refugium nobis! (sela.)
10. Non nisi halitus sunt homine
fallacia sunt mortales;
in bilance nunquam non ascendun
isti de halitu sunt.
11. Ne collocetis fiduciam in oppress
one, et in rapina spem vanam
ne ponatis,
divitiæ cum creverint, nolite adve
tere animum! —
12. Una vice locutus est Deus,
duo sunt, quæ audivi:
Potentiam esse Deo,
13. et Tibi, o Domine, esse gratiam;
Nam Tu rependis cuique secundu
opera eius.

in finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4,
pro Idithun, psalmus David = Idituno — psalmus Davidis; vi
psl. 38, 1. et psl. 3, 1.

v. 2. **nonne Deo subiecta erit**; scilicet in fiducia, nil hæsitans =
Soli Deo confide; idem in v. 6to. Interrogatio *exclusivam* significatione
hic loci habet; Schegg: „Wird nicht meine Seele ſich an Gott ergeben?"
salutare = auxilium, scilicet venit, est; vide Rgl. 2. et psl. 9, 1
v. 3. **Deus** = textus masoret.: „*petra*"; confer 17, 32.; idem in v.
et 8.; b. Hier. vertit hic loci: „*scutum*" in v. 7. „*fortis*" v. 8. „*robur*
salutaris = auxilium, salvator; vide psl. 9, 16.
susceptor = arx; b. Hieron. „fortitudo"; vide psl. 17, 3.
non movebor amplius = non nutabo multum; vide 35, 12.
v. 4. **maceria depulsa** = murus percussus; b. Hieron. „corruens
v. 5. **cogitaverunt repellere** = decreverunt depellere.

var. **pretium meum**; scilicet respectu dignitatis mihi promissæ; text
masoreticus habet: „*eum de altitudine*"; i. e. de dignitate ejus; divergent
est in persona tantum; secundum Vulgatam vates *de se* loquitur; secundu
textum masoreticum *obiective de viro, qui* iniuria afficitur.

var. **cucurri in siti**; textus masoreticus habet: „*delectantur mendacio*
(b. Hieron. „placuerunt sibi in mendacio"). Versione Vulgatæ exprimit
sequela persecutionis et calumniarum, de quibus textus masoret. loquitu

Sensus non mutatur. — Divergentia sic explicatur: Verbum LXX.: ραμον", est respectu habito ad textum hebraicum III. personæ *pluralis: currerunt", non autem I. personæ singularis „cucurri"*; dein permutatum δίψει i. e. *sitis* — cum ψεύδει i. e. *mendacium.*

v. 6. **patientia mea** = id, quod spero; b. Hieron. „spes mea" vide . 9, 19. et Rgl. 2. pag. 16.

v. 7. **salvator** = auxilium . . . concretum pro abstracto; b. Hieron. lus" — **adiutor** = arx; vide psl. 9, 10. — **non emigrabo** = non abo; b. Hieron. „non movebor"; consequens pro antecedente.

v. 8. **in Deo** = apud Deum; **in** = apud; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. **salutare** = salus; vide psl. 9, 16. et Rgl. 2. pag. 16.

Deus auxilii mei = petra mea firma; vide v. 3. *„Deus".*

spes mea in Deo est = refugium meum Deus est; de ב (b') dicto *entiæ*, Vulgatæ „in", vide psl. 67, 5., ubi Vulgata vertit: „Dominus".

v. 9. **sperate in eo omnis congregatio populi** = in eo fiduciam var. locate omni tempore, o homines, b. Hieron.: „omni tempore".

Loco masoretici: עֵת (ʿet) i. e. *„tempus"*,

legit Græcus LXX.: עֲדַת (ʿadat) i. e. *„congregatio".* Sensus non mutatur; n „omnis congregatio populi" idem valet ac „omnes omnino homines" „homines omni tempore".

adiutor = refugium; concretum pro abstracto; vide psl. 17, 3.

in aeternum; sic vertit Vulgata hic loci hebr. „sela"; LXX. διάμα, de quo vide psl. 3, 3.

v. 10. **verumtamen vani filii hominum**; scil. sunt; = non nisi itus sunt homines; — de hebr. הֶבֶל (hebel) = halitus; vide psl. 30, 7.

mendaces filii hominum = fallaces sunt mortales; vide Rgl. 2. . 16. — *filius hominis* = „homo", vel „mortalis", ne repetatur eadem ; vide psl. 11, 1. — **in stateris** = in bilance.

ipsi de vanitate = isti de halitu *sunt;* vide Rgl. 2. et psl. 30, 7.

in idipsum = omnes universim; de *„jachad"* vide psl. 4, 9.

ut decipiant; textus masoreticus habet: *„non ascendunt";* res nempe itur decipere homines, si hi eam graviorem habent, quam in bilance enitur. — Hac significatione sumpsit Alexandrinus illud *„ascendere in nce"*, unde etiam Vulgata ponit *„decipere"*. Sensus manet idem: Homi- sunt fraudulenti; qui iis innititur, innititur halitui. — Schegg: „trüglich der Wage, ſo daß ſie täuſchen".

v. 11. **iniquitas** = oppressio; genus pro specie; vide psl. 17, 5.

affluere = crescere; — **appono cor** = adverto animum.

v. 12. **„quia"**; pro constructione Accus. cum Inf. vide psl. 9, 21. Rgl. 25.

Dei est = Deo est; Dativus, ut ipsa Vulgata statim ponit: *„tibi".*

v. 13. **misericordia** = gratia; vide psl. 5, 8.

opera sua = opera eius; vide psl. 17, 31. Rgl. 37.

Nota. Hebr. „sela" (vide psl. 3, 3.) post v. 5. Vulgata vertit: „in ernum", post v. 9. non vertit; LXX. habet in utroque loco „διάψαλμα", Hieron. „semper".

PSALMUS 62. (hebr. 63.)

Oratio matutina persecutionem patientis in deserto inaquoso.

Auctor et argumentum. — Regius psaltes — David — in deserto profugus delineat desiderium suum redeundi ad Sanctuarium, ut sacrae liturgiae adesse posset, speratque firmiter, id etiam caesis hostibus futurum esse. Argumentum et elocutio huius psalmi similis est psalmo 41. mo

Tempus. — In v. 12.mo nominat se David regem; exaratus est ergo psalmus hic eo tempore, quum profugus a rebelle filio Absolone in deserto Iudae trans Jordanem moraretur, de quo vide II. Sam. cap. 17.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Psalmus David, cum esset in deserto Idumææ.	1. Psalmus Davidis, cum esset in deserto Iudæ.
2. Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.	2. O Deus, Tu es Deus meus, mane Te quæro, Te sitit anima mea, desiderio Tui conficitur caro mea,
3. In terra deserta, et invia, et inaquosa: sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam.	in regione arida languescit deficiente aqua. 3. Sic Te contemplabar in sacrario conspecturus potentiam et maiestatem Tuam,
4. Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.	4. nam melior est gratia Tua quam vita; labia mea laudent Te!
5. Sic benedicam te in vita mea: et in nomine tuo levabo manus meas.	5. Sic Te celebraturus sum per vitam meam, in nomine Tuo manus meas tollam.
6. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea, et labiis exultationis laudabit os meum.	6. Quasi adipe et pinguedine satiatur anima mea, et labiis jubilantibus laudes canit os meum,
7. Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te:	7. dum Tui recordor in strato meo; per vigilias recordor de Te!
8. quia fuisti adjutor meus. Et in velamento alarum tuarum exultabo.	8. Nam Tu es auxilium mihi, et in umbra alarum Tuarum jubilare possum.
9. Adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.	9. Tibi adhæret anima mea, dextera Tua me sustentat.

"

. Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam:
introibunt in inferiora terræ:
. tradentur in manus gladii:
partes vulpium erunt.
. Rex vero lætabitur in Deo:
laudabuntur omnes, qui jurant in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.

10. Isti vero, qui ad perniciem quærunt animam meam,
venient in infima terræ;
11. tradentur in potestatem gladii,
erunt præda canum aureorum.
12. Rex autem lætabitur de Deo,
quicumque iurat per Eum, gloriabitur,
quando clausum fuerit os loquentium mendacium.

v. 1. **Psalmus David** = psalmus Davidis; vide psl. 3, 1.
in diserto Idumaeae; textus masoreticus habet: „*in diserto Iudæ*". var.
Vulgata ponit iuxta LXX. „Idumea", quod sensu *latiori* sumendum est,
m septemtrionalis pars Idumeæ extendebat se in Iudam; et Romani sæpe
mina „Iuda" et „Idumea" permutaverunt [1]); insuper montanum Idumeæ
ysice in se includit montes et desertum Iudæ.

v. 2. **ad te vigilo** = te quæro; (b. Hieron. „consurgam ad Te").
de luce = mane. — **sitio in te** = sitio te; vide psl. 41, 2.
quam multipliciter tibi; scilicet sitivit = desiderio tui conficitur; var.
Hieron. „desiveravit ad te". Græc. LXX. legit impunctatum כמה =
ammâ", = ποσαπλῶς, Vulgata „quam multipliciter", loco masoretici „ka-
ih" i. e. *desiderio confectus est*. Sensus manet idem.

v. 3. Vulgata, non LXX., v. 2di partem III. trahit ad v. 3tium.
apparui tibi = contemplabar te; antecedens et subsequens.
misericordia = gratia; vide psl. 5, 8.

v. 4. **super vitas** = quam vita; hebr. vox חַיִּים (chajjim) est plurale
ntum; de Comparativo vide psl. 4, 8. Rgl. 13.

v. 5. **et in nomine tuo**; „*et*" addit Vulgata, non LXX. add.
v. 6. **labia exultationis** = labia iubilantia; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.
v. 7. **super stratum**; pro: super strato.
in matutinis = per vigilias; b. Hier. „per singulas vigilias".
meditabor in te = meditabor de te; **in** = de; vide psl. 3, 3.
v. 8. **adiutor** = auxilium; concretum pro abstracto; vide psl. 26, 9.
in velamento alarum = in umbra alarum (= b. Hieron.).
exultabo = iubilare possum; *de Potentiali* vide psl. 5, 7. Rgl. 16.
v. 9. **adhaesit post te** = adhæret Tibi.
suscepit me = sustentat me; vide psl. 3, 6.

v. 10. **in vanum** = ad perniciem; b. Hieron.: „interficere quærunt".
Hebr. voce שׁוְא (šo'â) significatur — „*interitus, pernicies*"; Vulgata
rtit in psl. 34, 8. „*laqueus*", hic loci vero „*vanum*". — De significatione
cis „vanus" in Vulgata vide psl. 5, 10. — *in* = ad; vide psl. 3, 3. Rgl. 9.
v. 11. **in manus** = in potestatem; — **vulpes** = canes aurei (Schakale).
v. 12. **laetor in Deo** = de Deo; **in** = de; post verba gaudendi
le psl. 3, 3. Rgl. 10. — **laudor** = glorior; medium non passivum.

[1]) Bibliſches Realwörterbuch von Dr. Georg Benedict Winer. Leipzig 1847.

iuro in eo = iuro per eum; — **in** = „per“ (בְּ) in iuramento. — Per Deum iurat, qui Deum colit. — **quia** = quando; כִּי (ki) hoc et illud significat. — **iniqua** = mendacium (= b. Hieron.); genus pro specie.

PSALMUS 63. (hebr. 64.)

O Deus tuere me contra maleficos!

Auctor et argumentum. — Auctor huius psalmi — David — in vitae constitutus periculo orat, ut Deus eum defendat contra scelestia molimina hominum insidiosorum. — Fiducia auxilii divini confortatus praesagit exitium hostium suamque liberationem, quo facto omnes boni magis magisque fiduciam suam in Deo collocabunt. —

Tempus. — Utrum exaratio psalmi huius in tempora persecutionum Sauli vel rebellionis Absoloniticae referenda sit, non constat.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem, Psalmus David.	1. Præfecto musicæ; Psalmus Davidis.
2. Exaudi, Deus, orationem meam, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.	2. Audi, o Deus, vocem meam, cum queror, defendas vitam meam ab hoste terribili!
3. Protexisti me a conventu malignantium: a multitudine operantium iniquitatem.	3. Occultes me a congressu maleficorum, a turba impiorum,
4. Quia exacuerunt ut gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram,	4. qui acuunt linguam suam, ut gladium, tendunt ut sagittam suam — sermonem acerbum,
5. ut sagittent in ocultis immaculatum.	5. ut petant in latibulis innocuum! Subito petunt eum, nec metuunt quemquam.
6. Subito sagittabunt eum, et non timebunt: firmaverunt sibi sermonem nequam. Narraverunt, ut absconderent laqueos: dixerunt: Quis videbit eos?	6. Obfirmant sibi rem malam, consultant inter se de occultandis laqueis, dicentes: „Quis videbit eos“?

"

Scrutati sunt iniquitates:
defecerunt scrutantes scrutinio.
Accedet homo ad cor altum:

et exaltabitur Deus.
Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum:
et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.
Conturbati sunt omnes, qui videbant eos:
et timuit omnis homo.
Et annuntiaverunt opera Dei,
et facta ejus intellexerunt.
Lætabitur justus in Domino,
et sperabit in eo,
et laudabuntur omnes recti corde.

7. Exquirunt scelera;
perfecerunt; — consilium excogitatum est;
dein intimum cuiusque et cor profunde occluditur.
8. **Tum** petit eos Deus sagittā;
subitanea est clades eorum.

9. Et corruunt; ipsis supervenit lingua eorum;
quicunque eos vident, fugiunt.

10. Et timebunt omnes homines,
et prædicabunt facinus Dei,
cum cognoverint opus Ejus.
11. Iustus lætabitur de Domino et fiduciam collocabit in Eo,
et gloriabuntur omnes, qui sunt animi integri.

in finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
psalmus David = psalmus Davidis; vide psl. 3, 1.
v. 2. **exaudi**; pro simplici audi; vide Rgl. 5. pag. 16.
a timore inimici = ab hoste terribili; inimicus est *obiectum* timoris; inicus *timetur*; de attributo *subordinato* „inimici" valet Rgl. 17. psl. 5, 8.
v. 3. **protego** = abscondo, occulto; effectus et causa.
v. 4. **quia**; pro „qui"; LXX. οἵτινες; inde antiqua Psalteria habent „qui".
intendo; pro simplici: „tendo"; vide psl. 36, 14. et Rgl. 5. pag 16.
res amara = sermo acerbus; de „*dabar*" vide psl. 40, 9. „verbum".
v. 5. **ut sagittent immaculatum** = ut sagitta petant innocuum.
II. hemistichium v. 5ti trahit Vulgata, non LXX., ad v. 6.
v. 6. **non timebunt** scilicet „quemquam"; vide psl. 20, 5. Rgl. 41.
firmaverunt sibi = obfirmant sibi; b. Hieron. „confortaverunt sibi".
sermonem nequam = rem malam; de hebr. „dabar" vide psl. 40, 9.
narraverunt = consultant inter se; (Schegg: „sie verabredeten").
v. 7. **deficio** = perficio. ad finem perduco, (bin fertig); confer psl. 26. — „*defecerunt* (LXX. ἐξέλιπον) laudes David".
scrutor = exquiro, excogito; — **scrutantes scrutinio** (b. Hieron. rutinium") = excogitaverunt consilium; — **scrutinium** = consilium.
accedet homo ad cor altum; textus masoret. habet: „*dein intimum* var. *usque et cor profunde occluditur*"; b. Hieron. „cogitationibus singulorum corde profundo".
cor altum = cor profundum — profunde occlusum; confer: „somnus is, sopor altus" (tiefer Schlaf). — *accedit homo ad cor altum;* i. e. accedit cor *profunde occlusum* = homo cor suum profunde occludit. Sensus gatæ et textus masoretici manet idem. — **homo** = quisque; vide psl. 1, 1.

accedet; in textu masoretico est: „intimum". — Alexandrinus in punctatum קרב legit; „*karab*" i. e. „*accessit*"; loco „*kereb*" i. e. „*intimum*

var. v. 8. **et exaltabitur Deus**; in textu masoret. est: „tum petit Deu eos sagitta"; — b. Hieron. „sagittabit ergo eos Deus"; — Vulgata pon effectum pro causa; „subitanea enim profligatione hostium exaltabitur Deus

Divergentia orta est eo, quod Græcus LXX. legit impunctatum רם — *v'juram* i. e. *exaltabitur* loco: „*vajjorem*"; i. e. *sagitta petit eos.*

var. **sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum**; textus mas reticus habet sensu eodem: „*subitanea est clades eorum*"; (b. Hiero „iaculo repentino inferentur plagæ eorum"). — *plagæ* = clades — e Subiectum sententiæ; „*sagittæ parvulorum*" = sagittæ in manibus parv lorum. Docente experientia cedunt arma acuta in manu parvulorum plerun que et ex improviso in perniciem eorum. Hac imagine exprimit Vulga id, quod textus masoreticus dicit voce „*subitanea*" — est clades eoru

Divergentia orta est verosimile eo, quod Alexandrinus impunctatu פתאם legit: *f'taim* i. e. „parvuli"

loco masoretici: *fitom* i. e. „subitanea" et traxit simul ultimam I. hem stichii vocem חִצִּי *(chec)* i. e. „*sagitta*" ad hemistichium II.

v. 9. **et infirmatae sunt contra eos linguae eorum** = corruunt eos linguæ eorum. — **infirmor**; pro *corruo* (= b. Hieron.); causa pro effect

contra eos = „in eos" vel „ipsis supervenit"; textus masoret. habe „*corruunt; ipsis supervenit lingua eorum*; „*supervenire*" præcedit, „*corruer* sequitur. Sensus manet idem.

conturbor; pro: fugio (= b. Hieron.); causa pro effectu.

v. 10. **omnis homo** = omnes homines; hebr. „*adam*" est collectivu **et intellexerunt** = cum cognoverint; **et** = cum; vide Rgl. 3. pag. 1

v. 11. **laetor in Domine** = lætor de Domino; **in** = „de", po verba gaudendi; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

laudor = glorior, (medium); Schegg: „ſich rühmen"; vide psl. 9 2,

omnes recti corde = omnes, quorum animus est integer = omn qui sunt animi integri. — **cor** = animus; vide psl. 56, 8.

PSALMUS 64. (hebr. 65.)

Gratiarum actio pro benedictione divina.

Auctor et argumentum. — Auctor elegantis hujus hymni est David. Homo dependentiae suae a Deo conscius, animo fiducia pleno, necess ria sibi impetraturus, adit sanctuarium Dei, (2.—5.) qui est Dominus toti naturae (6.—9.) et benignus dator laetae messis. (10.—14.)

Tempus. — De tempore et occasione exarationis huius hymni nil ce dici potest.

Textus Vulgatæ.

In finem, Psalmus David. Canticum Hieremiæ et Ezechielis populo transmigrationis, cum inciperent exire.

Te decet hymnus, Deus in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt super nos: et impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, et assumsisti: inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum,

mirabile in æquitate.

Exaudi nos, Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, et in mari longe.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia:

qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes,

et timebunt, qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini et vespere delectabis.

Visitasti terram et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis: parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius.

Rivos ejus inebria, multiplica genimina eius:

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ; — Psalmus Davidis; Canticum.

2. **T**ibi sit fiducia, laus, o Deus in Sione!
   Tibi etiam persolvantur vota!
3. Tu enim audis preces,
   ad Te omnis caro venit.
4. Quando peccata me superant,
   Tu delicta nostra condonas.

5. Beatus est ille, quem eligis et admittis, ut habitet atria Tua!

   Nobis licet satiari felicitate domus Tuæ — sacri templi Tui.

6. **M**irabiliter exaudis nos largiens benedictionem —
   o Deus salvator noster,
   Tu es fiducia omnium remotorum finium et terræ et maris!
7. Potentiâ Tua stabilis montes,
   robore cinctus.
8. Tu compescis fremitum marium,
   fremitum fluctuum eorum,
   et strepitum populorum.
9. Propterea timent incolæ finium (terræ) signa Tua,
   Tu iubilare facis ortus mane et vespere.
10. **V**isitas terram et redundare facis eam,
    largiter ditas eam;
    rivus Dei plenus est aquarum,
    paras frumentum eis (hominibus);
    nam sic præparas eam (terram).

11. Irrigas sulcos eius;
    complanas glebas eius,

in stillicidiis ejus lætabitur germinans.

12. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: et campi tui replebuntur ubertate.

13. Pinguescent speciosa deserti, et exultatione colles accingentur.

14. Induti sunt arietes ovium, et valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

imbribus liquefacis eam, germen ejus prosperas.

12. Coronas benignitate Tua annum et pinguedinem stillant orbitæ Tuæ

13. Pascua deserti stillant (pinguedinem)

et iubilo cingunt se colles.

14. Arva vestiuntur ovibus, et valles teguntur frumento, omnia iubilant, omnia canunt.

in finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1

psalmus David = psalmus Davidis; vide psl. 3, 1.

add. **„Ieremiae et Ezechielis populo transmigrationis, cum incipe rent exire“**; addit Vulgata et *nonnulli* tantum codices LXX. Codex Va ticanus hoc additamentum non habet. Hæc inscriptio genuina esse *nequi* quia Ieremias Babylone non erat, et Ezechiel *ante* finem exilii est defunctus

omis. v. 2. **te decet hymnus**; textus masoret. habet: „*Tibi sit fiducia laus*“. — Græcus LXX. *non* vertit דְּמִיָּה (dumijjâ) i. e. silentium, tacita de votio, (ſtille Ergebenheit), fiducia; (b. Hieron.: „tibi silentium, laus“).

tibi reddetur votum = tibi persolvantur vota; vide psl. 55, 12

add. **in Ierusalem**; addit Vulgata non Codex Vaticanus LXX.

var. v. 3. **exaudi**; pro simplici „audi“; vide Rgl. 5. pag. 16.

Alexandrinus legit impunctatum שמע — *šma* i. e. „*audi*“ loco ma soretici „*šomea*“ i. e. audiens = audis; vide psl. 28, 5. „confringit“.

add. **orationem meam**; „*meam*“ addit Vulgata iuxta LXX.

v. 4. **verba iniquorum** = facta iniqua = iniquitates — peccata vide psl. 40, 9. „dabar“; b. Hieron.: „verba iniquitatum“, quod est idem

praevaleo super aliquem = supero aliquem.

var. **nos**; textus masoret. habet: „*me*“ (= b. Hieron.); differentia in nu mero orta est ex permutatione ו cum י; loco מֵנִּי (minni),

legit Alexandrinus מִנּוּ (minnu) = מֵמֶּנּוּ (mimmennu

v. 5. **inhabito in atriis** = habito in atriis; vide Rgl. 5. pag. 16

assumo = admitto. — **replebimur** = nobis licet satiari; de *Po tentiali*; vide psl. 5, 8. Rgl. 16.

in bonis = bonis = felicitate; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

var. **sanctum est templum tuum.** — Omissa copula, quam Vulgat *addit* iuxta LXX., sunt verba hæc appositio ad præcedens „*domus tuæ* ita, ut sonat versio: „sancti templi tui“.

Alexandrinus legit impunctatum קדש — „*kadoš*“ loco masoretici „*k'doš*“

v. 6. **mirabile** = mirabiliter; — **in aequitate** = quoad benedi ctionem, gratiam; hebr. צֶדֶק (cêdek). — **exaudi nos**; pro: exaudis nos

Hebr. עָנָה (anâ) = respondit, exaudivit, si construitur cum præ positione בְּ (b'), denotat: „exaudit *largiendo* vel *largiens*“.

n

Vulgata iuxta LXX. vertit *Futurum* textus hebraici hic loci per *Imrativum* „**exaudi**“, loco Præsentis; est ergo: „*mirabile in æquitate exaudi s*“ = mirabiliter exaudis nos respectu benedictionis seu — largiens nedictionem; de „*in*“ vide psl. 3, 3. Rgl. 10. *b)*.

Deus salutaris = Deus salvator; vide psl. 9, 16.

spes omnium finium terrae et in mari longe = spes omnium rræ marisque remotorum finium. — **longe** = remote; hic loci est adctivum in plurali et pertinet ad „*fines*“. All.: „Du Hoffnung aller Enden r Erde und des Menſchen in der Ferne“.

v. 7. **praeparo** = stabilio; vide psl. 23, 2. Schegg: „feſtſetzen“.

in virtute = potentia; de „*in*“ vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

accingo; pro simplici „cingo“; vide Rgl. 5. pag. 16. *idem* in v. 13.

v. 8. **conturbo** = compesco (= b. Hier.); antecedens pro subsequente.

profundum maris = fremitus marium; (b. Hieron. „sonitus“); — **nus** = fremitus; — **turbantur gentes**; i. e. strepunt gentes.

v. 9. **et** = propterea. — **timeo a signis** = timeo signa; conf. 111, 7.

exitus matutini et vespere = ortus solis et occasus = regio ad tum solis et occasum = homines in regionibus orientalibus et occidenlibus habitantes. — *exitus* = ortus, est in numero plurali.

delectabis = exhilaras, iubilare facis; vide psl. 29, 2.

v. 10. **inebrio** = redundare facio; — **locupleto** = dito.

multiplico; hic loci est verbum auxiliare, vertendum adverbio „*multum, rgiter*“; vide psl. 30, 3. Rgl. 46. — **flumen** = rivus.

ita est praeparatio eius (terræ); scilicet ex parte Tua = sic præras eam.

v. 11. **rivos** (LXX. τοὺς αὔλακας) = sulcos (= b. Hier. et b. Augustin.).

inebria = irrigas, irrigare soles.

multiplica genimina eius; textus masoret. habet: „*complanas glebas* var. *us*“, vel „*descendere facis sulcos eius*“; causa et effectus. Vulgata habet *perativos* „*inebria, multiplica*“ pro *Præsenti*. Allioli ponit Præsens. In braico sunt hic loci *Infinitivi absoluti*, qui quoad formam ab Imperativis n differunt; Infinitivus absolutus autem *induit naturam temporum antedentium*; inde vertendum est hic loci — *Præsens*. — Psalterium Romanum bet revera: „*inebrians, multiplicans*“.

Hebr. נָחַת (nachat) = „descendit“, kittel = „depressit“; hic loci sus, glebas = „complanavit (pluvia)“. — גְּדוּד (g'dud) = gleba, sulcus.

in stillicidiis = imbribus; de „*in*“ vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

Vulgata iuxta LXX. omisit „*liquefacit eam*“ (b. Hieron.: „pluviis ir- omis. ga eam“). Sensus manet idem. — Pronomen „**eius**“ pertinet ad „**germinans**“ ita ut sit ordo vocabulorum: „*lætabitur germinans eius*“ (scilicet rræ) i. e. lætabitur id, quod in ea germinat = germen in ea lætum est il. Deo favente. — Idem dicit textus masor. verbis „*germen eius prosperas*“.

v. 12. **benedices coronae anni benignitatis tuae** = „coronas nignitate tua annum“; b. Hieron.: „volvetur annus in bonitate Tua“. l.: „Du ſegneſt den Umlauf des Jahres mit deiner Güte“; Schegg: „Du gneſt den Brautſchmuck des Jahres deiner Güte“.

campi tui; pro: orbitæ tuæ = vestigia tua; (= b. Hieron.).

repleor = stillo (b. Hieron. „roboror“). — **ubertas** = pinguedo.

v. 13. **pinguesco** = stillo; scilicet pinguedinem.

speciosa deserti = pascua deserti (= b. Hieron.); effectus et causa. v. 14. **„arietes"**; pro „arva"; contentum pro continente; nam hebr. כַּר (kar) denotat non tantum *„agnum"*, sed etiam *„agnorum pascuum"*, *„pratum"*; Anger, trávník; vide Is. 30, 23. — **induti sunt arietes ovium**; in textu masoret. est: *„arva vestiuntur ovibus"*; (b. Hieron.: vestientur agnis greges; die Heerden kleiden ſich mit Lämmern); tam in Vulgata, quam in textu masoretico *de benedictione gregis* sermo est. — **induor** = vestior.

clamabunt = iubilant; scilicet omnia, quod Subiectum supplendum est, et quod etiam Allioli ponit vertens: „Alles rufet".

etenim = et; — **hymnum dico** = cano; LXX. ὑμνέω.

PSALMUS 65. (hebr. 66.)

Gratiarum actio.

Auctor et argumentum: — Vates sacer, cuius nomen determinari nequit, provocat omnes populos ad celebrandum Deum (2.–4.), qui omnipotentiam suam manifestavit in ducendis ex Aegypto Israelitis (5.—7.), quos ex magna calamitate et a iugo praepotentis hostis liberavit (8.—12.). Inde manifestemus gratum animum (13.—15.) erga Deum, qui preces nostras, cum versaremur in angustiis, exaudivit (16.—20.).

Tempus. — De tempore nil certi statui potest, quia calamitas illa gravis (v. 10.) propius determinari nequit.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. In finem; canticum Psalmi resurrectionis.	1. Præfecto musicæ; — Canticum, carmen.
Iubilate Deo, omnis terra,	Iubilate Deo universæ terræ,
2. psalmum dicite nomini ejus, date gloriam laudi eius.	canite gloriam nominis Eius, reddite gloriosum hymnum Eius!
3. Dicite Deo: Quam terribilia sunt opera tua, Domine! in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.	3. Dicite Deo: „Quam terribilia sunt facinora Tua!" „Propter magnitudinem potentiæ Tuæ adulantur Tibi hostes Tui:
4. Omnis terra adoret te, et psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.	4. Universæ terræ se prosternunt coram Te et canunt Tibi, canunt nomen Tuum. (sela.)
5. Venite, et videte opera Dei: terribilis in consiliis super filios hominum.	5. Venite et contemplamini opera Dei, qui admiranda operatur in hominibus!

Qui convertit mare in aridam:
in flumine pertransibunt pede:
ibi lætabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super gentes respiciunt:
qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

Benedicite gentes Deum nostrum, et auditam facite vocem laudis eius,

qui posuit animam meam ad vitam, et non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos, Deus:
igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum:
posuisti tribulationes in dorso nostro:

imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam: in holocaustis reddam tibi vota mea,

quæ distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum in tribulatione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, et narrabo, omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamavi, et exaltavi sub lingua mea.

6. Mare convertit in aridum,
fluvium transierunt pedibus;
tum lætati sumus Eo!

7. Potentia sua dominatur in æternum, —
oculi Eius populos observant,
refractarii nequeunt sese effere.
(sela.)

8. **L**audate populi Deum nostrum,
et edite vocem laudis Eius! —

9. Qui revocavit animam nostram ad vitam,
nec permisit nutare pedem nostrum.

10. Nam explorasti nos, o Deus,
probasti nos, sicuti probatur argentum.

11. Induxisti nos in rete,
grave onus posuisti in lumbis nostris.

12. Tu inequitare fecisti homines capiti nostro,
ivimus per ignem et per aquam; —
sed eduxisti nos ad abundantiam.

13. **V**eniam cum holocaustis in domum Tuam,
et persolvam Tibi vota mea,

14. quemadmodum ea enuntiarunt labia mea,
et os meum locutum est in angustiis meis.

15. Offeram Tibi holocausta ovium pinguium
cum suffitu arietum;
offeram iuvencos et hircos. (sela.)

16. **V**enite, audite, omnes cultores Dei;
narrabo enim,
quæ fecit animæ meæ!

17. Ore meo ad Eum clamavi, —
et celebratio erat sub lingua mea.

18. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.

19. Propterea exaudivit Deus, et attendit voci deprecationis meæ.

20. Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam, et misericordiam suam a me.

18. Si pravitatem intendissem in cord
meo,
non auditurus fuisset Dominus.

19. Verum audivit Deus,
attendit ad vocem precum mearu

20. Laudetur Deus,
qui non reiecit orationem mea
et gratiam suam a me recede
non fecit!

in finem i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4,
canticum psalmi = canticum, psalmus seu carmen.

add. **„resurrectionis“**; addit Vulgata iuxta LXX. In textu hexaplari LX additamentum hoc non erat. — Voce *„resurrectio“* hic loci designatur „*beratio ex gravi iugo*“ (v. 9.—12.).

v. 2. **omnis terra** = omnes terræ; (All.: „alle Lande“); idem in v.
psalmum dicite; in textu masoretico sensu eodem: *„canite gloriam*
date gloriam laudi eius = reddite gloriosum hymnum Eius. Sensu est idem. — **laus** (argumentum hymni) = hymnus; contentum est cont nens. — *do gloriam* = cano gloriam. —

add. v. 3. **Domine**; addit Vulgata, non LXX.
in multitudine = propter magnitudinem; vide psl. 5, 8.
mentior = adulor; vide psl. 17, 46.; adulatio cogitari nequit absque mendacio.

v. 4. **psallo** *et* **psalmum dico** = cano; vide psl. 17, 50.

v. 5. **terribilis in consiliis super filios hominum**; scilicet *est* admirabilis est in consiliis suis quoad homines = admiranda operatur hominibus; — **super**; עַל (al) = quoad, respectu = in.

filius hominis = homo; vide psl. 11, 2.

v. 6. **in flumine pertransibunt** = flumen transierunt; scilicet m iores nostri. — **„laetor in aliquo“** Vulgatæ = lætor aliquo.

v. 7. **in virtute** = potentia; de *„in“* vide psl. 2, 9. Rgl. 7.
respicio super gentes = observo populos.
qui exasperant = exasperantes = refractarii.
non exaltentur in semetipsis = nequeunt sese efferre; — **exalt** = effero me; *medium* non passivum. — **in semetipso** = *per* se, suo robor

v. 8. **auditam facite vocem laudis** = edite vocem laudis.

var. v. 9. **posuit animam meam ad vitam** = revocavit animam *nostra* ad vitam. — Divergentia explicatur commutatione ו cum י (jod cum vau יָ et וּ („ni“ et „nu“); confer psl. 64, 4.

non dedit in commotionem pedes meos = non permisit nuta pedem nostrum, vide psl. 20, 7. — *do* = permitto; vide psl. 20, 7. *commoveor* = nuto; vide psl. 18, 5.

v. 10. **probasti nos** = explorasti nos; (All.: „prüfen“); vide psl. 25,
v. 11. **laqueus** = rete; vide psl. 9^2, 9.
tribulatio = onus grave; effectus pro causa. — **dorsum** = lumb

v. 12. **imposuisti** = tu inequitare fecisti. — **refrigerium** = abuntia; unum et alterum denotat amœni quid, desiderati. —

v. 13. **introeo in domum tuam in holocaustis** = veniam in domum am *cum* holocaustis; vide psl. 20, 4. Rgl. 40.

introeo = venio; *in* = *cum*; — vide psl. 3, 3. Rgl. 10. —

reddo vota = persolvo vota; vide psl. 55, 12.

v. 14. **distinguo** = distincte seu clara voce profero, enuntio; pernuit hoc ad validitatem voti; vide Deuter. 23, 23.

v. 15. **holocausta medullata** = holocausta ovium pinguium. — *edulla* = oves pingues. — **bos** = iuvencus. — *Castratio* lege Mosaica at *interdicta*; — „*bos*" Vulgatæ est semper „*iuvencus, taurus*".

v. 16. Verba huius versus in Vulgata sic ordinanda sunt: „*venite, udite omnes, qui timetis Deum, et narrabo, quanta fecit animæ meæ*": vide gl. 6. pag. 16. — **timens Deum** = cultor Dei; vide psl. 14, 4.

v. 18. **aspicio** = intendo; nach Verbotenem ſchauen.

v. 20. **amoveo** = reiicio, recedere facio. — **misericordia** = gratia; de psl. 5, 8.

Nota. Hebr. „sela" (vide psl. 3, 3.) post v. 4., 7. et 15. Vulgata non ertit. — LXX. habet· διάψαλμα — b. Hieron. „semper".

PSALMUS 66. (hebr. 67).

Gratiarum actio pro benedictione divina.

Auctor et argumentum. — Vates sacer, cuius nomen ignoratur, exat nomine populi beneficia divina, ut omnes gentes agnoscerent celebrent Eius benignitatem et iustitiam.

Occasio. — Carmen hoc exaratum fuisse videtur secundum v. 7^mum^ occasione largae messis. —

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem; in hymnis, Psalmus cantici David.	1. Præfecto musicæ; — fidibus canendum. Carmen, canticum.
2. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri,	2. **D**eus propitius sit nobis et benedicat nobis, lucere faciat super nobis vultum suum! (sela.)
3. ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.	3. ut cognoscant in terra viam Tuam, et inter omnes populos auxilium Tuum!
4. Confiteantur tibi populi, Deus: confiteantur tibi populi omnes.	4. **C**elebrabunt Te populi, o Deus, celebrabunt Te populi omnes.

5. Lætentur et exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquitate, et gentes in terra dirigis.	5. Lætabuntur et iubilabunt nationes, quod recte iudicas populos, et gubernas nationes in terra. — (sela.)
6. Confiteantur tibi populi, Deus: confiteantur tibi populi omnes:	6. Celebrabunt Te populi, o Deus, celebrabunt Te populi omnes.
7. terra dedit fructum suum. Benedicat nos Deus, Deus noster.	7. Terra dedit proventum suum, nobis benedicit Deus, Deus noster.
8. Benedicat nos Deus: et metuant eum omnes fines terræ.	8. Benedicat nobis Deus, et timeant Eum omnes fines terræ!

In finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
in hymnis = fidibus canendum; eandem vocem Alexandrinæ „ἐν ὕμνοις“ vertit Vulgata in psalmo 6to „*in carminibus*“, de quo vide psl. 4, 1.
psalmus cantici = carmen, canticum; vide psl. 29, 1.
add. **„David“**; addit Vulgata iuxta LXX.
v. 2. **illuminet vultum** = lucere faciat vultum.
add. **„et misereatur nostri“** addit Vulgata, non LXX. neque antiqua Psalteria (Rom. Corb. Coisl. et Hilar.).
v. 3. **ut cognoscamus**; in textu masoret.: „*ut cognoscant*“; scilicet „*homines*“. — Infinitivum hebr. vertit LXX. Infinitivo: „τοῦ γνῶναι“, qui tam I^ma, quam III^tia persona in latino reddi potest.
in omnibus = inter omnes; **in** = inter; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.
salutare tuum = auxilium tuum; vide psl. 9, 16.
v. 4. **confiteor tibi** = celebro te; idem in v. 6.; vide psl. 6, 6.
v. 5. **iudicas in aequitate** = iudicas æque, recte; vide psl. 4, 9.
gentes dirigis = gentes regis, gubernas; vide Rgl. 5. pag. 16.
v. 7. **benedico aliquem** = benedico alicui; idem in v. 8.
Nota. Hebr. „sela“ (vide psl. 3, 3.) post v. 2. et 5. Vulgata non vertit. LXX. habet „διάψαλμα“, b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 67. (hebr. 68.)

Hymnus in honorem victoris.

Auctor et argumentum. — Auctor cantici huius perelegantis et simul intellectu paulo difficilioris est regius psaltes — David. Celebrat potentiam Dei, qua hostes dissipat, et beneficia largitur populo suo electo.
Probat hoc ex historia Israelitarum, quos Deus ex Aegypto eduxit, et terram Cananitarum eis possidendam dedit; (2.—15.), qui dignum habuit Sionem, ut in eo sedem suam collocaret (16.—19.).

Dein implorat auxilium Dei contra hostes adhuc debellandos (20.—24.) describit triumphum seu solennem incessum in sacrarium Hierosolymitanum (25.—28.).

Finem imponit oratio, ut Deus ex Sione potentiam suam efficaciter exerat, ut Eum omnes revereantur, et exhortatio omnium gentium, ut colerent Deum omnipotentem, cuius maiestas regit Israelem. (29.—36.). —

Occasio. — Psalmus hic exaratus est verosimiliter, ut in translatione arcae foederis ex domo Obededomi in arcem Sion, (vide v. 19. et 25.) cantaretur; psalmus enim incipit (v. 2.) cum iisdem sententiis, quibus Moses itinere per Arabiam Petraeam usus est, cum arca foederis levaretur; vide Num. 10, 35. —

B. Apostolus allegat in epistola ad Ephesios 4, 8. verba versus 19.mi ascensionem Salvatoris in coelum, — solennem Eius triumphum.

Nota. In finem rectae interpretationis ponat lector in v. 3. Futurum loco Conjunctivi Praesentis et respiciat simul dicta — ad *c)* pag. 11.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. In finem; Psalmus cantici, ipsi David.	1. Præfecto musicæ: — Psalmus Davidis. Canticum.
2. Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant, qui oderunt eum, a facie eius.	2. Exsurgat Deus, dispergant se hostes Eius, et fugiant a facie Eius osores Eius!
3. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.	3. Sicut dispellitur fumus, dispelle eos, sicut liquescit cera coram igne, pereant improbi coram Deo!
4. Et iusti epulentur, et exultent in conspectu Dei, et delectentur in lætitia.	4. Iusti autem lætentur, iubilent coram Deo, et exultent lætitia!
5. Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius, iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi. Exultate in conspectu eius,	5. Canite Deo, fidibus canite nomen Eius, parate viam Ei, qui vehitur per deserta. „Dominus“ est nomen Eius, et iubilate coram Eo!
turbabuntur a facie eius, 6. patris orphanorum, et iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo:	6. Pater orphanorum et vindex viduarum — est Deus in domicilio suo sancto.
7. Deus, qui inhabitare facit unius moris in domo: qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulcris.	7. Deus habitare facit extorres — domi, et ducit vinctos in omnigenam prosperitatem; nonnisi refractarii habitabunt aridum.

8. Deus, cum egredereris in conspectu populi tui,
cum pertransires in deserto:
9. terra mota est, etenim cœli distillaverunt a facie Dei Sinai, a facie Dei Israël.
10. Pluviam voluntariam segregabis, Deus, hereditati tuæ: et infirmata est, tu vero perfecisti eam.
11. Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.
12. Dominus dabit verbum

evangelizantibus virtute multa.

13. Rex virtutum dilecti dilecti: et speciei domus dividere spolia.
14. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, et posteriora dorsi eius in pallore auri.
15. Dum discernit cœlestis reges super eam,
nive dealbabuntur in Selmon:
16. mons Dei, mons pinguis.
Mons coagulatus, mons pinguis:
17. utquid suspicamini montes coagulatos?
Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo:
etenim Dominus habitabit in finem.
18. Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium:
Dominus in eis in Sina in sancto.
19. Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, accepisti dona in hominibus:

8. **O** Deus, cum exires coram populo Tuo,
cum incederes per desertum; (sela)
9. terra contremuit, —
et cœli stillarunt coram Deo, —
hic Sinai — coram Deo, Deo Israelis.
10. **P**luvia larga conspersisti, o Deus, possessionem Tuam;
et fessam recreasti.

11. Creaturæ Tuæ habitant in ea,
præparasti eam in benignitate Tua, o Deus — pauperi!
12. **D**ominus fecit, ut cantus audiretur festus,
et nuntiarum victoriæ magnus est numerus.
13. Reges cum exercitibus fugiunt, fugiunt,
et matrona partitur prædam.
14. Cum recumbitis inter caulas,
sunt alæ columbæ deargentatæ,
et pennæ eius micante auro obductæ.
15. Cum omnipotens in ea (possessione) dispergeret reges;
ningebat in Zalmone.
16. **M**ontes Dei sunt montes Bašanitici,
cacuminosi sunt montes Bašanitidis!
17. Cur invidiose observatis, o montes cacuminosi,
montem, quem elegit Deus sibi in habitationem?
immo vero Dominus habitabit in eo in æternum.
18. **C**urruum Dei sunt duæ myriades, millia et millia,
Dominus inter eos est, — Sinai in sacrario est.
19. Ascendisti altitudinem —
ducens captivos,
accepisti dona ab hominibus;

"

etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum.
Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.
Deus noster, Deus salvos faciendi:
et Domini, Domini exitus mortis.
Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.
Dixit Dominus: Ex Basan convertam, convertam in profundum maris,
ut intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.
Viderunt ingressus tuos, Deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto.
Prævenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuvencularum tympanistriarum.
In ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel.

Ibi Beniamin adolescentulus, in mentis excessu.
Principes Iuda, duces eorum:

principes Zabulon, principes Nephthali.
Manda Deus virtuti tuæ,
confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
A templo tuo in Ierusalem tibi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis: congregatio taurorum in vaccis

immo et refractarii coguntur habitare penes Dominum Deum.
20. **L**audetur Dominus,
quotidie onus portat pro nobis,
Deus est salus nostra! (sela.)

21. Deus est nobis Deus ad omnimodam salutem;
immo Iehova Dominus habet vias, quibus mortem effugere possibile.
22. Deus certe percutiet caput hostium suorum,
capillatum verticem eius, qui perseverat in delictis suis.
23. Dixit Dominus: „Ex Bašanitide reducam eos,
reducam eos ex profundo maris,“
24. „ut agites pedem tuum in sanguine, ut linguæ canum tuorum sit pars in hostibus tuis.“
25. **S**pectant triumphum Tuum, o Deus, solennem incessum Dei mei, regis mei — in sacrarium.
26. Præcedunt cantores, post fiducines, in medio virginum tympana pulsantium.
27. „In concionibus celebrate Deum, Dominum, vos, qui ex stirpe Israelis estis!“
28. Ibi adest Benjamin natu minimus, ordinator eorum;
principes Iuda; — densum est agmen eorum;
principes Zabulon; — principes Nephtali.
29. **D**emanda, o Deus, potentiam Tuam, conserva, o Deus, quæ acquisivisti nobis!
30. Templo Tuo in Hierosolymis,
Tibi offerent reges munera.
31. Terre bestiam arundinis, turbam taurorum cum vitulis populorum,

populorum, ut excludant eos, qui probati sunt argento.
Dissipa gentes, quæ bella volunt:
32. venient legati ex Aegypto: Aethiopia præveniet manus eius Deo.
33. Regna terræ, cantate Deo: psallite Domino, psallite Deo,
34. qui ascendit super cœlum cœli, ad orientem.
Ecce dabit voci suæ vocem virtutis:
35. date gloriam Deo super Israel: magnificentia eius, et virtus eius in nubibus.
36. Mirabilis Deus in sanctis suis,

Deus Israel ipse dabit virtutem, et fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.

ut subiciant se cum frustis argenti

Dispersit populos, qui bella amant

32. Venient magnates ex Aegypto, Aethiopia celeriter expandit manu suas ad Deum.
33. **R**egna terræ — canite Deo, fidibus canite Dominum! (sela.)
34. Illum, qui vehitur per cœlos — per cœlos sempiternos!
Ecce, edit vocem, — edit ingentem vocem!
35. Date honorem Deo!
Maiestas Eius regit Israelem, et omnipotentia Eius in nubibus.
36. Terribilem Te exhibes, o Deus e sacrariis Tuis!
„Deus Israelis dat potentiam et vires populo suo.“
Laudetur Deus!

In finem, i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
psalmus cantici = psalmus, canticum; vide psl. 29, 1.
ipsi David = Davidis; vide psl. 15, 1.

v. 3. **deficit fumus** = dispellitur fumus; effectus et causa.
a facie ignis = coram igne; idem v. 9. vide Rgl. 4. pag. 16.

v. 4. **iusti epulentur** = iusti lætentur; causa et effectus. All.: „d Gerechten ſollen in Freuden leben“.
in conspectu Dei = coram Deo; idem in v. 5. vide Rgl. 4. pag. 1
in laetitia = lætitiā; de „*in*“ vide psl. 9, 2. Rgl. 7.

v. 5. **psalmum dicite** = fidibus canite; vide psl. 56, 8.
iter facite ei = iter parate ei; — **ascendit** = vehitur.

var. **super occasum;** in textu masoret. est: „*per deserta*“ (scilicet Ara biæ); divergentia orta est eo, quod Græcus LXX. pluralem vocis derivav a singulari עֲרָב (ʿereb) i. e. „*vesper, occasus*“;
et non ab עֲרָבָה (ʿarabâ) i. e. „*desertum*“.

Dominus; in hebraico בְּיָהּ (b'jah) — ad verbum: „*in Domino*“. Tal בְּ (b') *Subiecto* præpositum vocatur ב (b') *essentiæ;* vide psl. 61, 8. Si autem præponitur nomini *Prædicato*, valent dicta ad psl. 4, 9. Rgl. 14.

add. „**turbabuntur a facie eius**“; addit Vulgata iuxta LXX.

v. 6. **iudex** = vindex; (b. Hier. „defensor“). Schegg: „Rechtsanwalt“

v. 7. **Deus, qui inhabitare facit unius moris in domo** = Deu habitare facit extorres — domi.

unius moris; LXX. μονοτρόπους; sic vocantur ii, qui in desertis dissi habitant; si autem μονότροπος idem valet quod μόνος τραφεῖς; denotat qui socium non habent; i. e. solitarios, (= b. Hieron.) = *extorres*.
in domo = domi; — **fortitudo**; pro: „omnigena prosperitas; causa effectu. — **similiter**; pro: nonnisi; b. Hieron.: „autem"; hebr. אַךְ (ak).

qui exasperant = refractarii (b. Hier. „increduli"); vide psl. 65, 7.
habitant in sepulcris = „habitant terram aridam"; terra deserta, la est *imago* sepulchri; hanc imaginem respexit LXX. et Vulgata.
v. 9. **distillo**; pro simplici: stillo; vide Rgl. 5. pag. 16.
a facie Dei Israël; pro: a facie *Dei*, Dei Israël. omis.
Ante vocem „Sinai" in Vulgata ponatur *comma;* vide Rgl. 6. pag. 16.
v. 10. **pluvia voluntaria** = pluvia larga; All.: „gnadenvoll".
segrego = separatim do; in textu masoret. est: *„conspergo"*; sensus idem: „pluviam largam dat Deus *hæreditati suæ*" i. e. terræ sanctæ.
infirmata est = fessa est. All.: „war ermattet".
perfecisti eam = fecisti cum effectu, ut desinat esse fessa, inata; i. e. recreasti eam; All.: „ſtärken", Schegg: „herſtellen".
v. 11. **dulcedo** = benignitas; All. et Schegg: „in deiner Güte".
paro = præparo; All. et Schegg: „bereiten".
v. 12. **do**; i. e. facio, ut aliquid fiat; hic loci *„ut audiatur"*.

verbum; hic loci intelligitur: cantus festus, epinicium; hebr. אֲמֶר ner) idem denotat ut *„dabar"*, de quo vide psl. 40, 9.
evangelizantes = læta nuntiantes = nuntiæ victoriæ; Siegesbotinnen, atelky vítězství; in hebraico est pluralis feminini.
virtus multa = exercitus magnus, ein großes Heer, zástup veliký; psl. 32, 6. „cabâ" et 5, 8. — Sensus est: *Deus concessit Israëli, cum erram promissam venisset, numerosas victorias.* — *Nuntiæ* victoriæ erant . *Maria*, soror Moysis (Ex. 15, 20.). — *Debora* (Iud. 5, 1.).
v. 13. **rex virtutum dilecti dilecti**; scilicet *rex* est i. e. rex exerum est rex populi dilecti, seu rex exercituum est rex populi electi. — essario vincit populus Deo dilectus hostes suos; et huncce *effectum* exnit textus masoret. verbis: *„reges cum exercitibus fugiunt, fugiunt"*. — gata exprimit causam; textus masoret. effectum; sensus est ergo idem.
Alexandrinus legit impunctatum יְדִדוּן — „j'didon" i. e. *dilectus*, — masoretici: *jiddodun*. i. e. „fugiunt", et derivavit vocem a radice *„ja"* = „dilexit" et non a radice *„nadad"* = „fugit"; inde ista divergentia.
virtutes = exercitus; vide psl. 32, 6.
species domus; b. Hieron. „pulchritudo"; sic vocatur: *matrona do, mater familias;* confer Eccl. 26, 21.—23. — **speciei domus est dere spolia** = matronæ est dividere spolia = matrona partitur prædam.
v. 14. **si dormiatis** = quum recumbitis; hebr. שָׁכַב (šakab) denotat: uit, recubuit (lagern, ležeti); in *specie* dicitur dein etiam de dormituris, mientibus, quietem capientibus, ægrotantibus, lugentibus, morientibus nortuis; vide psl. 40, 9.
inter medios cleros = inter caulas, zwiſchen Hürden, mezi ohrai; b. Hieron.: „inter medios terminos". Vulgata pro hebr. *„inter"* ponit *er medium"*.
Voce *„clerus"* = κλῆρος designatur: 1. *sors:* 2. sorte *dispertitum;* i. e. *ia, pars*, imprimis terræ — prædii; (der durch das Loos erhaltene An-

theil = Antheil, Besitz). — Sensus est: Si quiete habitatis domi (= *inter caulas*), similes estis pulchræ columbæ, cuius pennæ sunt quasi deargentatæ, et dorsum eius quasi micante auro obductum.

deargentatus = argento tectus, argento obductus.

pallor auri; b. Hieron.: „viror auri" = fulvum, micans aurum.

pennae; i. e. *sunt* pennæ; copula est ommissa; vide Rgl. 2. pag. 16.

v. 15. **discerno** (= ausscheiden) = dispergo, dissipo; b. Hieron.: „divido". All.: „zerstreuen".

coelestis = omnipotens; in hebraico est: „*šaddaj*", — epitheton *Dei veri*; b. Hieron.: „robustissimus". — **super eam** = in superficie eius = *in ea*; de hebr. בְּ (b) vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

nive dealbabuntur; scilicet loca singula; in textu masoretico: „*ningebat*"; effectus et causa.

v. 16. **mons pinguis** = montes Bašanitici; **„pinguis"** exprimit *abundantiam*, ubertatem cuiusvis rei; idem in II. hemistichio. — Iuxta opinionem Alexandrini vocatur *mons pinguis* per metaforam „mons Bašaniticus". — **mons**; collectivum = montes, montanum.

mons coagulatus; i. e. montanum ex multis cacuminibus compositum = montes cacuminosi; *idem* in v. 17.

v. 17. **suspicor** = invidiose observo; All.: „scheel blicken".

„in eo" - est superfluum ob præcedens *„in quo"*; vide 18, 4. Rgl. 38.

„mons, in quo habitare Deo beneplacitum est" = mons, quem elegit sibi Deus in habitationem.

v. 18. **decem millibus multiplex**; i. e. duæ myriades; (b. Hieron. „innumerabilis"); vox LXX. „μυριοπλάσιον" secundum s. Augustinum latine satis exprimi non potuit. var.

millia laetantium; in textu masoretico est: „millia et millia"; ad verbum: „millia iterationis"; b. Hieron.: „millia abundantium".

Græcus LXX. fors habuit in codice suo *adiectivum* שַׁאֲנָן (ša'anan) i. e. tranquillus, secure vivens, inde „lætans"; loco masoretici: שִׁנְאָן (šina'n) i. e. iteratio; „millia iterationis" sunt: „iterata millia".

in eis = *inter* eos; All.: „unter ihnen"; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

in Sina in sancto = Sinai in sacrario est; de בְּ (b') "essentiæ" vide v. 5. „Dominus." — Sensus est idem: sicut in Sinai, sic in sacrario i. e. Sinai transiit in sacrarium; maiestas Dei olim in Sinai est nunc in sacrario.[1])

v. 19. **ascendo in altum** = ascendo altitudinem.

cepisti captivitatem = cepisti captivos = ducis captivos; Schegg „hast Gefangene mitgeführt"; „captivitas" pro *„captivi"*; vide 10, 8. Rgl. 30.

in hominibus = ab hominibus; **in** = „ab"; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

etenim = imo et; hebr. וְאַף (v'af). — **non credentes** = refractarii

inhabitare Dominum Deum = habitare coguntur *penes* ((All.: bei) Dominum Deum; Infinitivus cum לְ directionis; — resolvitur in latino sententiā secundariā; confer psl. 9, 4. Rgl. 23.

v. 20. **die quotidie** = quotidie; b. Hieron.: „per singulos dies"; — — hoc pertinet ad sequentia, non ad præcedens: „Benedictus Dominus"

[1]) Dr. Cäsar von Lengerke. Die fünf Bücher der Psalmen. Königsberg 1847.

prosperum iter faciet nobis; pro: onus portat pro nobis; effectus causa; (b. Hieron.: „portabit nos“).

Deus salutarium nostrorum = Deus *est* salus nostra; (b. Hieron: eus salutis nostræ“); vide Rgl. 2. pag. 16. — **salutaria**; pro: salus. — æcus LXX. legit textum impunctatum ישועת tamquam pluralem *„j'šuot“* o — singularis *„j'šuat“*.

v. 21. **Deus salvos faciendi**; LXX. ὁ θεὸς τοῦ σώζειν = Deus, qui uvat, qui salvat; Deus, cuius est adiuvare, = cuius est salvare = eus salutis“; — ut b. Hieron. habet. Quia autem in hebr. est *pluralis* lutes“, — *omnimoda* salus indicatur, inde versio: „Deus ad *omnimodam* utem“; vide psl. 5, 10. Rgl. 18.

et Domini Domini exitus mortis. LXX. καὶ τοῦ κυρίου αἱ διέξοδοι θανάτου = *Domino sunt vitæ, quibus mortem effugere possibile.* — In X. ommissa est vox „κύριος“, quam Vulgata habet sicut textus hebrai- ; — b. Hieron.: „mortis egressus“; **„mors“** *non* est *subiectum* „τοῦ“ edi, τοῦ exire, sed — *obiectum*; confer: „Timor Dei“ vide psl. 5, 8. : „des Herrn iſt es entrinnen zu laſſen dem Tode“.

v. 22. **vertex capilli** = vertex capillatus; vide psl. 4, 2. Rgl. 11. egg: „den behaarten Scheitel“.

perambulo in delictis = persevero in delictis; præpositio „per“ otat continuationem actionis; vide psl. 39, 7. „perfecisti“.

v. 23. **convertam eos** = faciam, ut revertantur, reducam eos.

in profundum = *ex* profundo; b. Hieron.: „de profundis“; de hebr. min); LXX. „ἐν“, — valet Rgl. 36.; vide psl. 17, 9.

v. 24. **ab ipso**; *„ipse“* refertur ad *sanguinem*, et verbum *„intingatur“* etendum est in II. hemistichio, ita, ut sensus sit secundum Vulgatam: lingua canum tuorum intingatur in sanguine inimicorum“, seu in san- ne ex inimicis fluente.

v. 25. **ingressus tui** = triumphus tuus, solennis incessus.

viderunt = spectant; Ill.: man ſchauet, dívají se; vide psl. 10, 8.

qui est in sancto; pro: in sanctum; vide psl. 7, 12. Rgl. 21. Iuxta X. — *addit* Vulgata relativum: *„qui est“*. — Ceterum sensus non mu- add. ır: „contulit se triumphans in sacrarium, ibique residet“.

v. 26. **praevenerunt** = præcedunt (b. Hieron.)

principes; textus masoret. habet: „cantores“ (= b. Hieron.); Græc. var. X. legit impunctatum שרים — „sarim“; i. e. principes; loco masoretici: *rim*“; i. e. cantores; שׂ et שׁ (*šin* et *sin*) permutabantur.

coniuncti psallentibus; i. e. sequentibus psallentibus; — **psallentes** fiducines; vide ψάλλω 2) pag. 7. et psl. 56, 8.; — **iuvencula tym- anistria** = virgo tympanum pulsans.

v. 27. **ecclesia** = concio, cœtus; vide psl. 21, 23.

„Domino“ Vulgatæ pertinet ad II. hemistichium; vide Rgl. 6. pag. 16.

fons = stirps; *de fontibus Israël* = vos, qui ex stirpe Israëlis estis.

v. 28. **adolescentulus** = natu minimus; Ill.: „der Jüngſte“.

in mentis excessu; LXX. ἐν ἐκστάσει, i. e. gaudio et admiratione var. culsus; „begeiſtert“. — Textus masoret. habet: *„ordinator eorum“*: — Hieron.: *„continens eos“* sensu eodem.

Hebr. רֹדָם (rodem) est participium cum suffixo III. personæ plur. culini a radice רָדָה (radâ) = imperavit, dominatus est.

Alexandrinus derivavit „rodem“ a radice „*radam*“, unde תַּרְדֵּמָה (tardemâ); i. e. sopor altus: Gen. 2, 21., 15, 12., ubi Vulgata vertit *sopor*, LXX. vero semper ἔκστασις; — Substantia sensus non mutatur; sive dicitur: „Ibi Beniamin lætitia abundat“, vel — „ibi Beniamin ordinat eos — lætus“; delineatur enim triumphus.

var. **duces eorum**; scilicet: Israëlitarum; in textu masoret. est: „*densum est agmen eorum*“; (b. Hieron.: „in purpura sua“); hebr. רִגְמָה (rigmâ) = „agmen, caterva, multitudo“ (hominum); *primaria* vocis significatio est — „*acervus lapidum*“. — Persona, quæ aliorum est fulcrum et *firmamentum*, vocatur Hebræis „*lapis*“. — Sic vocatur Ioseph a Iacobo „pastor et *lapis* Israëlis“ Gen. 49, 24., quia ex eius posteris orti sunt potissimum reges, qui decem tribubus præfuerunt. Confer etiam notum: „*lapis angularis*“. — Hanc significationem respexit Græcus LXX., et inde vertit Vulgata „*duces*“; sensus non mutatur. B. Hieron. vertens: „in purpurea sua“ habuit in textu suo fors: „rikmâ“ cum ק (kof) — vel synonymum putavit „*rigmâ*“ hic loci cum אַרְגָּמָן „*argaman*“, i. e. purpura.

v. 29. **manda Deus virtuti tuae** = demanda, o Deus, potentiam tuam = mitte potentiam tuam efficacem — tamquam legatum.

v. 30. **a templo tuo** = templi tui causā, templi tui gratia = templo tuo; de hebr. מִן (min) vide psl. 5, 11. Rgl. 19.

v. 31. **increpa** = terre; — **congregatio** = turba.

in vaccis populorum = *cum* vitulis populorum; *in* = cum; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. — *Tauri* vocantur per metaphoram „*duces*“; *vituli* — *milites*, qui eos sequuntur.

var. **ut excludant eos, qui probati sunt argento**; i. e. ut libere discedere sinant eos, qui oblatione argenti probos se esse ostendunt; — *excludo* = extra claudo aliquem, — e medio societatis demitto; — sino, ut se alias conferat = sino eum libere discedere.

qui probati sunt; i. e. qui probant se; „*probare se*“ præter alia denotat = „probum se esse ostendere“ — efficere, ut placeat. (Cic. Att. 4, 14. Verr. 2. 4. 28. Nep. Lys. 4. etc.)

Textus masoret. habet: „*ut subiiciant se cum frustis argenti*“, i. e. frusta argenti offerentes. Sensus quoad *rem* non est diversus.

Secundum textum masoreticum scopus increpandi seu terrendi est, ut isti duces se subiiciant; *secundum Vulgatam* vero: ut sinant eos libere discedere, qui subiectionem suam oblatione argenti ostendere volunt. — Duces hoc permittentes — devotionem suam erga Deum manifestant, et serius etiam ipsi dona offerent. — Quomodo comparata fuerit lectio varians in textu hebraico, quo usus est Græcus LXX., non satis liquet.

dissipo = dispergo; Græcus LXX. legit impunctatum: בזר — bazzer, i. e. *Imperativum*, dum textus masoret. habet: „bizzer“, i. e. *Perfectum*.

v. 32. **legati** = magnates, nobiles; vox hebraica חַשְׁמַנִּים (chaśmannim) collato arabico denotat — *proceres multo sattelitio stipatos.*

Aethiopia; hebraice vocatur: „Kuš“.

manus eius = manus *suas*; vide psl. 17, 31. Rgl. 37.

praeveniet manus eius = venire faciet manus suas = celeriter extendet manus suas. Schegg: „eilet in Aufhebung ſeiner Hände zu Gott“. — **Deo** = in honorem Dei; vide psl. 39, 5.

v. 33. **psallo** = psalmum dico = fidibus cano; vide psl. 56, 8. — ılgata verbis: „**psallite Deo**" vertit hic loci græcum: διάψαλμα, hebr. *ela*„ de quo vide psl. 3, 3. et 61, 9.

v. 34. **ascendit** = vehitur; vide psl. 67. 5.

coelum coeli = cœlum altissimum; — **ad orientem** = a prin- ɔio = priscum, æternum. Sensus Vulgatæ est: Qui ascendit super ɛlum altissimum, quod est a principio — a creatione; idem dicit textus ıasoret. verbis: *„qui vehitur per cælos = per cælos sempiternos.*

Hebr. שְׁמֵי־קֶדֶם (šˈmê-kêdem) = „cœlum sempiternum"; seu „cœlum principio". Hebr. „kêdem" denotatur proprie: 1. id. quod ante est; hinc oriens; 3. (de tempore) priscum tempus = *„olam"*, de quo vide psl. 23. 7.

„dabit voci suae vocem virtutis" = edit vocem, edit ingentem cem: — *virtus* = potentia; idem in v. 35. et 36.; *vox virtutis* = vox gens, potens; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.

v. 35. **super Israël magnificentia eius**; scilicet *„est"* = maiestas ıs regit et protegit Israëlem; vide Rgl. 2. pag. 16.

v. 36. **mirabilis**; scilicet „est"; pro: „terribilem te exhibes." Vocem נוֹרָא (norâ) vertit ipsa Vulgata in psl. 46. 3.; 65, 3. 5.; Gen. 28, 17.; . 15, 11.; 34, 10. etc. adiectivo *„terribilis"*.

in sanctis suis; scilicet „ædibus" = „e sacrariis *tuis*;" b. Hieron.: var. sanctuario: Schegg: „Heiligthum" — **in** = ex, hebr. מִן (min); vide psl. , 11. — ὁσίοις LXX. est *neutrum* numeri pluralis = sacraria; plurali uditur ad plures partes, ex quibus sanctum tabernaculum et serius tem- ım Salomonicum constabat.

Hebr. מִקְדָּשׁ (mikdaš) nunquam denotat personam sed: 1. *rem* sacram. cratam; 2. sacrarium, locum sacrum, in specie tabernaculum, templum; asylum, quandoquidem apud Hebræos ut apud Græcos templa asyli iure udebant. Eiusdem vocis *pluralem* vertit Vulgata „sanctuarium" in psl. , 17.; 73, 7. Lev. 21, 23. — *singularem* v. c. 25, 8. Lev. 12, 4.; 21, 12. etc. Secundum textum masoreticum vates *directe* Deum alloquitur: Græcus XX. legit pro suffixo *II. personæ* suffixum *III*^tiae.

dabit = dat; in hebraico est Participium, de quo vide psl. 28, 5.

benedictus, scilicet sit = laudetur; vide Rgl. 2. pag. 16.

Nota. Hebr. „sela" (vide psl. 3, 3.) post v. 8., 20. et 33. vertit LXX. ιάψαλμα", b. Hieron.: „semper". Vulgata illud autem post v. 8. et 20. n vertit; post v. 33. autem habet: *„psallite Deo"*.

PSALMUS 68. (hebr. 69.)

Vociferatio pii cultoris Domini.

Auctor et argumentum. — Vates sacer — regius psaltes David — extremis angustiis versans et Dei causa iniuriam patiens, implorat auxi- ım divinum, ne fors eo denegato turbentur pii cultores Jehovae. Repetitis

precibus pro liberatione ex afflictionibus et ludibriis, praenuntiat adversariis suis poenas divinas, et describit laetitiam iustorum subsequentem. —

Tempus. — Psalmus hic exaratus est verosimile tempore conjurationis Absaloniticae. — Ex hoc psalmo allegantur in N. Test. v. 10 (Joan. 2, 17., Rom 15, 3.), v. 22. (Math. 27, 48.), v. 23. (Rom. 11, 9.); v. 26. (Actus 1,20.)—

Nota. — In finem rectae interpretationis vv. 23.—29. respiciantur dicta de psalmis imprecatoriis pag. 11—13.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem, pro iis, qui commutabuntur, David.	1. Præfecto musicæ; ad modum „Lilia"; a Davide.
2. Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.	2. **A**diuva me, o Deus! nam intrant aquæ usque ad vitam meam!
3. Infixus sum in limo profundi: et non est substantia. Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me.	3. Immersus sum in lutum profundum, fundi expers, veni in profunda aquarum, fluctusque me obruit.
4. Laboravi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.	4. Fessus sum clamando, exsiccatum est guttur meum, oculi mei contabuere; exspecto enim Deum meum!
5. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: quæ non rapui, tunc exsolvebam.	5. Numerosiores quam capilli capitis mei sunt illi, qui me absque causa odio habent, numerosi sunt, qui me perdere conantur, — inimici mei, quamquam non deliqui; quod non rapui, tunc iubeor restituere.
6. Deus, tu scis insipientiam meam, et delicta mea a te non sunt abscondita.	6. O Deus! Tu nosti aberrationes meas, et delicta mea Te non latent!
7. Non erubescant in me, qui exspectant te, Domine, Domine virtutum. Non confundantur super me, qui quærunt te, Deus Israël.	7. Noli permittere, ut per me pudore afficiantur sperantes in Te, Domine Iehova exercituum! noli permittere, ut contumelia afficiantur per me illi, qui quærunt Te, Deum Israëlis.
8. Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.	8. Nam Tua causa patior probrum, contumelia operit vultum meum.

. Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis matris meæ:
. quoniam zelus domus tuæ comedit me, et opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.
. Et operui in ieiunio animam meam: et factum est in opprobrium mihi.
. Et posui vestimentum meum cilicium, et factus sum illis in parabolam.
. Adversum me loquebantur, qui sedebant in porta:
et in me psallebant, qui bibebant vinum.
. Ego vero orationem meam ad te, Domine: tempus beneplaciti, Deus!
in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ:
. eripe me de luto, ut non infigar: libera me ab iis, qui oderunt me, et de profundis aquarum.
. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum:
neque urgeat super me puteus os suum.
. Exaudi me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.
. Et ne avertas faciem tuam a puero tuo:
quoniam tribulor, velociter exaudi me.
. Intende animæ meæ, et libera eam: propter inimicos meos eripe me.

9. Alienus factus sum fratribus meis,
et peregrinus filiis matris meæ.

10. Nam zelus domus Tuæ consumit me,
et probra eorum, qui Te probris afficiunt, cadunt super me.

11. Si fleo et ieiunor,
etiam hoc cedit in opprobria mihi.

12. Si facio saccum vestimentum meum,
tunc sum eis proverbio.

13. De me loquuntur, qui sedent in porta,
et cantilenas de me canunt ii, qui potant siceram.
14. Ego vero oro ad Te, o Domine, tempore benevolentiæ,
o Deus! propter infinitam gratiam Tuam,
propter fidelitatem Tuam salvificam — exaudi me!
15. Eripe me ex cœno, ne immergar,
utinam liberer ab osoribus meis atque ex profundis aquarum!

16. Noli permittere, ut obruat me fluctus aquarum,
ut devoret me vorago —
et ut claudat puteus super me os suum!
17. Exaudi me, o Domine, nam bona est gratia Tua,
secundum magnitudinem misericordiæ Tuæ — convertas Te ad me!
18. Et noli obvelare faciem Tuam a servo Tuo,
nam in angustiis sum; — celeriter exaudi me!
19. Appropinqua ad animam meam, vindica eam,
libera eam propter hostes meos!

20. Tu scis improperium meum et confusionem meam, et reverentiam meam.
21. In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me: improperium exspectavit cor meum, et miseriam.
Et sustinui, qui simul contristaretur, et non fuit: et qui consolaretur, et non inveni.
22. Et dederunt in escam meam fel:
et in siti mea potaverunt me aceto.
23. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, et in retributiones et in scandalum.
24. Obscurentur oculi eorum. ne videant:
et dorsum eorum semper incurva.
25. Effunde super eos iram tuam: et furor iræ tuæ comprehendat eos.
26. Fiat habitatio eorum deserta: et in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet.
27. Quoniam, quem tu percussisti, persecuti sunt,
et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.
28. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: et non intrent in iustitiam tuam.
29. Deleantur de libro viventium, et cum iustis non scribantur.
30. Ego sum pauper et dolens:
salus tua, Deus, suscepit me.

20. Tu nosti probrum meum et ignominiam nec non contumeliam meam;
Tibi noti sunt omnes adversarii mei!
21. Probrum frangit cor meum; — æger sum,
exspecto commiserationem, — et non præsto est,
et consolantes, — attamen neminem invenio!
22. Pro cibo dant mihi herbam venenatam;
et cum sitio, bibendum dant mihi acetum.
23. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum,
et securis in tendiculam!
24. Oculi eorum obscurentur ita, ut non videant,
fac etiam, ut lumbi eorum perpetuo nutent!
25. Effunde super eos furorem Tuum, et fac, ut ira Tua ardens apprehendat eos!
26. Fac, ut pagus eorum fiat desolatus, et ut nemo sit, qui habitaret in tentoriis eorum!
27. Persequuntur enim eum, quem Tu percussisti.
et loquuntur de dolore eorum, quos Tu confodisti.
28. Decerne pœnam in culpam eorum: et ne permittas, ut veniant in gratiam Tuam!
29. Deleantur ex libro viventium,
et inter iustos ne consignentur!
30. Ego vero afflictus sum et dolore affectus;
auxilium Tuum, o Deus, tutum me præstabit!

"

Laudabo nomen Dei cum cantico: et magnificabo eum in laude:
. et placebit Deo super vitulum novellum, cornua producentem et ungulas.
. Videant pauperes et lætentur: quærite Deum, et vivet anima vestra:
. quoniam exaudivit pauperes Dominus, et vinctos suos non despexit.
. Laudent illum cœli et terra, mare et omnia reptilia in eis,
. quoniam Deus salvam faciet Sion, et ædificabuntur civitates Iuda.
Et inhabitabunt ibi, et hereditate acquirent eam.
. Et semen servorum eius possidebit eam,
et qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

31. Celebrabo nomen Dei cantico,
et gratiarum actione magnificabo illud!
32. Et hoc Domino placebit magis, quam iuvencus,
cornutus, ungulatus.
33. Id cum viderint afflicti, lætabuntur,
vos vero cultores Dei quod attinet,
— vivat cor vestrum!
34. Nam Dominus curam habet pauperum,
et vinctos suos non spernet.
35. Laudent Eum cœli et terra,
maria et quæcunque repunt in iis;
36. nam Deus opem feret Sioni, et restaurabit urbes Iudæ,

ut habitent in iis, cum occupaverint eas;
37. et posteri servorum Eius hereditate possidebunt eas,
et qui amant nomen Eius, habitabunt in eis.

in finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
pro iis, qui commutabuntur = ad modum „Lilia", vide psl. 44, 1. var.
David = a Davide, Davidis; vide psl. 15, 1.
v. 2. **salvum facio** = adiuvo, opem fero; *idem* in v. 36,; vide psl. 11, 2.
v. 3. **limum profundi** = lutum profundum; vide psl. 4, 2. Rgl. 11. psl. 34, 6. Rgl. 50.
substantia; i. e. id, quo subsistam = fundus; Ull.: „Grund"; dno.
tempestas = fluctus; (b. Hieron. „flumen"); *idem* in v. 16.
v. 4. **laboro** = fessus sum; vide psl 6. 7. Ull.: „ich müde mich ab".
raucus = exsiccatus, asper, obtusus. Raucitas est obtusio vocis, quæ aut nimia siccitate propter clamorem aut nimio humore ad vocis locum ente. (Cels. 2. 1. med.) — **deficere**; de oculis = contabescere.
v. 5. **multiplicati sunt super capillos** = numerosiores sunt quam pilli; *de „Comparativo"* vide psl. 4., 7. et 8. Rgl. 13.
gratis = absque causa; vide psl. 34, 7.
confortati sunt; scilicet — quoad numerum; i. e. numerosi sunt.
iniuste; i. e. quamquam non deliqui; sensus est idem.
exsolvo = solvo, restituo, iubeor restituere; vide psl. 5, 8. Rgl. 16.
v. 6. **insipientia** = aberrationes, delicta. — Quævis aberratio vocatur Antiquo Testamento „stultitia, insipientia".
a te non sunt abscondita = tē non latent.

v. 7. **erubesco** = pudore afficior; vide psl. 24. 2. — **in me et super me** = per me; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

exspecto Deum = spero in Deum; vide psl. 51, 11.

virtutes = exercitus; vide psl. 13, 10. et 32, 6.

confundor = contumelia afficior; vide psl. 24, 2.

v. 8. **opprobrium** = probrum; idem in v. 10. 11. Ill.: „Schmach".

confusio = contumelia, ignominia; vide v. 7.; idem in v. 20.

var. v. 11. **et operui in ieiunio animam meam** = si fleo et ieiunor: b. Hieron.: et flevi in ieiunio animam meam. — Pro masoretico אבכה (ebkê) = „fleo" legit Alexandrinus אכסה (eksê) = „operio"; permutatum est ב cum כ; et כ cum ס. Ceterum sensus quoad rem est idem.

v. 12. **et** = si, quum; vide Rgl. 3. pag. 16.

in parabolam = proverbio; vide psl. 7, 14. Rgl. 22.

v. 13. **psallo** = cantilenas cano; vide pag. 7. — **adversum** = de; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. — **in porta** vel **in portis** = in publico, publice.

vinum = sicera, LXX. οἶνός; hebr. שֵׁכָר (šêker); — *sikêra* vocatur Hebræis omnis potus inebrians *arte* paratus, uti vina ex dactilis vel diversis seminibus vel radicibus; discernitur a vino in Lev. 10, 9. etc.

v. 14. **ego vero orationem meam ad te**; scilicet dirigo = ego vero oro ad te; in hebr. est *Nominativus absolutus*: „oratio mea est ad te"; vide psl. 10, 4. Rgl. 29.

tempus beneplaciti = tempore benevolentiæ; *beneplacitum* = benevolentia; Schegg: „Huld". — **in** = propter; *(bis)*; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

multitudo misericordiae = infinita gratia; vide5, 8.; 4, 2. Rgl. 11.

veritas salutis tuae = fidelitas tua salvifica, vide psl. 4, 2. Rgl. 11. — **veritas** = fidelitas; vide psl. 24, 10. — **salus** = auxilium, salvatio; idem in v. 30.; vide psl. 17, 51.

v. 15. **ut non** = ne. — **profunda aquarum** = profundæ aquæ; vide 34, 6. Rgl. 50. et psl. 4, 2. Rgl. 11.

v. 16. **urgeo os** = claudo os; Ill.: „schließen". — **tempestas** = fluctus.

v. 17. **multitudo** = magnitudo; vide psl. 5, 8. — **miserationes** (hebraismus) = misericordia. — **respice in me** = converte te ad me.

v. 18. **puer** = servus; עֶבֶד (êbed) vide psl. 17, 1.; Ill.: „Knecht".

v. 19. **intendo alicui** = appropinquo, accedo ad eum; vide psl. 5, 3.

v. 20. **scio** = novi; **improperium** = probrum; *idem* in v. 21.

reverentia = contumelia; vide psl. 34, 4., 26.

Vulgata (non LXX.) trahit II. hemistichium v. 20^{mi} ad v. 21.

v. 21. **in conspectu tuo sunt** = tibi noti sunt.

var. **improperium exspectavit cor meum** = probrum frangit cor meum; b. Hieron.: „opprobrio contritum est cor meum"; antecedens et subsequens. Alexandrinus legit impunctatum שברה — *sibb'ra*, i. e. „exspectavit"; loco masoretici — *šab'ra*, i. e. „fregit"; permutatum est שׁ cum שׂ.

et miseriam = æger sum; b. Hieron.: „desperatus sum". — Sensus manet idem; Alexandrinus habuit hebraicam vocem pro *nomine substantivo*.

et sustinui (scilicet eum), **qui simul contristaretur** (scilicet videns me) = exspecto commiserationem; *sustineo* = exspecto; vide psl. 24, 3. 5.

v. 22. **in escam** = *pro* cibo, *loco* cibi; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. **fel**; i. e. herba venenata; **fel** et **acetum** sunt imago *mortis amaræ, tristis*. —

v. 23. **et in retributiones**; textus masoreticus habet: „*et securis*“; var.
ecus legit impunctatum שלומים „*sillumim*“, i. e. *retributiones* loco ma-
etici „šlomim“ = „securi“; die Sorgloſen, bezstarostni.

et in scandalum; „*et*“ addit Vulgata iuxta Græc. LXX. — *scandalum* add.
tendicula (b. Hieron.: „ad corruendum“). — *Scandalum* Vulgatæ denotat
nam, interitum; vide psl. 48. 14. hic loci *instrumentum*, quo paratur ruina.

v. 24. **et dorsum eorum semper incurva**; in textu masoretico est:
e etiam, ut lumbi eorum perpetuo nutent“; - - sensus est idem: „fac,
sint debiles in perpetuum“.

v. 25. **furor irae tuae** = ira tua ardens; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.
furor = ardor.

v. 26. **habitatio** i. e. pagus; — hebraico טִירָה (tira) designatur:

1. *paries, murus* circumductus; (id quod טוּר (tur) Ez. 46, 22.)

2. *locus* pariete septus, — *pagus* rusticorum et Nomadum.

v. 27. **et super dolorem vulnerum meorum addiderunt**; i. e. var.
lorem vulnerum meorum auxerunt; textus masoret. habet: „et loquuntur
dolore eorum, quos tu confodisti“. Secundum Vulgatam loquitur vates
se tantum; sec. textum masoret. loquitur de *omnibus sociis dolorum.*
Alexandrinus legit radicem יָסַף (jasaf) = addere, augere;

loco masoretici: סָפַר (safar) = loqui, narrare.

vulnera mea; (Vulgatæ) sunt vulnera, quæ *ego accepi*; vulnera *tua*; var.
:xtus masoret.) = sunt vulnera, quæ *tu fecisti;* textus masoret. et b.
eron. habuerunt suffixum II. personæ, LXX. autem suff. I. personæ.

v. 28. **appone**; pro: decerne; effectus et causa.

iniquitas; pro: pœna iniquitatis; vide psl. 37, 5.; in II. loco significat
iquitas — culpam; vide psl. 37, 5; 50, 7. 11. — **iustitia** = gratia;
nsus est: „non agnoscantur a te iusti, et gratia tua digni“.

v. 29. **de libro** = *ex* libro; — **cum iustis** = *inter* iustos; — hebr.
? (im). — **scribo** = consigno.

v. 30. **pauper** = afflictus; vide 9, 10. — **doleo** = dolore afficior.
suscipio = tueor, — tutum præsto aliquem; vide psl. 3, 6.

v. 31. **cum cantico** = cantico; vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

v. 32. **placebit super vitulum novellum** = placebit magis quam
vencus; *vitulus novellus* = iuvencus; vide 4, 7. et 8. Rgl. 13.

v. 33. **quaerite Dominum et vivet anima vestra**; i. e. qui quæ- var.
tis Deum, vivet anima vestra; in textu masoret. est: vos vero, cultores Dei,
iod attinet, vivat cor vestrum! de *Nominativo absoluto* vide psl. 10, 4.
gl. 29. — Græcus habuit in codice suo דרשו et legit *Imperativum*, loco ma-
retici דרשי, i. e. loco *Participii.* Mutatum est ו cum ‘; sensus manet idem.

v. 34. **exaudio aliquem** = curam habeo alicuius; causa et effectus.
aedifico; scilicet iterum = restauro.

v. 36. **inhabito** = habito; vide Rgl. 5. pag. 16. — **hereditate**
cquiro = occupo; hoc et illud exprimitur voce יָרַשׁ (jaraš).

v. 37. **eam**; scilicet — Iudam = „eas“ scilicet — urbes Iuda.
in ea; scilicet — Iuda i. e. „in eis“ scilicet — in urbibus Iuda.

PSALMUS 69. (hebr. 70.) = 39, 14—18. (hebr. 40, 14—18.)

Domine ad auxilium meum festina!

Auctor, argumentum et tempus. — Auctor huius psalmi — David — in angustiis constitutus, auxilium divinum implorat. Psalmus hic continetur — nonnullis tantum mutatis — in psalmo 39. (hebr. 40.) vers. 14.—18.

Tempus. — De tempore exarationis nil certi constat.

Nota. In finem rectae interpretationis v. 3^{tii} et 4^{ti} ponat lector loco Coniunctivi Praesentis — Futurum et respiciat simul dicta — ad *c)* pag. 11.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. In finem, Psalmus David, in rememorationem, quod salvum fecerit eum Dominus.	1. Præfecto musicæ; — Psalmus Davidis ad revocandum in memoriam.
2. Deus, in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuvandum me festina.	2. O Deus ad liberandum me, o Domine, ad auxilium meum festina!
3. Confundantur, et revereantur, qui quærunt animam meam:	3. Pudore afficiantur et erubescant, qui appetunt vitam meam! Cedant retro et contumelia afficiantur, qui volunt perniciem meam!
4. avertantur retrorsum, et erubescant, qui volunt mihi mala: avertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, Euge.	4. Revertantur propter ignominiam suam, qui dicunt mihi: Eia! eia!
5. Exultent et lætentur in te omnes, qui quærunt te, et dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.	5. Exultent et lætentur de Te — omnes, qui quærunt Te! Semper dicant: „Magnificetur Deus“ ii, qui desiderant auxilium a Te:
6. Ego vero egenus et pauper sum: Deus, adiuva me. Adiutor meus et liberator meus es tu: Domine, ne moreris!	6. Ego vero afflictus sum et pauper, — O Deus, festina ad me! Auxilium meum et liberator meus es Tu! Domine, ne cuncteris!

In finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
psalmus David = psalmus Davidis; vide psl. 3, 1.
in rememorationem = pro memoria; vide psl. 37, 1.
add. **quod salvum fecerit eum Dominus** = ut opem ei ferat Dominus; addit Vulgata; LXX: autem: εἰς τὸ σῶσαί με κύριον — salvum **me** . .
add. v. 2. „**intende**“ = festina; addit Vulgata iuxta Alexandrinam, in qua autem II. membrum parallelum deest.

v. 3. **confundor** = pudore afficior, spe frustror; vide psl. 24, 2. **revereor** = erubesco, contumelia afficior; vide psl. 34, 4. **quaero animam** alicuius = appeto vitam eius; vide psl. 34, 4. Vulgata, non LXX., alterum dimidium versus 3^tii^ trahit ad v. 4um.

v. 4. **avertantur retrorsum:** in psl. 39, 15. „*convertantur retrorsum*" cedant retro; vide psl. 34, 31. et 58, 7. **erubesco** = contumelia afficior; vide psl. 6, 11. — **mala** = peries, interitus, exitium. — **avertor** = revertor; (b. Hieron.). **statim erubescentes**: i. e. „propter ignominiam suam"; b. Hieron. vertantur ad vestigium confusionis suae"; effectus pro causa.

v. 5. **in te:** (in psl. 39, 17. *super* te): = *de* te; vide psl. 39, 17. **quaero Deum** = colo Deum; vide psl. 9, 11. **qui diligunt salutare tuum** = qui desiderant auxilium a te; — **igo:** pro: desidero: causa pro effectu; vide psl. 39, 17. — **salutare** auxilium; vide psl. 9, 16.

v. 6. **egenus** (in psl. 39, 18. „afflictus"): vide „pauper"; psl. 9, 10. **adiuva me**: pro: festina ad me; consequens et antecedens. **adiutor**: pro: auxilium; concretum pro abstracto; vide psl. 26, 9.

PSALMUS 70. (hebr. 71.)

O Domine, ne deseras me in senecta mea!

Auctor et tempus. — Auctor psalmi huius quidem non nominatur; cutio autem est davidica. — Ut ex v. 5. 9. et 18. colligitur, exaravit vid hunc psalmum aetate iam provecta, quin de occasione quid certi tui possit. —

Argumentum. — Vates sacer implorat opem divinam contra adversios, vitae eius insidiantes — opem, quam inde a iuventute saepius pertus fuit; oratque, ut Deus ipsi nunc iam senescenti eam non deneget —13); dein promittit, se Deo maximas gratias pro hoc beneficio esse actura; (14. 24.).

Nota. In finem rectae interpretationis v 13^tii^ ponat lector loco Coniunctivi aesentis — Futurum et respiciat simul dicta ad *c*) pag. 11.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
. Psalmus David, filiorum Jonadab, et priorum captivorum.	1. Ad Te, o Domine, confugio, ne permittas, ut pudore afficiar in perpetuum!
In te, Domine, speravi, non confundar in æternum:	
. in iustitia tua libera me, et eripe me.	2. Justitia Tua eripe me et libera me,
Inclina ad me aurem tuam, et salva me.	inclina ad me aurem Tuam et serva me!

3. Esto mihi in Deum protectorem, et in locum munitum, ut salvum me facias:
quoniam firmamentum meum, et refugium meum es tu.
4. Deus meus, eripe me de manu peccatoris et de manu contra legem agentis et iniqui:
5. quoniam tu es patientia mea, Domine: Domine, spes mea a iuventute mea.
6. In te confirmatus sum ex utero: de ventre matris meæ tu es protector meus.
In te cantatio mea semper:
7. tamquam prodigium factus sum multis, et tu adiutor fortis.
8. Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam.
9. Ne proiicias me in tempore senectutis, cum defecerit virtus mea: ne derelinquas me.
10. Quia dixerunt inimici mei mihi, et qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in unum,
11. dicentes: Deus dereliquit eum: persequimini, et comprehendite eum, quia non est, qui eripiat.
12. Deus, ne elongeris a me: Deus meus, in auxilium meum respice.
13. Confundantur, et deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confusione et pudore, qui quærunt mala mihi.
14. Ego autem semper sperabo, et adiiciam super omnem laudem tuam.

3. Esto mihi petra habitationis, in quam semper confugere possim!
Constituisti servare me,
nam Tu es rupes mea et arx mea!
4. Deus mi! libera me a manu impii, e manu improbi et violenti!
5. Nam Tu es spes mea,
Domine! Jehova! fiducia mea a pueritia mea!
6. Te innixus sum inde ab utero,
Tu eduxisti me e visceribus matris meæ,
de Te canit hymnus meus perpetuo!
7. Prodigii instar sum multis,
Tu vero es firmum refugium meum!
8. Os meum plenum est laudis Tuæ, gloriæ Tuæ tota die!
9. Ne reiicias me in senecta mea,
cum consumuntur vires meæ, ne deseras me!
10. Nam hostes mei loquuntur contra me, et una deliberant ii, qui insidiantur vitæ meæ —
11. dicentes: „Deus deseruit eum,
persequimini eum et prehendite eum
nemo enim liberabit eum!“
12. O Deus, ne sis procul a me!
Deus mi, festina ad auxilium meum!
13. Afficiantur pudore, pereant, qui adversantur mihi,
operiantur probro et contumelia ii, qui quærunt interitum meum!
14. Ego vero perpetuo sperabo,
et augebo omnes laudes Tuas!

Os meum annuntiabit iustitiam tuam, tota die salutare tuum. Quoniam non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini:

Domine, memorabor iustitiæ tuæ solius,

Deus, docuisti me a iuventute mea, et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua.

Et usque in senectam et senium: Deus, ne derelinquas me, donec annuntiem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est.

Potentiam tuam

et iustitiam tuam, Deus, usque in altissima, quæ fecisti magnalia: Deus, quis similis tibi?

Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas: et conversus vivificasti me, et de abyssis terræ iterum reduxisti me:

multiplicasti magnificentiam tuam, et conversus consolatus es me.

Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam: Deus, psallam tibi in cithara, sanctus Israël.

Exultabunt labia mea, cum cantavero tibi, et anima mea, quam redemisti.

Sed et lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam, cum confusi et reveriti fuerint, qui quærunt mala mihi.

15. Os meum enarrabit iustitiam Tuam, quotidie auxilia Tua, quorum non novi numeros.

16. Producam facinora Domini Jehovæ,

celebrabo iustitiam Tuam — Te solum.

17. Tu, o Deus, docuisti me hoc a pueritia mea,
et hucusque prædico mirabilia facta Tua!

18. Noli ergo etiam usque ad senectutem et caniciem me deserere, o Deus!
donec prædicaverim brachium Tuum coëvis,
et potentiam Tuam omnibus, qui venturi sunt!

19. Et iustitia Tua, o Deus, pertingit usque ad cœlos;
Tu enim magna patrasti — o Deus!
quis est similis Tui!

20. Tu qui experiri nos facis multas ærumnas et calamitates,
iterum vivificabis me,
et eripies me iterum de abyssis terræ!

21. Tu augebis dignitatem meam,
et iterum consolaberis me!

22. Etiam ego celebrabo Te harpā — fidem Tuam, Deus mi!
citharā canam Tibi, Sancte Israëlis!

23. Jubilabunt labia mea, dum canam Tibi,
et anima mea, quam liberaveris!

24. Etiam lingua mea quotidie canet iustitiam Tuam,
quod pudore affecti fuerint, quod erubuerint ii, qui quærebant exitium meum.

add. **„Psalmus David, filiorum Ionadab, et priorum captivorum"** addit Vulgata iuxta LXX. — Sensus verosimile est: „Psalmus Davidicus, qui serius a filiis Ionadab et captivis cantari solebat Babylone".

spero in te; pro: confugio ad te; causa pro effectu; vide psl. 24, 20.
confundor = pudore afficior; *idem* in v. 13., 24; vide psl. 24, 2.

v. 2. **in iustitia** = iustitia; de „*in*" instrumentali; vide 2, 9. Rgl. 7.

v. 3. **„esto mihi in Deum protectorem"** = esto mihi Deus protector; vide psl. 7, 14. Rgl. 22.; in textu masoretico est: „*esto mihi petra habitationis*"; (b. Hieron.: „esto mihi robustum habitaculum"); Græcus LXX. vitat *imagines;* sensus est idem: „Deus protegat me" vel: „Deus sit mihi petra, in qua tutus habitare possem".

in locum munitum; idem dicit textus masoreticus verbis: in quam scilicet petram, semper confugere possem.

var. **ut salvum me facias**; in textu masoretico est: „*constituisti servare me*"; b. Hieron.: „præcepisti, ut salvares me." — Græcus LXX. vocem עָזִּית (civvita) i. e. „constituisti" in textu suo non habuit.

firmamentum = rupes; — **refugium** = arx; vide psl. 17, 3. 30, 4.

v. 4. **Deus meus** = Deus mi; idem in v. 12.; vide psl. 7, 2. — **contra legem agens** = improbus. — **iniquus** = violentus; genus pro specie; vide psl. 17, 49.

v. 5. **patientia** = spes; (b. Hieron.: „exspectatio"); vide psl. 9, 19.
iuventus = pueritia; *idem* in v. 17.

v. 6. **confirmor in te** = te innitor; b. Hieron.: „a te sustentor".
tu es protector meus; pro: „*tu eduxisti me*"; causa pro effectu.
cantatio = hymnus; — **in te** = *de* te; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

v. 7. **adiutor**; pro: refugium; concretum pro abstracto vide psl. 17, 3.

v. 8. **replcatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam** = os meum plenum est laudis tuæ. — **repleor** = plenus sum.
magnitudo; pro gloria; causa pro effectu; LXX. μεγαλοπρέπεια = δόξα.

v. 9. **proiicio** = reiicio.

v. 10. **dixerunt mihi** = loquuntur *contra* me; vide psl. 3, 3. Rgl. 9.
custodio — sensu *malo* = insidior; b. Hieron.: „observo".
anima = vita; vide psl. 34, 4.

v. 11. **qui eripiat**; — scilicet eum; vide psl. 20, 5. Rgl. 41.

v. 12. **elongor** = sum procul. — **respicio in auxilium** = festina *ad* auxilium (= b. Hieron.); causa et effectus.

v. 13. **deficio** = pereo; b. Hieron.: „consumor": vide psl. 9, 7.
animae meae = mihi; vide psl. 3, 3. Rgl. 8. — **detrahit mihi** pro: adversatur mihi; effectus pro causa; vide psl. 37, 21.
confusio = probrum; b. Hieron.: opprobrium; effectus pro causa.
pudor = contumelia; effectus pro causa.
mala quaerunt mihi = quærunt, quæ mala sunt mihi = quærunt interitum meum, exitium; genus et species; *idem* in v. 24.; vide psl. 69, 4.

v. 14. **adiiciam super omnem laudem tuam** = augebo omnem laudem tuam seu — laudes tuas; Schegg: „Ich will mehren all' dein Lob".

v. 15. **annuntio** = enarro; (b. Hier. „narro"). profero; vide psl. 58, 13.
tota die = quotidie; idem in v. 24. — **salutare** = auxilium; in hebr. est pluralis „auxilia"; „Hilfsleiſtungen," posily; vide psl. 16, 7. Rgl. 34.

"

v. 16. **quoniam non cognovi literaturam**; scil. eorum; i. e. auxili- m divinorum = quorum non novi numeros; — **quoniam** eorum = rum. Hanc v. 15ti partem trahit Vulgata, non LXX., ad v. 16tum.

Hebraica vox סְפִרוֹת (s'forot) denotat *numeros;* radix est: סָפַר (safar) *numeravit.* — Hoc verbum vertit etiam Vulgata sic; v. c. Gen. 15, 5. *numera* stellas, si potes"; Lev. 15, 13. „si sanatus fuerit, *numerabit* tem dies"; v. 28. „*numerabit* septem dies". — Græcus LXX. vertit hic : „γραμματείας", fors ideo, quia „*safar*" significat etiam — „*insculpsit, psit*" et סֵפֶר (sêfer) — *scripturam, scriptum, librum.*

Voce „*literatura*" intelligitur complexus seu *summa* eorum scriptorum, e de certa re exarata sunt vel adhuc exaranda. Hic loci agitur de *auxi- divinis*, quorum *literaturam* vates non novit; i. e. *vates sacer non valet icare numerum librorum, qui sufficerent ad consignanda omnia beneficia ina.* (Confer verba b. Joannis 21, 25. respectu scribendorum *omnium.* e *fecit* Salvator noster.)

v. 16. **introibo in potentias** = veniam *ad* potentias; ich komme zu Machterweisungen = mächtigen Thaten; k velečinům; i. e. producam inora — facta excellentia, admiranda. — **potentiae** = facta excellentia; fer „*auxilia*", (Vulgata: „salutare") in v. 15. — **introeo** = venio; vide . 65, 13.; — **in** = ad; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

Domini Domine = Domini *Iehovæ;* secunda vox est *appositio* primæ. ma vox est in hebraico „*adonaj*" = dominus; secunda: „*Iehova*", quod lgata etiam voce *Dominus* vertit; vide psl. 8, 2.; interpunctio in Vul- a est ergo corrigenda; vide Rgl. 6. pag. 16.; ceterum sensus non mutatur, vox „Iehovæ" ad II. hemistichium trahitur.

memorabor; i. e. cum laude = celebrabo. — **solius;** refertur ad *ominum,*" ut sensus sit: Celebrabo institiam tuam — te solum Domine.

v. 17. **docuisti me**; scil. „hoc"; obiectum notum; vide 20, 5. Rgl. 41.

pronuntio = prædico = nuntio; vide Rgl. 5. pag. 16.

v. 18. **usque in senectam** = usque *ad* senectutem; **in** = ad.

senium = canities; — **generatio** = coævi; abstractum pro concreto.

omni = omnibus; hac voce incipit hemistichium secundum; — inde erpunctio in Vulgata corrigenda; vide Rgl. 6. pag. 16.

v. 19. **in altissima**; scilicet est, seu pertingit; vide Rgl. 2. pag. 16.

altissima = cœli; vide 34, 6. Rgl. 50. — **similis tibi** = similis Tui.

v. 20. **ostendo** = videre — experiri facio; vide psl. 4, 6. —

malas; scilicet res = calamitates; confer psl. 69, 4. — **conversus vificasti me** = iterum vivificabis me; vide psl. 6, 11. Rgl. 20.

reduxisti iterum me = iterum eripies me; effectus pro causa; Vul- a verbum *auxiliare* in I. hemistichio versus huius (et sequentis) *ser- iter* vertit, in altero autem quoad *sensum.*

v. 21. **multiplico** = augeo; — **magnificentiam tuam** = gloriam var. m = dignitatem *meam.* — Iehova auget gloriam *suam* augendo digni- em *vicarii sui* — regis; inde sensus manet idem; permutatum est ' cum — seu suffixum I. personæ cum suffixo II. personæ.

conversus consolatus es me = iterum consolaberis me; in hebraico *Futurum* sicut in v. 20. (Vulg. „*vivificasti*"); vide psl. 6, 11. Rgl. 20.

v. 22. **nam et ego** = etiam ego; — **confitebor tibi** = celebrabo vide psl. 6, 6. — **vasa psalmi** (b. Hieron.: „vasa psalterii") = harpa.

Hebr. כְּלֵי נֶבֶל (k'li nêbel). latinum „*nablium*“ est secundum Iosephum Flav. Antiq. 7, 12. § 3. *sambucæ* seu *harpæ genus* duodecim chordis munitum; „*Cinyra* (κινύρα = cithara) quidem *decem* intensa chordis *plectro* percutitur; *nubla* vero *duodecim* sonos habens *digitis* pulsatur“[1]); figuram nablii *triangularem* fuisse, literæ Δ inversæ similem, tradit b. Hieronymus.

veritas = fides; vide psl. 35, 6.; de „**in**“ (bis); vide 2, 9. Rgl. 7. — **sanctus**; est Vocativus = sancte; (= b. Hieron.); — **redimo** = libero v. 24. **meditor** scilicet facto = cano; vide psl. 34, 28. — **revereor** = erubesco (b. Hieron. „dehonestor“); vide psl. 34, 4.

PSALMUS 71. (hebr. 72.)

O Domine fac, ut felix sit regimen regis!

Auctor et argumentum. — Auctor huius psalmi exclusive Messias — „Salomo“ canit regnum Messiae aeternum, et pace perpetua gaudens.

Tempus. De tempore exarationis hujus psalmi nil certi erui potest.

Nota 1. — In finem rectae interpretationis intelligendi sunt Imperativus (v. 1.) et dein sequentes Coniunctivi Praesentis (v. 2.—11, 16.—17.) tamquam Futurum. Res venturae proferri solent tamquam vota.

Nota 2. — Ultimi tres versus (18.—20.) ad psalmum non pertinent; sunt doxologia et subscriptio, quam collector II. libri adiecisse videtur.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Psalmus. In Salomonem.	1. A Salomone.
2. Deus, iudicium tuum regi da, et iustitiam tuam filio regis:	**D**eus! da regi iurisdictionem Tuam et iudicialem potestatem Tuam filio regis!
iudicare populum tuum in iustitia, et pauperes tuos in iudicio.	2. Iudicet populum Tuum iuste, et afflictos Tuos legitime!
3. Suscipiant montes pacem populo, et colles iustitiam.	3. Proferant pacem populo montes, et colles secundum iustitiam!
4. Iudicabit pauperes populi, et salvos faciet filios pauperum, et humiliabit calumniatorem.	4. Causam agat afflictorum populi, opem ferat filiis egeni, oppressorem autem conterat!
5. Et permanebit cum sole et ante lunam, in generatione et generationem.	5. **R**evereantur te homines, quamdiu sol erit, et quoad erit luna per omnes ætates.

[1]) Flavii Josephi Opera omnia graece et latine edidit Sigebertus Havercampus. Tomi duobus. Amstellodami 1726.

Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus eius iustitia, et abundantia pacis, donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Aethiopes, et inimici eius terram lingent.

Reges Tharsis et insulæ munera offerent:
reges Arabum et Saba dona adducent:
et adorabunt eum omnes reges terræ:
omnes gentes servient ei:
quia liberabit pauperem a potente: et pauperem, cui non erat adiutor.

Parcet pauperi et inopi, et animas pauperum salvas faciet.

Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum:
et honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, et dabitur ei de auro Arabiæ,
et adorabunt de ipso semper:
tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium:
superextolletur super Libanum fructus eius,
et florebunt de civitate sicut fœnum terræ.

Sit nomen eius benedictum in sæcula: ante solem permanet nomen eius.

6. Descendat ut pluvia super pratum detonsum,
ut imbres, ut aspersio terræ larga!

7. Diebus eius floreat iustus,
et copiosa salus usque dum luna esse desinet!

8. Et dominetur ab uno mari usque ad alterum,
atque a fluvio usque ad fines terræ!

9. Coram eo incurvent se incolæ deserti,
et pulverem lingant hostes eius!

10. Reges Tartessi et insularum tributa referant,
reges Sabææ et Meroës dona offerant!

11. Et prosternant se coram eo omnes reges,
omnesque populi serviant ei!

12. Nam liberabit pauperem auxilium implorantem,
et oppressum, cui non est adiutor.

13. Miserebitur miseri et pauperis,
et vitam pauperum servabit.

14. Vindicabit animam eorum ab oppressione et violentia,
et pretiosus erit sanguis eorum in oculis eius.

15. Vivus enim servandus est, et ideo largitur ei de auro Sabæico;
hic autem perpetuo orabit pro eo,
et quotidie benedicet ei.

16. Sit abundantia frumenti in terra
usque ad cacumina montium,
strepat fructus eius instar Libani,
et efflorescant cives in urbibus ut gramina campi!

17. Duret nomen eius in perpetuum,
quamdiu sol erit, sobolescat nomen eius!

Et benedicentur in ipso omnes gentes magnificabunt eum.

18. Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solus:

19. et benedictum nomen maiestatis eius in æternum,
et replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat.

20. Defecerunt laudes David, filii Iesse.

et benedicantur per eum —
omnes populi magnificantes eum!

18. Laudetur Dominus, Deus Israëlis,
qui facit admiranda solus!

19. Et laudetur gloriosum nomen Eius
in æternum,
et impleatur gloria Eius omnis
terra! Amen et Amen!

20. Finem habent preces Davidis, filii
Isai.

add. **„Psalmus“** addit Vulgata, non LXX.

in Salomonem = *a* Salomone (לְ auctoris). Pro consueto τῷ habet LXX. hic loci εἰς. — Cetera versus I^mi vocabula trahit Vulgata ad v. 2^dum.

v. 2. **iudicium** = iurisdictio iudicialis; die Gerechtſame; právomocnosť; — **do** = confero. — **iustitia** = potestas iudicialis. — **filius regis** = rex; confer: *„filius hominis“* = homo.

in iustitia = iuste; — **in iudicio** = legitime; vide psl. 4, 9. Rgl. 14.; de *„mišfat“* vide psl. 7, 7.

pauper = afflictus, oppressus; idem in v. 4. et 12.; vide psl. 9, 10.

v. 3. **suscipio** = profero; hebr. נָשָׂא (nasâ) hoc et illud denotat.

iustitiam; pro: *„secundum iustitiam“*; LXX. ἐν δικαιοσύνῃ. —

v. 4. **iudico pauperes** = causam ago afflictorum; vide psl. 25, 1.

salvum facio aliquem = adiuvo eum = opem fero ei; vide psl. 11, 2.

humilio = contero; (b. Hieron.: „confringo“); vide psl. 9 [2], 10.

calumniator = oppressor; species pro genere.

var. v. 5. **et permanebit cum sole** = maneat, vivat, quamdiu sol erit. textus masor. habet: *„revereantur te homines, quamdiu sol erit“*. Sensus est idem. Secundum *Vulgatam* loquitur vates — *de rege*, secundum *textum masor.* directe — *ad regem.* Sensus Vulgatæ est: „permaneat, feliciter vivat rex quamdiu sol erit“; regis vita est autem felix, si reverentur eum homines. —

Divergentia orta est sic: Hebraicam vocem textus impunctati יריך derivat Græcus LXX. a radice אָרַךְ (arak), i. e. *„longus fuit“*, *„longævus fuit“*; Masoretæ autem radicem sumunt יָרֵא (jarê), i. e. *„timuit“*, *„reveritus est“*; cum suffixo II. personæ singularis.

ante lunam = *coram* luna; hebr. לִפְנֵי (lifnê) = in conspectu lunæ i. e. quoad erit luna. All.: „ſo lange Sonne und Mond währt“.

in generatione et generationem (LXX.: γενεὰς γενεῶν) = per omnes ætates; Vulgata coniungit *„in“* cum Ablativo et simul cum Accusativo.

v. 6. **in vellus;** textus masoreticus habet: *„super pratum detonsum“* sensus manet idem. — Vox hebraica גֵּז (gez) denotat: 1. lanam ovium detonsam seu vellus; 2. pratum detonsum. Parallelismus exposcit significationem secundo loco positam, i. e. „pratum detonsum.“ Sensus est: Sit beneficum regimen regis populo suo, sicut pluvia prato detonso.

stillicidium = humor stillatim cadens; inde *stillicidia* = imbres. — *Stilla* = gutta, *stillans* = stillatim humorem emittens.

stillantia super terram; pro: „*ut aspersio terræ larga*“; sensus est em; beneficum regimen regis comparatur cum rore et pluvia fertili. —

v. 7. **orior** = floreo; (b. Hieron.: „germino“); All.: „wird aufgehen“.

iustitia; abstractum pro concreto: „iustus“. — Græcus LXX. habuit var. codice suo צַדֵּק (cêdek), loco צָדִיק (cadik; iod (י) erat ommissum). —

undantia pacis = copiosa salus; vide psl. 36, 11, et 4, 2. Rgl. 11.

donec auferatur luna = usquedum luna esse desinet. — **auferor** = desino esse; causa et effectus.

v. 8. **a mari usque ad mare** = ab uno mari usque ad alterum.

v. 9. **Aethiopes**; in textu masoretico: „incolæ deserti“; hebr. צִיִּים ijjim) est denominativum a צִי (cij), צִיָּה (cijjâ) desertum; item in psl. 73, 14.

terra = pulvis; hebr. עָפָר (ʿafar); vide psl. 21, 30.

v. 10. **reges Arabum** = reges Sabææ; hebr. שְׁבָא (š'ba'), quod Vul- ta in III. Reg. 10, 1.; II. Par. 9, 1. etc. vertit: „Saba“, est nomen pro- rium gentis et regionis divitis in Arabia felici, — in hodierno „*Iemen*“.

Saba = Meroë; hebr. סְבָא (s'ba') est nomen proprium urbis capi- lis regni antiqui „*Meroë*“ in Aethiopia.

v. 11. **reges terrae**; „*terræ*“ addit Vulgata iuxta LXX. add.

v. 12. **a potente**; in textu masoretico est: „*auxilium implorantem*“; var. x hebraica sonat: מְשַׁוַּע (m'šavve'a), estque Participium *kittel* a radice: שׁוּ (šu'a); i. e. „*auxilium imploravit*“; Vulgata ipsa hoc verbum vertit in l. 17, 42.; 30, 3.; 87, 14. etc. verbo: „*clamare*“.

Alexandrinus habuit hebr. „משוע“ tamquam compositum ex præposi- ne מִן (min) = „*a, ab*“ et שׁוֹעַ (šoa), i. e. opulentus, dives; legit ergo — *nišše'a*“ pro „*m'šavve'a*“. — Sensus non mutatur; in textu masoretico in- catur *effectus*, in Vulgata *causa*.

v. 13. **parco pauperi** = misereor pauperis, miseri. — **anima** = = vita; vide psl. 34, 4. — **salvum facio** = servo, ubi de *vita* sermo est.

v. 14. **redimo** = vindico; confer psl. 18, 15.

usura = oppressio; species pro genere; vide psl. 54, 12.

iniquitas = violentia; genus pro specie; vide psl. 54, 10.

honorabile nomen eorum coram illo; textus masoret. habet: „pre- var. osus erit *sanguis* eorum in oculis eius.“ — **honorabilis** = pretiosus.

Græcus LXX. legit in codice suo שֵׁם (šem) = *nomen*; loco masoretici: דָּם (dam) = *sanguis*; — varia lectio orta est ergo ex permutatione literæ (daleth) cum שׁ (šin). — Sensus manet idem: oppressi in amore eius erunt.

v. 15. **vivo** = vivus conservor; *vivet* = conservandus est vivus, ilicet pauper = oppressus.

dabitur ei; Alexandrinus legit impunctatum יתן — „*jutten*“, i. e. var. abitur, loco masoretici: „*jitten*“, i. e. dabit.

Sensus est secundum *textum masoreticum*: „Rex oppressum servat vum; in hunc finem largitur ei (pauperi) de auro Sabæico eleemosinam; auper autem gratitudine ductus, orabit perpetuo pro rege“.

Secundum LXX. et *Vulgatam* sensus est: „Rex feliciter vivet, dabitur de auro Arabico, eritque obiectum venerationis et laudis. Sensus essen- aliter non mutatur; quod enim textus masoreticus dicit de *paupere*, etiam i versione Vulgatæ continetur generice. Si est rex in genere obiectum

venerationis et laudis, veneratur et laudat eum etiam pauper pro eleemosina accepta, et orat pro eo semper.

Et si permittitur illud *„dabitur ei“*, scilicet regi, „de auro Arabiæ“: hoc non negat textus masoreticus, dum id iam versu 10. dixit: „reges Arabum et Saba dona adducent“.

adorabunt de ipso = „orabunt pro eo“: scilicet pauperes isti; seu orabit pro eo, scilicet pauper (collectivum): Schegg: „er wird der Gegenstand ihres Gebetes immerdar“; hebraica vox: בַּעֲדוֹ (ba'ᵃdo) significat: *„pro eo“* für ihn, za něho: Græcus LXX. vertit περὶ αὐτοῦ i. e. „respectu illius“ = „pro eo“: singularis est constructio Vulgatæ „adorare *de ipso*“.

tota die = quotidie; vide psl. 70, 15.

v. 16. **firmamentum** (LXX. στηριγμα): i. e. abundantia frumenti: b. Hieron.: memorabile triticum“; Thalhofer: „nahrhaft Getreide“. — *Panem manducare* Hebræis dicitur *„cor suum fulcire“* (Gen. 18, 5.); sufficiens copia frumenti dicitur *„baculus“* seu *„fulcrum panis“* (Lev. 26, 26.), unde etiam Chaldæus hic loci habet „fulcimentum panis“.

in summis = usque ad cacumina: vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

summa montium = cacumina montium: vide psl. 34, 6. Rgl. 50.

superextollor: b. Hieron.: „elevor“: pro: „strepo“: causa et effectus.

super Libanum = instar Libani: (b. Hieron.: sicut Libani). — Hebraica כְּ (k') = *sicut*. — **floreo** = floresco. — **de civitate**; i. e. qui sunt de civitate = cives in urbibus. — **foenum** = gramina.

add. v. 17. **sit** = duret: Vulgata addit iuxta LXX. **„benedictum“**: quod per se iam intelligitur. — **in saecula** = in perpetuum. — **ante solem** = coram sole = cum sole = quamdiu sol erit: — confer v. 5. *„ante lunam“*.

permanet nomen eius, scilicet in sobole = sobelescat. —

benedicentur in ipso = benedicantur *per* eum: vide 3, 3. Rgl. 10.

add. **„omnes tribus terrae“**: addit Vulgata iuxta LXX.

v. 18. **benedictus**; scilicet: *sit* = laudetur: vide Rgl. 2. pag. 16.

v. 19. **nomen maiestatis eius** = gloriosum nomen eius; vide psl. 4, 2. Rgl. 10. — **fiat, fiat** = Amen et Amen: (= Hieron.).

v. 20. **deficio** = finem habeo; confer psl. 63, 7.

LIBER TERTIUS.

(Psl. 72.—88. — hebr. 73.—89.)

PSALMUS 72. (hebr. 73.)

Impii peribunt, justi autem beati erunt in aeternum.

Auctor et argumentum. — Psalmi huius auctor nominatur Asaph.— tes sacer in genere fatetur, se conspecta felicitate impiorum et mise- a piorum jam in eo fuisse, ut irritum haberet pietatis studium 1.—15.); sed confirmatam fuisse ipsius fidem in divinam justitiam, um finem improborum attenderet; improbi enim pereunt, probos autem us servat et tuetur (v. 16.—28.). — Argumentum simile tractat psl 36. et 48.

Tempus. — De tempore exarationis hujus psalmi nil certi constat.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
. Psalmus Asaph.	1. Psalmus Asaphi.
Quam bonus, Israël, Deus his,	**R**evera benignus est Deus erga Israëlem,
qui recto sunt corde!	erga eos, qui sunt puri cordis!
. Mei autem pene moti sunt pedes,	2. **Q**uod autem me attinet, pene vacillaverunt pedes mei;
pene effusi sunt gressus mei.	pene lapsi sunt gressus mei.
. Quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns:	3. Nam invidebam insolentibus, cum intuerer felicitatem impiorum.
. quia non est respectus morti eorum,	4. **N**am nulli sunt eis dolores,
et firmamentum in plaga eorum.	sanum et pingue est corpus eorum.
. In labore hominum non sunt, et cum hominibus non flagellabuntur:	5. In ærumnis mortalium non versantur, et non percutiuntur, ut ceteri homines.
. ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate et impietate sua.	6. Hinc torquis instar cingit collum eorum — superbia.
	tamquam vestis tegit eos — violentia.

7. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.
8. Cogitaverunt, et locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt.
9. Posuerunt in cœlum os suum, et lingua eorum transivit in terra.
10. Ideo convertetur populus meus hic:
et dies pleni invenientur in eis.
11. Et dixerunt: Quomodo scit Deus,
et si est scientia in excelso?
12. Ecce ipsi peccatores, et abundantes in sæculo, obtinuerunt divitias.
13. Et dixi: Ergo sine causa iustificavi cor meum,
et lavi inter innocentes manus meas:
14. et fui flagellatus tota die, et castigatio mea in matutinis.
15. Si dicebam: Narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobavi.
16. Existimabam, ut cognoscerem hoc,
labor est ante me:
17. donec intrem in Sanctuarium Dei, et intelligam in novissimis eorum.
18. Verumtamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos, dum allevarentur.
19. Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt:
perierunt propter iniquitatem suam.

7. Præ adipe turgent oculi eorum,
redundant imaginationibus cordis
8. Subsanant et malitiose machinantu
oppressionem,
superbientes loquuntur.
9. Os suum admovent cœlis,
et lingua eorum ambulat per terram
10. Hinc convertunt se illuc sectatore
eorum,
et pleno gutture hauriunt aqua
ab eis.
11. Et dicunt: „Quomodo scit Deus ab
quid?
et quomodo est scientia in Altissimo?
12. En, hi sunt improbi,
et tamen in perpetuum securi adep
sunt potentiam magnam!
13. Revera — frustra servabam co
meum mundum,
et in puritate manus meas lavabam
14. percutiebar enim tota die,
et castigatio mea adfuit quovis mane
15. Si dixissem: Loquar ita, ut is
(loquuntur);
perfide deseruissem familiam cu
torum tuorum.
16. Et cum meditatus essem, hoc intel
lecturus,
perdifficile id fuit in oculis mei
17. Donec intrarem in arcana Dei,
attendebam ad ultimam sorte
eorum.
18. Revera permittis, ut stent in loci
lubricis,
permittis, ut dissipentur in ruinas
19. Quomodo subito fiunt vastatio,
auferuntur, pereunt præ terroribus

Velut somnium surgentium,
Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.
Quia inflammatum est cor meum, et renes mei commutati sunt:
et ego ad nihilum redactus sum, et nescivi.
Ut iumentum factus sum apud te: et ego semper tecum.
Tenuisti manum dexteram meam, et in voluntate tua deduxisti me, et cum gloria suscepisti me.
Quid enim mihi est in cœlo? et a te quid volui super terram?
Defecit caro mea, et cor meum: Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum.

Quia ecce, qui elongant se a te, peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te:

mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam,
ut annuntiem omnes prædicationes tuas,
in portis filiæ Sion.

20. Sicut somnium statim postquam evigilavimus, o Domine,
aboles expergefactus nebulosam imaginem eorum!
21. Cum exacerbaretur cor meum,
et cum pungerer in renibus meis;
22. eram stupidus, neque intelligens,
eram sicut bestia erga Te.
23. Sed continuo adhærebo Tibi,
Tu prehendisti manum meam dexteram!
24. Consilio Tuo duces me,
et postea in gloriam me suscipies!
25. Quis erit mihi in cœlis?
si Tecum sum, non desidero in terra quidquam.
26. Etsi consumatur corpus meum et cor meum,
petra cordis mei et portio mea Deus erit in æternum!
27. Nam ecce, qui recedunt a Te, — pereunt;
ad silentium redigis omnem, qui defecit a Te.
28. Mea autem salus est — communio cum Deo;
in Domino Jehova pono refugium meum,
et celebro omnia opera Eius.

Psalmus Asaph = psalmus Asaphi; vide psl. 3, 1. et 49, 1.
quam = revera, profecto; LXX. ὅτι; ad *confirmationem* vocis „bonus".
v. 2. **moveor** = vacillo; **effundit se** = labitur; Schegg: „ausgleiten".
v. 3. **zelo** = æmulor = invideo; (Schegg: „beneiden".) vide psl. 36. 1.
pax = felicitas; vide psl. 34, 11. — **video** = intueor; vide psl. 10, 8.
v. 4. **quia non est respectus morti eorum** = b. Hieron.: „quia var. cogitaverunt de morte sua, i. e. non cogitant de morte sua (= Allioli).
Græcus LXX. legit impunctatum למותם „*l'motam*" (Vulgata — „rectus morti eorum"); textus masoreticus autem legi iubet: „*lamo-tam*" voces; „*lamo*" (= eis) et „*tam*" (= integer); insuper pertinet „*tam*"

ad II. hemistichium, ita ut sit sensus: „Nulli sunt dolores eis“, — „sanum et pingue est corpus eorum“. Hac versione indicatur *causa*, ob quam de morte sua non cogitant; illud „non cogitare“ est *effectus* illius causæ.

firmamentum = firmum; vide psl. 5, 10. Rgl. 18.

in plaga eorum; si in Vulgata trahitur *negatio* I. hemistichii etiam ad secundum, est sensus: In plaga eorum non est firmamentum; i. e. plaga eorum non perseverat, seu mox cessat. Ill.: „und ihre Plage dauert nicht“. Idem dicit textus masoreticus *positive:* „pingue est corpus eorum“.

v. 5. **labor** = ærumna; vide psl. 24, 18. — **sum** = versor.

cum hominibus = sicut ceteri homines; hebr. „*adam*“ non semper homines in genere significat, sed etiam „*ceteros* homines“; vide Gen. 6, 1. Ier. 32, 20. „posuisti signa et portenta . . et in Israël et in *hominibus*“.

v. 6. **iniquitas**; pro: violentia; genus pro specie. — Sensus est in Vulgata et in hebraico idem: „*character eorum est superbia, et violentia*“.

var. v. 7. **iniquitas**; pro: **oculi** (= b. Hieron.); Græcus LXX. legit עָוֹן (ʿavon), i. e. iniquitas, loco עַיִן (ʿajin) i. e. oculus; ergo ו loco י.

transierunt in affectum cordis = toti sunt sensuales, seu redundant imaginationibus cordis; Ill.: „sie gehen den Lüsten ihres Herzens nach“.

affectus = imaginatio, opinio.

Sensus quoad rem in Vulgata et in textu masoretico est idem: „*pingues sunt et plane sensuales*“.

v. 8. **cogito**; pro: subsanno; b. Hieron.: irrideo; causa pro effectu.

nequitiam = malitiose; Accusativus adverbialis; in hebraico est nomen cum præpositione; vide psl. 4, 9. Rgl. 14.

loquor; i. e. sermone machinor = machinor; genus et species.

iniquitas; i. e. oppressio; genus pro specie; vide psl. 61, 11.; vox „*iniquitatem*“ pertinet ad I. hemistichium; vide Rgl. 6. pag. 16.

in excelso loquor (b. Hieron.: „de excelso“); i. e. superbe loquor = superbiens loquor. — Sensus manet idem: „*iniqui sunt et superbi*“.

v. 9. **pono os in coelum** = pono os in cœlo = admoveo os cœlis.

transire in terra = ire, ambulare per terram.

var. v. 10. **populus meus**; i. e. nonnulli ex populo meo; in textu masoret. est: sectatores *eius* (= b. Hieron.) — collectivum pro: — „*eorum*“ — Varietas explicatur ex permutatione suffixi י cum ו, de quibus vide psl. 2. 6. *b)* — Sensus est idem. — **convertor**; i. e. converto me; (medium).

hic; pro: *illuc*, (b. Hieron.: „huc“); vox הֵלֹם (hᵉlom) „*huc*“ et „*illuc*“ significat. *Hic* = „huc“ psalteriorum antiquorum = heic; ἐντεῦθα (Schegg).

var. **et dies pleni inveniuntur in eis**; Ill.: „daß sie gute Tage bei ihnen finden“; textus masoret. habet: „*et pleno gutture hauriunt aquas a eis*“; i. e. principia eorum. — Sensus non mutatur; eodem enim tempore quo bene tractantur ab eis epulis, hauriunt sectatores iniqua principia impiorum. Græcus LXX. legit וַיְמֵי (vimê) i. e. dies,

pro masoretico: וּמֵי (umê) i. e. „et *aquas*“; dein:

יִמָּצְאוּ (jimmacʼu, radix ultimæ א); loco masoretici:

יִמָּצוּ (jimmacu, radix ultimæ ו). — „**dies pleni**“ Vulgatæ sunt — longa felix vita; confer Gen. 25, 8. „Abraham mortuus est in senectute bona et *plenus dierum*“; Iob. 42, 16. . . „mortuus est *plenus dierum;* psl. 90, 16. „*longitudine dierum* replebo eum“.

v. 11. **scit Deus**; scilicet aliquid (obiectum); vide psl. 20, 5. Rgl. 41.
si est = quomodo est? — Sensus manet idem; interrogatione exmitur negatio; vide psl. 10, 4. Rgl. 28. — **excelsus** = Altissimus.

v. 12. **ecce ipsi peccatores**; i. e. en, hi *sunt* improbi = sic agunt robi. — **in saeculo** = perpetuo, in perpetuum; de „*olum*“ vide 23, 7.
abundantes; LXX. εὐθενοῦντες = securi, felices, salvi; confer psl. 29, 7.
divitiae = potentia magna; attributum „*magna*“ ex verbo הִשְׁגָּה (gâ), i. e. „auxit, crescere fecit“, patet.

v. 13. **et dixi**; addit Vulgata iuxta LXX. — **sine causa** = frustra; add.
num *causa* sæpe denotat *utilitatem*, *emolumentum*, quod ex re aliqua peritur. (Caius Dig. 6, 1. 20. et alii.) — **iustifico cor** = servo iustum, ndum cor; confer: vivifico = vivum servo; b. Hieron.: „mundo cor“.
inter innocentes; b. Hieron.: in innocentia = in puritate.

v. 14. **et** = enim; vide Rgl. 3. pag. 16. — **in matutinis**; pluralis notat: *mane et mane*; cum לְ (l') distributivo = *quovis mane:* confer: 8.; Is. 33, 2.; Thren. 3, 23. — de „*in*“ vide psl. 19, 3. Rgl. 39.

v. 15. **si dicebam** = si dixissem; (Schegg: „wenn ich ſpräche“) — rro = loquor. **reprobo**; pro: perfide desero; b. Hieron.: „relinquo“; egg: „abfallen von . . .; causa et effectus.
natio = familia; (b. Hieron.: „generatio“); All.: „Geſchlecht“.
filii Dei = cultores Dei; vide psl. 28, 1.

v. 16. **existimo** = b. Hieron.: „cogito“ = meditor. — **labor** = icillime; vide psl. 5, 10. Rgl. 18. — **ante me** = in oculis meis.

v. 17. **sanctuarium Dei**: i. e. arcana Dei = sacra consilia divina arcana providentiæ divinæ; hic loci est pluralis hebraicæ vocis „*mikdaš*“, qua vide dicta ad psl. 67, 36.
intelligo in aliquo; pro: attendo ad aliquid; effectus pro causa.
novissima; i. e. ultima sors; All.: „und er merkte, was ihr Ende ſei“.

v. 18. **verumtamen propter dolos posuisti eis**; scilicet: „mala“, Psalteria antiqua (Roman., Veron., Mediol. etc.) habent; vel „retia“ hegg et Thalhofer: „Netze, Schlingen“), i. e. = paras impiis perniciem uram. Idem dicit textus masoreticus verbis: „*Revera permittis, ut stent viis lubricis*“; All.: „auf betrügeriſchen Stand haſt du ſie geſetzt“.
propter dolos; pro: in lubrico; b. Hieron.: in locis lubricis. — **doli** viæ lubricæ; viæ, in quibus incedens ex improviso fallitur et cadit = dolosæ. — **propter** = in; All.: „auf“; hebr. בְּ (b'), *in se* hoc et ud significat; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. — **posuisti**; scilicet: „eos“, i. e. is, permittis, ut stent in lubrico; vide psl. 20, 5. Rgl. 41.

deiecisti eos, dum allevarentur = b. Hieron.: „deiecisti eos ad var.
eritum“; in textu masoretico; „permittis, ut dissipentur in ruinas“. — nsus quoad rem semper manet idem: „Deus permittit, ut intereant impii“; l.: „du haſt ſie geſtürzt, da ſie erhoben waren“. — Alexandrinus derivavit punctatum משׁוֹאוֹת a radice „*nasa*“, i. e. „allevavit“ — loco masoretici *aša*“ vastatus est. In psl. 73, 3. vertit Vulgata eandem vocem: „*superbiæ*“.

v. 19. **desolatio** = vastatio; **„subito“** trahit Vulgata ad II. hemichium; vide Rgl. 6. pag. 16. — **deficio** = auferor; All.: „dahinſchwinden“.
iniquitas; pro: „*terrores*“; iniquitas est *causa;* terrores et interritus *effectus*. — בַּלָּהָה (ballahâ) = terror, subitanea pernicies, interitus.

v. 20. **somnium surgentium** = somnium evigilantis (= b. Hieron. = somnium. statim postquam evigilavimus.

var. **in civitate**: pro: „*expergefactus*". — בָּעִיר (ba'ir). quod est Infinitivus *hiktîl* cum præpositione *b'*, vertit Græcus tamquam *nomen* עִיר (ir = „urbs". cum præpositione *b'* et articulo: sensus manet quoad rem idem.

v. 21. **inflammor** = exacerbor: b. Hieron.: „contrahor".

renes mei commutati sunt: scil. respectu status eorum normalis i. e. sani = cum pungerer in renibus meis": All.: „in anderm Zuſtande" Schegg: „aufgeregt"; — b. Hieron.: „et lumbi mei velut ignis fumigans".

v. 22. **ad nihilum redigor** = stupidus sum: b. Hieron: „insipiens".

nescio = **non novi** = **non sum intelligens.**

v. 23. **apud te** = erga te: All.: „vor dir". — Hebr. עִמָּךְ (imm).

Vulgata. non LXX.. trahit II. hemistichium vers. 22. ad versum 23 et II. hemistichum versus 23. ad versum 24^tum^: vide Rgl. 6. pag. 16.

sum tecum = adhæreo tibi.

teneo: pro: prehendo: consequens pro antecedente.

v. 24. **in voluntate tua** = consilio tuo: vide psl. 2. 9. Rgl. 7.

deduco = duco: vide psl. 30. 4. et Rgl. 5. pag. 16.

et cum gloria = et postea in gloriam suscipies me.

v. 25. **a te**: LXX. παρὰ σοῦ = „iuxta te" = „tecum": „παρὰ σοί" = *iuxta apud* — „a" Vulgatæ hic loci = iuxta. apud; — **et a te** = si tecum sum si apud te sum: vide Rgl. 3. pag. 16.

quid volui? = nihil desidero: *interrogatione* exprimitur *negatio.* Sensus est: Si tecum sum. nil desidero in terra: Tu eris mihi in cœlo. — Ad quæstionem: „Quis erit mihi in cœlo?" reticetur responsum „*Tu*". Et statim sequitur: Si tecum sum. non desidero in terra quidquam. — Quando autem „*a te*" explicatur: „*præ te*", All.: „außer dich", est sensus: Te unice desidero in terra: tu etiam eris mihi in cœlo. — Sensus manet idem: „*Tecum esse est unicum desiderium meum. vera beatitudo mea*".

v. 26. **deficio** = desino esse. consumor. vide psl. 30. 11.

Deus: pro: *petra*: b. Hieron.: „robur": confer psl. 17. 32.

v. 27. **elongo me ab aliquo** = recedo ab eo.

fornicari a Deo = deficere a Deo.

v. 28. **mihi bonum est** = mea salus est. — **adhaerere Deo** = communio cum Deo. — **spes** = refugium; vide psl. 60. 4.

var. **praedicationes tuas**: i. e. obiecta prædicationis = opera tua: vate loquitur *ad* Deum: secundum textum masoret.: „opera *eius*" loquitur „de Deo". Pro suffixo III. personæ — ו habuit Alexandrinus — ך. i. e. suffixum II. personæ. — **annuntio** = celebro.

add. **in portis filiae Sion**; addit Vulgata iuxta LXX.

PSALMUS 73. (hebr. 74.)

Domine, templum Tuum profanatur, populus Tuus opprimitur!

Auctor et argumentum. — Auctor huius psalmi sacer nominatur nomine collectivo Asaph. (de quo vide dicta ad psl. 49, 1.). Implorat auxilium divinum in favorem populi electi — contra hostiles, insolentes et impios homines, qui sacrarium Dei profanant, vastant, templum combuserunt et omnia loca sacra in terra delere intendunt. Argumenta desumit psalmus sacer ab omnipotentia Dei, qua mundum universum creavit et adhuc gubernat, a speciali Eius benignitate erga populum electum, quem non a foedere, quod cum ipso pepigit.

Tempus. — Exaratio huius psalmi pertinet absque dubio ad illud tempus, quo per Chaldaeos Urbs expugnata et templum combustum est, et post occisum Godolliam multi Iudaei in Aegyptum discesserunt: vide IV. Reg. cap. 25. Ier. cap. 52, cap. 39.—44.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Intellectus Asaph.	1. Carmen Asaphi.
Utquid Deus repulisti in finem:	**Q**uare, o Deus, reiicis nos in perpetuum,
iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ?	cur fumat ira tua in gregem pascui Tui?
Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.	2. Recordare coetus Tui, quem acquisivisti olim,
Redemisti virgam hereditatis tuæ: mons Sion, in quo habitasti in eo.	quem redemisti, ut sit stirps hereditatis Tuæ — montis Sionis, in quo habitas!
Leva manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto!	3. Eleva gressus Tuos ad ruinas illas diuturnas. Omnia in sacrario violavit hostis!
Et gloriati sunt, qui oderunt te, in medio solemnitatis tuæ.	4. **A**dversarii Tui rugierunt in medio sacrario Tuo,
Posuerunt signa sua, signa, et non cognoverunt sicut in exitu super summum.	introduxerunt (ritus) — ritus suos.
Quasi in silva lignorum securibus	5. Aspectus erat, acsi homines desuper adducunt secures,
exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi et ascia deiecerunt eam.	in ramos arborum perplexos.
Incenderunt igni Sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.	6. Et iam — etiam sculpturas eius, securi et malleis contundunt.
	7. Ignem inferunt sacrario Tuo, ad solum profanant habitationem nominis Tui.

8. Dixerunt in corde suo, cognatio eorum simul:
Quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra.
9. Signa nostra non vidimus: iam non est propheta:
et nos non cognoscet amplius?
10. Usquequo, Deus, improperabit inimicus:
irritat adversarius nomen tuum in finem?
11. Utquid avertis manum tuam et dexteram tuam, de medio sinu tuo in finem?
12. Deus autem, rex noster ante sæcula, operatus est salutem in medio terræ.
13. Tu confirmasti in virtute tua mare, contribulasti capita draconum in aquis.
14. Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Aethiopum.
15. Tu dirupisti fontes et torrentes: tu siccasti fluvios Ethan.
16. Tuus est dies, et tua est nox: tu fabricatus es auroram et solem.
17. Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem et ver; tu plasmasti ea.
18. Memor esto huius: Inimicus improperavit Domino:
et populus insipiens incitavit nomen tuum.
19. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

8. Dicunt in corde suo: „Deleamu
eos penitus!“
comburunt omnes conventus Dei i
terra.
9. Ritus nostros non videmus,
non amplius exstitit propheta,
nec est inter nos, qui sciat, quan
diu?
10. Quousque, o Deus, conviciabitu
adversarius,
quousque irridebit hostis nomen T
um perpetuo!
11. Cur retrahis manum Tuam et de
teram Tuam!
Educas perniciem ex sinu Tuo!
12. Et tamen Deus est rex meus a pri
co inde tempore,
ipse salutem creat in terra.
13. Tu potentia Tua diffidisti mar
et confregisti capita belluarum
aquis.
14. Tu contudisti capita crocodili,
dedisti eum in cibum populo
incolis deserti.
15. Tu aperuisti fontem et torrente
Tu exsicasti fluvios perennes.
16. Tuus est dies, Tua etiam est no
Tu fecisti lumina et solem.
17. Tu constituisti omnes terminos terr
Tu fecisti æstatem et hiemem.
18. Memor sis huius: „Hostis convici
tur Domino,
et populus impius spernit nom
Tuum!“
19. Ne tradas bestiæ rapaci turture
Tuam,
vitæ afflictorum Tuorum ne oblivi
caris in perpetuum!

"

Respice in testamentum tuum,
quia repleti sunt, qui obscurati sunt, terræ domibus iniquitatum.

20. Respice fœdus illud,
nam plena sunt latibula terræ habitaculis violentorum!

Ne avertatur humilis factus confusus:
pauper et inops laudabunt nomen tuum.

21. Ne revertatur a Te miser contumelia affectus!
oppressus et pauper laudent nomen Tuum!

Exurge, Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum, quæ ab insipiente sunt tota die.

22. Surge, o Deus, age causam Tuam,
recordare ignominiæ Tibi illatæ ab impiis quotidie!

Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum:
superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

23. Ne obliviscaris clamoris adversariorum Tuorum,
tumultus inimicorum Tuorum continuo ascendentis.

v. 1. **intellectus Asaph** = carmen Asaphi; vide psl. 31, 1. et 49, 1.
repello = reiicio; obiectum „*nos*“ est omissum; vide psl. 20, 5. Rgl. 41.
in finem = in perpetuum; idem in v. 3, 10, 19. vide psl. 9, 6.
iratus est furor = fumat ira tua; (b. Hieron.: „fumabit furor tuus“).

v. 2. **memor esto** = recordare; — **possideo**; pro acquiro; hebr. (kanà); — **ab initio** = olim: de קֶדֶם (kêdem) vide psl. 67, 34.
redemisti virgam hereditatis tuae = redemisti eam (congregati-n), ut sit stirps hereditatis tuæ. — **virga** = stirps; hebr. שֵׁבֶט (šebet).
„**mons Sion**“ est appositio ad præcedens: „hereditatis tuæ“.
in quo habitasti in eo = in quo habitas; vide psl. 18, 4. Rgl. 38.

v. 3. **manus**; pro: gressus; b. Hieron.: „pedes“; vide psl. 57, 11.
superbiae eorum in finem; i. e. superbæ actiones absque fine; in var. u masor. est: „*ruinæ illæ diuturnæ*“; vide psl. 72, 18. „*dum allevarentur*“.
in finem = absque fine, continuo, diu; vide v. 1.
malignor = maligne ago, violo; vide psl. 36, 1.
sanctum = sanctuarium. — Secundum *Vulgatam* rogat vates Deum, astiget violatores sanctuarii. — *Secundum textum masoret.* rogat Deum, espiciat *illas templi ruinas;* omnia enim hostis violavit; Sensus est idem, violationem sacrarii castigatio eo ipso sequetur.

v. 4. **gloriati sunt**; pro: rugierunt; hebr. שָׁאַג (šaa'g) — b. Hieron. muerunt“; Schegg: „es prahlen“. — **solemnitas** = sacrarium; locus mnitatis; contentum pro continente. — **signa** = ritus; *idem* in v. 9.
posuerunt signa sua, signa; i. e. abrogatis ritibus Mosaicis, ritus introduxerunt; ritus gentilium erant modo ritus in sanctuario Iehovæ.

v. 5. *Versus 5. et 6.* in Vulgata et in textu masoret. non differunt var. ad sensum, qui sonat: „*hostes tui vastarunt sanctuarium*“.
Addita *negatione* legit Alexandrinus: „*v'jad'a*“ (וידע), loco „*jivvad'a*“); ergo ו loco י; dein „*mabò*“ (מבוא, ἔισοδος) = „aditus“, loco „*mebi*“

(מיבא) = induco; ergo ו loco י. Vulgata vertit ἔξοδος = „*exitus*“, sensu eodem, si de *januis* sermo est.

var. v. 6. **ianuas**; pro: „sculpturas“. Alexandrinus legit impunctatum פתחיה — f'tachêha, i. e. „*ianuas eius*“, loco masor. „fittuchêha“, i. e. *sculpturas eius*

in idipsum = simul; vide psl. 4, 9. — **in securi, in ascia**; vide psl. 2, 9. Rgl. 7. — **ascia** = instrumentum ferreum, quo utuntur fabri lignarii

v. 7. **in terra**; in *terram*, ad solum; LXX. εἰς τὴν γῆν. Loch: „bis auf den Boden“; až po zemi.

v. 8. **dixerunt in corde suo, cognatio eorum simul**; i. e. dixi totum eorum genus unanimiter: vide psl. 34, 26. „simul“.

quiescere faciamus omnes dies festos a terra: i. e. „prohibeamus ne celebrentur dies Iehovæ festi in terra“. — Hanc *consultationem* statim sequitur *executio;* ut habet textus masoreticus: „*comburunt nempe omnes synagogas seu conventus in terra*“. — Quoad *rem* — idem dicitur.

Causa discrepantiæ sita est in eo, quod Græcus LXX. nec non b. Hieron. habuerunt hebraicam vocem נִינָם (ninam) — *Futurum* cum suffixo a radice יָנָה (janâ) = „*deleamus eos*“, vel „opprimamus eos“ — pro *nomine* substantivo נִין (nin), i. e. „*soboles, prosapia*“; (confer Iob. 18, 19. Is. 14, 22., psl. 71, 17.) cum suffixo III. personæ pluralis, putantes simul, pluralem prædicati „*dixerunt*“ pertinere ad *nomen collectivum* „*cognatio*“.

Quia autem stante hac versione exspectantur verba — *hostium:* faciunt Græcus LXX. et Vulgata alterum hemistichium huius versus — *enuntiatum hostium;* et vertunt loco: „*comburunt*“, (vel, ut b. Hieron. habet, „incenderunt“) repugnante tamen textu hebraico: — „*quiescere faciamus*“, i. e. *deleamus* dies festos etc. . . Hoc non obstante, *in re* nulla est discrepantia.

Verba textus hebraici: „*deleamus eos penitus*“ conveniunt cum psalmo 83, 5. hebr.: „*agite, exstirpemus eos, ne sint populus*“; secundum Vulgatam 82, 5. „Venite et disperdamus eos de gente“.

dies festos; secundum textum hebr. „*conventus, — synagogas*“. — Quia ad obiectum „dies festos“ non quadrat verbum „*comburere*“, vertit Vulgata „*quiescere facere*“ iuxta LXX. καταπαύσωμεν, pro quo tamen secundum b. Hieron. (in epistola ad Suniam) legendum est: κατακαύσωμεν.

v. 9. **et nos non cognoscet amplius?** i. e. et nos quod attinet, nemo scit, quousque; scilicet — hæcce calamitas durabit. B. Hieron.: „et non est nobiscum, qui sciat usquequo“; i. e. „nec est inter nos, qui sciat, quamdiu durabit“; scilicet — hæc calamitas. — Vulgatæ: „**et nos**“ est Nominativus absolutus = „et quod nos attinet.“

non cognoscet = nescit quis = nemo scit; — *cognosco* = novi, scio.

amplius = usquequo, ut Vulgata ipsa hebr. vocem: עַד־מָה (ad-mâ) in aliis locis vertit; v. c. psl. 4, 3. „filii hominum *usquequo* gravi corde“

v. 10. **impropero** = convicior; (confer Rom. 15, 3.); b. Hieron. „*exprobro*“; idem in v.; 18. inde *improperium* = exprobatio; v. c. 68, 20. 73, 22. — **improperia** v. 22. = ignominia.

irrito; נָאַץ (na'ac) = irrideo, sperno; b. Hieron.: „*blasphemo*“; ceterum de „*irritare*“ vide psl. 5, 11. confer psl. 9², 13. et 106, 11. — In psalmo 9², 4. vertit Vulgata: „exacerbo“.

var. v. 11. **de medio sinu tuo in finem**; secundum textum masoreticum sonat versio ad verbum: „*e medio sinus tui consume*“; scilicet hostes; i. e.

·rendo e sinu tuo dexteram, consume eos (hostes) = *educas perniciem inu tuo.* — **in finem** = ad perniciem, ad consummationem: scil. hostium. Idem verbum, eandemque formam vertit Vulgata iuxta LXX. psl. 14. „*in consummatione, in ira consummationis*". Pluries hæc forma in Ve-Testamento non invenitur; vide dicta ad psl. 58. 14.

de medio sinu: est hebraismus pro: *de sinu, e sinu;* vide Rgl. 4. pag. 16.

v. 12. **ante saecula** = a prisco inde tempore; vide v. 2. „ab initio;"

in medio terrae = in terra; vide Rgl. 4. — **operatus est salutem** reat salutem: *operor* (de Deo) = creo. Schegg: „hat Hilfe gebracht".

v. 13. **confirmasti**: in textu masoret. est: „*diffidisti*"; b. Hieron.: *sipasti*"; — sensus est idem: divisa enim aqua firmiter stetit — quasi us a dextra et sinistra populi: vide Ex. 14, 21—22. —

confirmasti mare = fecisti, ut fluctus divisi firmiter starent.

in virtute = virtute, potentia; de „*in*" vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

contribulo = confringo; b. Hieron.: „contero"; — confer psl. 50, 19.

Dracones: i. e. belluæ magnæ aquatiles. — Vulgata vertit eandem vocem raicam in Gen. 1, 21. „*cete*". All: „Wasserungeheuer". Frcl. „velryby".

v. 14. **draco**; hebraico לִוְיָתָן (livjatan) significatur: serpens, croco-s, magna bellua aquatilis.

populis Aethopium; pro: *populo, incolis deserti;* vide psl. 71, 9.

v. 15. **fluvii Ethan**: i. e. fluvii perennes; (b. Hieron.: „flumina for-). Græcus vertit אֵיתָן (etan), i. e. „*perennitas*" seu nomen *proprium.*

v. 16. **aurora** = lumina; (b. Hieron.: „luminare"; collectivum).

v. 17. **facio** = constituo; (b. Hieron.: „statuo"); Schegg: „feststellen".

ver: pro: hiems (= b. Hieron.); hebr. חֹרֶף (choref) etiam ipsa Vul-vertit „*hiems*"; v. c. Gen. 8, 22.; Zach. 14, 8. Amos 3, 15. etc.

tu plamasti ea; „*ea*" est superfluum; in hebr. est Nominativus ab-tus; vide psl. 10, 4. Rgl. 29. — **plasmo** (ex græco) = facio, formo, creo.

v. 18. **insipiens** = impius; idem in v. 22.; vide psl. 31, 1.; 38. 9.

incito = sperno; vide psl. 9^2, 4.

v. 19. **animas confitentes tibi** = cultores tuos. populum tuum var. tum = b. Hieron.: „animam eruditam in lege"; textus masoret. habet: *turem tuam*". Pro metafora ponit Vulgata et b. Hieron. rem propriam. Alexandrinus legit תּוֹדֶךָ (todêka) i. e. „*cultores tuos*", a radice יָדָה a), loco masoretici: תּוֹרֶךָ (torêka) i. e. „*turturem tuam*"; permutatum ר cum ד. — **bestiis**; pro collectivo: bestiæ rapaci.

anima pauperum = vita afflictorum. — **pauper** = afflictus; idem . 21.; vide psl. 9, 10. — **anima** = vita; vide psl. 34, 4.

v. 20. **testamentum** = fœdus: vide psl. 54, 21. Vulgata iuxta LXX. add. it „*tuum*". — **qui** (scilicet — loci) **obscurati sunt terrae** = latibula.

domus = habitaculum; species et genus.

iniquitas; pro concreto: „iniquus, violentus"; vide psl. 5, 10. Rgl. 18.

domus iniquitatis = habitacula iniquorum, violentorum; hebr. מְחֻשַׁכֵּי ch*šakkim) significatur: *loca obscura, tenebricosa;* b. Hieron: „tenebræ".

v. 21. **ne avertatur** = ne revertatur; vide psl. 69. 4.

humilis = miser; vide psl. 69. 14. — **factus confusus** = contu-iā affectus; vide psl. 24, 3. — Petens dicitur „*confundi*" seu „*contu-ā affici*", si repulsam tulit, si non fuit exauditus.

v. 22. **exsurge**; pro simplici: surge; vide Rgl. 5. pag. 16.
iudica causam tuam = ago causam tuam; vide psl. 25, 1.
tota die = quotidie; vide psl. 70, 15.
v. 23. **superbia**; pro: „tumultus"; b. Hieron.: „*sonitus*"; causa pro effectu; — eandem hebraicam vocem: שְׁאוֹן (šao'n) vertit Vulgata: „*sonus*"; vide psl. 64, 8.; Ier. 25, 31.; Is. 13, 4. etc.

PSALMUS 74. (hebr. 75.)

Deus puniet tempore suo impios.

Auctor et argumentum. Auctor huius cantici nominatur — Asaph. (vide psl. 49, 1.) — Populus gratias agit Deo pro victoria concessa. (v. 2.) Deus loquens inducitur in bellis gentium lites dirimens, monetque hostes, ne potentiae suae confidant (v. 3 — 6.) — Idem argumentum prosequitur populus et vates, gravissimum supplicium hostibus praedicentes — (v. 7. — 9.). Vates spondet se Deum celebraturum esse (v. 10), et Deus concludit, gentes devictum iri. —

Occasio. — De occasione exarationis huius cantici nil certi statui potest.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraïci.
1. In finem: Ne corrumpas, Psalmus cantici Asaph.	1. Præfecto musicæ; — ad modum „Ne perdas". Carmen Asaphi, canticum.
2. Confitebimur tibi, Deus: confitebimur, et invocabimus nomen tuum: narrabimus mirabilia tua.	2. Celebramus Te, o Deus, celebramus, nam propinqua est gloria Tua; narramus mirifica facinora Tua!
3. cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.	3. „Exspecto tempus opportunum, Ego recte iudico."
4. Liquefacta est terra, et omnes, qui habitant in ea: ego confirmavi columnas eius.	4. „Quando dissoluta fuerit terra et incolæ eius, — Ego statuam columnas eius." (sela).
5. Dixi iniquis: Nolite inique agere: et delinquentibus: Nolite exaltare cornu:	5. Dico ad homines insolentes: „Ne sitis insolentes," atque ad impios: „Ne exaltetis cornu,"
6. nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui adversus Deum iniquitatem.	6. „ne efferatis in altum cornu vestrum, ne loquamini collo arrogante!"

Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus:

quoniam Deus iudex est.

Hunc humiliat, et hunc exaltat:

quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.

Et inclinavit ex hoc in hoc; verumtamen fæx eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.

Ego autem annuntiabo in sæculum: cantabo Deo Jacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam, et exaltabuntur cornua iusti.

7. Neque enim aliquis ab ortu, neque ab occasu,
neque a deserto montoso,

8. sed Deus tantum est iudex;
Ipse hunc deprimit et illum evehit.

9. Nam in manu Domini est calix,
æstuatque vino, — plenus est vino mixto.
Ipse infundit ex eo,
immo et fæces eius sorbebunt et bibere debebunt omnes impii terræ.

10. Ego autem nuntiabo id perpetuo,
canam Deo Jacobi:

11. „Omnia impiorum cornua succidam,
cornua iustorum efferentur."

In finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1. **ne corrumpas** = ad modum „Ne perdas"; vide „ne disperdas" 56, 1. **Psalmus cantici Asaph** = carmen Asaphi, canticum; vide psl. 47, 1.

v. 2. **confiteor tibi** = celebro te; vide psl. 6, 6.

et invocabimus nomen tuum; pro: „*nam propinqua est gloria tua*"; „*propinqua*" dicitur res bene nota vel facilis intellectu; *propinquum* vel *m esse* — est causa: *celebratio* — effectus. — **nomen**; scilicet celebre loria; vide psl. 22, 3. — **mirabilia** = mirifica facinora; vide psl. 44, 6.

v. 3. **accipio tempus** = exspecto tempus opportunum = LXX. καιρόν. **iustitias** = iuste, recte; vide de Accus. adverbiali 11, 3. Rgl. 31.

v. 4. **liquefio** = dissolvor; (= b. Hieron.) — **confirmo** = statuo Hieron.: „appendo").

v. 5. **iniquus** = insolens; genus pro specie; *ago inique* = sum in- ns. — **delinquens** = impius; confer psl. 33, 23.

v. 6. **adversus Deum iniquitatem**; pro: „*collo arrogante*"; b. Hieron. cervice veteri"; Schegg: „frech"; sensus est idem.

v. 7. **deserti montes** = desertum montosum; vide 4, 2. Rgl. 11.

v. 8. **quoniam**; hic loci = sed (= b. Hieron.); hebr. כִּי (ki).

v. 9. **vini meri** = æstuatque vino; b. Hieron. „vino merato". r. חָמַר (chamar) = æstuavit, ferbuit; gähren, ſchäumen; pĕniti se.

plenus misto = plenus est (scilicet calix) vino *mixto*; i. e. vino aro- ibus condito — מָסֵךְ (mések; i. e. mixtio); ebrietas vino tali causata e est *imago* castigantis iustitiæ divinæ; confer Is. 51, 17.; 5, 22. etc. **inclinavit ex hoc in hoc** = infundit ex eo; b. Hieron.: propinabit eo; Schegg: „er ſchenkt daraus ein". — **verumtamen** = immo et; אַךְ (ak).

faex eius non est exinanita; i. e. fæx vini mixti non est adhuc austa; — *exinanio* = exhaurio; textus masoreticus habet: „*fæces eius*

*sorbebunt"; (*b. Hieron.: „epotabunt"). — Sensus est idem: si fæx adhuc non est exhausta, sorbenda est; causa et effectus.

bibent = bibere debent; de Potentiali vide psl. 5, 8. Rgl. 16.

v. 10. **annuntio** = nuntio; vide Rgl. 5. pag. 16. — **in saeculum** = perpetuo: (b. Hieron.: „sempiternum"). — **iustus;** collectivum = iusti.

Nota. Hebr. „sela" (vide psl. 3, 3.) post v. 4. Vulgata non vertit. — LXX. habet διάψαλμα — b. Hieron. „semper".

PSALMUS 75. (hebr. 76.)

Celebremus Dominum, castigavit enim impios!

Auctor, argumentum et occasio: — Auctor epinicii huius — Asaph — (vide psl. 49, 1.) celebrat victoriam iuvante Deo de potentibus hostibus reportatam — fortasse capta per Davidem Ierosolyma, quo respicere videtur in v. 3. antiquum urbis nomen — Salem. — (confer Gen. 14, 13.). Secundum inscriptionem in versione Syriaca Fešito exaratus est psalmus hic vastata urbe Rabbat — Ammon. (vide I. Par. cap. 20.)

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem: in laudibus, Psalmus Asaph. Canticum ad Assyrios.	1. Præfecto musicæ; — fidibus canendum. Psalmus Asaphi, canticum.
2. Notus in Iudæa Deus: in Israël magnum nomen eius.	2. Noscitur in Iuda Deus, magnum est in Israële nomen Eius.
3. Et factus est in pace locus eius: et habitatio eius in Sion.	3. In Salem enim est tentorium Eius, et habitatio Eius in Sione
4. Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, et bellum.	4. Ibi confregit fulmina arcus, clipeum et gladium et apparatum bellicum. (sela.)
5. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis:	5. Magnificasti Te splendide — contra montes prædatorios!
6. turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.	6. Præda facti sunt heroës illi animosi, dormierunt soporem æternum, nec ullus virorum fortium invenit manus suas.
7. Ab increpatione tua, Deus Iacob, dormitaverunt, qui ascenderunt equos.	7. Ab increpatione Tua, o Deus Iacobi, torpore oppressus iacet et currus et equus!
8. Tu terribilis es, et quis resistet tibi? ex tunc ira tua.	8. Quod Te attinet, — terribilis es, et quis constabit coram Te, quando invaluerit ira Tua?

De cœlo auditum fecisti iudicium: terra tremuit et quievit.
cum exsurgeret in iudicium Deus,
ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.
Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.
Vovete et reddite Domino Deo vestro: omnes, qui in circuitu eius, affertis munera.
Terribili,
et ei, qui aufert spiritum principum,
terribili apud reges terræ.

9. Ex cœlis promulgasti sententiam; terra tremuit et quieta fuit,
10. cum surgeret ad exercendum iudicium Deus,
ut opem ferret omnibus afflictis terræ. (sela.)
11. Sane etiam furor hominis est ad laudem Tibi,
reliquiis iræ ilius cingis Te.
12. Vota facite et solvite Domino, Deo nostro!
omnes, qui sunt circa Eum, offerant munera — Terribili!
13. Ipse enim succidit superbiam principum,
et terribilis est regibus terræ.

in finem i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
in laudibus = in carminibus (vide psl. 4, 1.) = fidibus canendum.
ad Assyrios; addit Vulgata iuxta LXX. add.
v. 2. **notus**; scilicet est = noscitur; — **Iudaea** = Iuda.
v. 3. **et** = enim; vide Rgl. 3. pag. 16. — **fio** = sum.
in pace = in Salem (= b. Hieron.); שָׁלֵם (šalem) est hic loci *nomen proprium* non appellativum. — **locus**: pro: tentorium; metonymia.
v. 4. **potentiae arcuum** = fulmina arcus; b. Hieron: „volatilia arcus"; i. e. sagittæ; רֶשֶׁף (rêšef) = fulmen. **bellum** = apparatus bellicus.
v. 5. **illuminans tu mirabiliter** = magnificasti te splendide. — *illuminas te* = facis te lucere = reddis te lucidum, illustrem = magnificas te. — Participio hebr. exprimitur *tempus finitum*; sæpissime *Præsens.* **mirabiliter** = splendide; אַדִּיר (addir) = magnificus, gloriosus.
a montibus aeternis = respectu montium antiquorum, i. e. respectu antiquorum regnorum gentilium. **a** = „respectu" (confer 77, 50.); In textu hebr. est sensu eodem: *„contra montes prædatorios"*; Voce *„montes"* intelligenda sunt magna regna gentilium. — Divergentia orta est permutatione ד cum ם. Loco *„tèref"*, i. e. „præda" legit LXX. *„tèrem"*, i. e. „initium"; inde versio: ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων, „a montibus æternis, (qui sunt *„ab initio"*). var.
v. 6. **turbati sunt**; pro: præda facti sunt; effectus pro causa.
insipientes corde; (b. Hieron.: „superbi corde"); i. e. insipientes, dii, quia superbi; textus masoreticus habet: *„heroës illi animosi"*. — Textus LXX. legit: אֲבִירֵי (abidê), i. e. aberrantes, loco masoretici: *„abirê"*, i. e. fortes, heroës; — Permutato ר cum ד sensus non mutatur, quia isti *heroës* animosi agendi ratione sua contra Iehovam simul *impii* erant. var.
somnum suum, i. e. soporem æternum. — **viri divitiarum** = viri fortes; (b. Hieron.: „viri exercitus"); de חַיִל (chajil) vide psl. 18, 7.
nihil invenerunt omnes = nullus eorum invenit; vide 9^2, 11. Rgl. 27.

in manibus suis, scilicet: id, quo se salvare posset; textus masoreticus et b. Hieron. habent: „manus suas“; sensu eodem, qui est: „Præ terrore nemo virorum fortium scivit uti viribus suis“.

v. 7. **dormitaverunt**; pro: torpore oppressus iacet.

var. **qui ascenderunt equos**; pro: „*et currus et equus*“ = b. Hieron. Loco masoretici: וְרֶכֶב וְסוּס (v'rêkeb v'sus), i. e. „*currus et equus*“, legit Græcus LXX.: רוֹכְבֵי סוּס (rok'bê sus), i. e. „equites“. Varia lectio orta est transpositione וֹר = רוֹ et permutatione ו cum י.

v. 8. **ex tunc ira tua** = quando irasceris, quando invaluit ira tua; hebr. מֵאָז (meaz); All.: „sobald“.

v. 9. **auditum fecisti iudicium** = promulgasti sententiam. — All.: „Urtheil“. — **quievit** = quieta fuit; b. Hieron.: „tacebit“.

v. 10. **exsurgo in iudicium** = surgo ad exercendum iudicium. — **salvum facio aliquem** = opem ei fero; vide psl. 11, 2. — **mansuetus** = afflictus; vide psl. 33, 3.

v. 11. **cogitatio** *(bis)*; scilicet: sensu malo = furor; hebr. חֵמָה (chemâ), i. e. furor, vertit LXX. voce: ἐνθύμιον, qua Græci, uti θύμος, bono et malo sensu utuntur. — **confitebitur tibi**; pro: laus tua est = est ad laudem tibi; vide psl. 6, 6. et 5, 8. Rgl. 17.

var. **et reliquiae cogitationis diem festum agent tibi**, i. e. reliquiæ iræ illius te celebrabunt — cedent in laudem tuam — in honorem tuum. Schegg: „seines Zornes Reſt muſs Dich feiern“. — Textus masoreticus habet sensu eodem: „*reliquiis iræ illius cingis te*“ (= b. Hieron.). — Deus, in cuius honorem cedunt reliquiæ iræ impiorum, dicitur *pœtice*: „*cingit se reliquiis iræ impii*“; cingulum pertinet apud Orientales etiam ad ornamenta.

Divergentia orta est eo, quod Græcus LXX. habuit in codice suo תחגך loco תחגר; seu *Futurum* cum suffixo II. personæ a radice חָגַג (chagag) = 1. saltavit, 2. festum celebravit, diem festum egit; loco Futuri a radice חָגַר (chagar), i. e. cinxit; permutata est litera finalis ר cum ך.

diem festum agent tibi; i. e. te celebrabunt = reliquiæ iræ illius cedent in laudem tuam, in honorem tuum.

v. 12. **reddo** (votum) = solvo; vide psl. 55, 12. — **in circuitu eius** = circa eum; vide Rgl. 4. — **affero** = offero (= b. Hieron.)

v. 13. **et ei**; pro: ipse enim; All.: „der“ = denn er.

aufert = succidit; hebr. בָּצַר (bacar) abscidit; antec. et subsequens.

spiritus = superbia; All.: Stolz; רוּחַ (ruach) = Muth, Stolz.

apud reges terrae = regibus terræ; vide psl. 3, 3. Rgl. 9.

Nota. Hebr. „sela“ (vide psl. 3, 3.) post v. 4. et 10. Vulgata non vertit. LXX. habet „διάψαλμα“, b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 76. (hebr. 77.)

Consolatio aegroti et afflicti.

Auctor et argumentum et occasio. — Auctor huius psalmi nominatur Asaph (vide psl, 49, 1.). - Vates sacer graviter afflictus recordatur meum temporum pristinorum, et erigit se firma fiducia in auxilium Dei, populum suum mirando modo ex Aegypto eduxit. — (Descriptio transitus mare rubrum est elegans; vv. 17.—21.). —

De tempore et occasione exarationis huius psalmi nil certi constat.

Textus Vulgatae.

In finem; pro Idithun, Psalmus Asaph.

Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Deum, et intendit mihi.

In die tribulationis meæ Deum exquisivi,
manibus meis nocte contra eum: et non sum deceptus.

Renuit consolari anima mea:
memor fui Dei, et delectatus sum, et exercitatus sum: et defecit spiritus meus.

Anticipaverunt vigilias oculi mei: turbatus sum, et non sum locutus.

Cogitavi dies antiquos, et annos æternos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cum corde meo, et exercitabar, et scopebam spiritum meum.

Numquid in æternum proiiciet Deus: aut non apponet, ut complacitior sit adhuc?

Aut in finem misericordiam suam abscindet,
a generatione in generationem?

Aut obliviscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ; — Iedituni; Psalmus Asaphi.
2. Clamo ad Deum; nec desino clamare,
ad Deum clamo, ut auscultet me.
3. In die calamitatis meæ quæro Dominum,
noctu expansa est manus meæ, nec fatigatur;
recusat se consolari anima mea.
4. Recordor Dei et ingemisco,
et si meditari cupio, lanquet spiritus meus. (sela.)
5. Prehensas tenes palpebras oculorum meorum,
perturbatus sum, nec possum loqui.
6. Supputo dies pristinos,
annos præteritos.
7. Reminiscor cantum meum noctu,
meditor in corde meo, et spiritus meus scrutatur.
8. Num perpetuo reiiciet Dominus (me),
nec benevolum se exhibebit amplius?
9. Num cessavit gratia Eius in sempiternum?
num desiit promissio in omnes ætates?
10. Num oblitus est misereri Deus?
vel præclusit iratus misericordiam suam? (sela.)

11. Et dixi: Nunc cœpi:
hæc mutatio dexteræ Excelsi.
12. Memor fui operum Domini,
quia memor ero ab initio mirabilium tuorum,
13. et meditabor in omnibus operibus tuis, et in adinventionibus tuis exercebor.
14. Deus in sancto via tua:
quis Deus magnus sicut Deus noster?
15. Tu es Deus, qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuam:
16. redemisti in brachio tuo populum tuum,
filios Iacob et Ioseph.
17. Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, et timuerunt:
et turbatæ sunt abyssi.
18. Multitudo sonitus aquarum:
vocem dederunt nubes.
Etenim sagittæ tuæ transeunt.
19. vox tonitrui tui in terra.
Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est et contremuit terra.
20. In mari via tua, et semitæ tuæ in aquis multis: et vestigia tua non cognoscentur.
21. Deduxisti sicut oves populum tuum, in manu Moysi et Aaron.

11. **D**ein dico: „Hoc est, quod ægrum me facit!
Dextera Altissimi id mutabit!“
12. Celebraturus sum facinora Domini,
nam reminiscar antiquitus factorum a te mirabiliter;
13. et cogitabo omnia opera tua,
et facinora tua meditabor.
14. O Deus, sanctum est regimen Tuum,
quis Deus magnus est — sicut Deus!
15. Tu es ille Deus, qui facit mirabilia.
Tu notam fecisti inter populos potentiam Tuam.
16. Tu redemisti brachio Tuo populum tuum,
posteros Iacobi et Iosephi. (sela).
17. Viderunt Te aquæ, o Deus,
viderunt Te aquæ et tremuerunt:
etiam abyssi trepidarunt.
18. Aquas effuderunt nubes,
tonitrua ediderunt atræ nubes,
et sagittæ tuæ discurrerunt.
19. Vox tonitru tui fuit in turbine,
fulgura illustraverunt orbem terræ;
trepidavit et contremuit terra.
20. Per mare duxit via tua,
et semitæ tuæ per aquas magnas;
attamen vestigia tua non sunt animadversa.
21. Duxisti ut gregem populum tuum,
per Mosem et Aronem.

in finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1. **pro Idithun** = lediturni; vide psl. 38, 1. **psalmus Asaph** = psalmus Asaphi: vide psl. 3, 1. et 49, 1. v. 2. **ad Dominum**; Vulg. iuxta LXX.; pro: *ad Deum*; hebr. „elohim“. **et intendit mihi** = ut auscultet me; vide Rgl. 3. et psl. 39, 2. v. 3. **tribulatio** = calamitas; — **exquiro** = quæro; vide Rgl. 5. **Deum**; LXX. θεόν; pro: „dominum“; — hebr. „adonaj“; confer v. 8.

contra eum; i. e. *ad* eum; pro: *„expansa est“*. Alexandrinus legit var.
„negdâ“ loco masoretici נגרה „nigg'ra“; permutatum est ד cum ד.
non sum deceptus; scilicet: „a viribus meis“: pro: *„nec fatigatur“*; var.
cet — „manus mea“; b. Hieron.: „et non quiescit“; — Alexandrinus legit
(afug — I. pers. sing.) loco תָּפוּג (tafug) III. pers. fem. sing.

v. 4. **delector**; pro: ingemisco; (b. Hieron.: „conturbabar“); הָמָה
mâ) significat: „sonum, vocem edidit — sive tristem sive lætam.“
et exercitatus sum; significatio media = et exercitavi me = medi-
s sum; b. Hieron.; „loquebar in memet ipso“; in hebraico est *Cohor-*
us = „meditaturus sum“. — **deficio** = lanqueo; vide psl. 30, 11.
v. 5. **anticipaverunt vigilias oculi mei**; pro: *„Prehensas tenes*
ebras oculorum meorum“: *effectus*, pro *causa*.
Nox dividebatur ante exilium in *tres vigilias*; ad finem vergente spatio
æ vigiliæ veniebant in locum destinatum novi custodes; similiter ad
n vergente *secunda* vigilia; *„anticipare vigilias“* denotat: vigil esse ante
um cujusvis vigiliæ; i. e. tota nocte insomnis esse, tota nocte vigilare.
non sum locutus = non possum loqui; vide psl. 5, 3. Rgl. 16. —
v. 6. **cogito** = supputo: — **anni aeterni** = anni pristini: b. Hieron.:
iqui“. — De hebr. *„olam“* (hic loci pluralis) vide psl. 23, 7.
in mente habui = reminiscor; hoc verbum, quo incipit versus 7.
ebr. et in LXX., trahit Vulgata ad versum 6^tum^, quin sensus mutetur.
v. 7. **et meditatus sum**; pro: *„cantum meum“*. — Græcus LXX. var.
pro: *„n'ginati“*, i. e. *cantus meus*“, fors. *„nigganti“*, i. e „pulsavi fides“,
„fides pulsans meditatus sum“. Sensus non mutatur; in hebraico textu
imitur tantum *„obiectum“* illius meditationis: scilicet: „cantus meus“.
. **carmina**, quibus beneficia divina celebravi. — **nocte** = noctu.
cum corde meo et exercitabar = in corde meo meditor; (b. Hie-
: „cum corde meo loquebar“). — Vulgata iuxta LXX. addit *„et“* ante add.
ercitabar“. — De „exercitor“ vide v. 4.
scopebam spiritum meum; pro: spiritus meus scrutatur = ego
itor. — LXX. ἐσκαλλε τὸ πνεῦμά μου; b. Augustin. „perscrutabar“. —
o, *-are* et *-ĕre* = scopis everro, purgo; translate: perscrutor.
v. 8. **Deus**; LXX. κύριος; pro: dominus; hebr. „adonaj“: confer v. 3.
aut. LXX. καὶ; = et: ו (v.); *„et“* exhibent etiam antiqua Psalteria.
non apponet, ut complacitior sit adhuc = non amplius com-
ebit = nec benevolum se exhibebit amplius; — **appono** est verbum
iliare; vide psl. 6, 11. Rgl. 20. **„complacitus“** est Participium formæ
sivæ qua *Adiectivum* = benevolus, propitius; *Comparativus* huius vocis
loci tantum occurrit. —
non adhuc; LXX. οὐ-ἔτι = non amplius.
v. 9. **aut**; pro: num; hebr. הַ (h^a^) interrogativum; *idem* in v. 10. —
finem = in sempiternum; vide psl. 9, 6. **misericordia** = gratia; vide
5, 8. **abscindo** = cessare facio; pro: cesso. Sensus manet idem.
a generatione in generationem = per omnes ætates. —
Vulgata iuxta LXX. omisit: *„num desiit promissio“*. omis.
v. 10. **contineo misericordias** = præcludo misericordiam: Hebr.
רַחֲמִים (rach^a^mim) est *plurale tantum*; inde Vulgata vertit „misericordi*as*“
: „misericordi*am*“. **in ira** = *iratus*; vide psl. 4, 9. Rgl. 14.

v. 11. **et dixi: nunc coepi**; All.: „Doch ich ſage, nun will ich anfangen.“ („Der heil. Sänger ermahnt ſich zum Vertrauen“), pro: *„dein dico: hoc est, quod ægrum me facit“*; b. Hieron.: „et dixi, imbecillitas mea est hæc“. — Divergentia rationem habet in diversa interpretatione hebr. vocis חַלּוֹתִי (challoti). — Sensus non mutatur. Præsens versio: „hoc est, quod ægrum me facit“ — ex præcendentibus patet, et etiam præsupponi debet a statim sequenti sententia: „dextera Domini id mutabit“.

haec mutatio dexterae Excelsi = dextera Altissimi id mutabit; **mutatio dexterae** = dextera mutatura = dextera mutabit; שְׁנוֹת (š'noth) est Infinitivus constructus: zu mutare = mutatio a radice שָׁנָה (šanâ).

v. 12. **memor sum** = celebro. — **ab initio** = antiquitus; vide psl. 73, 2. — **mirabilia tua** = mirabiliter a te facta.

v. 13. **adinventiones**; i. e. consilia; pro: facinora; causa pro effectu; All.: „Rathſchlüſſe“; *adinventio*, *inventum* et *consilium* sunt synonima. Modest. Dig. 27, L. 6. et Paul. Nol. ep. 43. ad Augustinum.

exerceor = exercitor (vide v. 4.) = exerceo me = meditor.

v. 14. **in sancto via tua** = sancta est via tua; vide psl. 4, 9. Rgl. 14. All.: „heilig“. — **via** = agendi ratio, regimen; vide psl. 17, 31.

add. **Deus noster**; Vulgata iuxta LXX. addit *„noster“*.

v. 15. **in populis** = inter populos; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. All.: „unter“.

virtus = potentia; vide psl. 67, 34.

v. 16. **in brachio** = brachio; vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

filii = posteri; vide psl. 41. 1. (filii Core).

v. 17. **timeo**; pro: tremo; causa pro effectu; Schegg: „zittern“.

turbor = trepido; b. Hieron.: „commoveor“; All.: „beben“.

v. 18. **multitudo sonitus aquarum** = multus erat sonitus aquarum; pro: *„aquas effuderunt nubes“*; b. Hieron.: „excusserunt aquas nubila“. — Vulgata loquitur de *sonitu*, qui cum effusione aquarum ex nubibus coniungitur; sensus manet idem.

vox = tonitru; **nubes** = atræ nubes; hebr. שְׁחָקִים (š'chakim). —

etenim = et; vide psl. 64, 14.; hebr. אַף (af) = etiam.

sagittae; i. e. fulmina; — **transeo** = discurro; Schegg: „blitzten daher“.

v. 19. **vox tonitrui** = vox tonitrus; tonitruum, -i, — est obsoletum.

in rota = in turbine; latinum *rota* = gyrus, circuitus. hebraice גַּלְגַּל (galgal) a radice: גָּלַל (galal) „volvit“ designatur: 1. rota, 2. turba, 3. stipula, palea, quæ turbine agitatur. — **illuxerunt**; pro: illustraverunt; All.: „erleuchten“; — **coruscationes** = fulgura; All. et Schegg: „Blitze“.

v. 20. **in mare — in aquis** = *per* mare — *per* aquas; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. — **et** = attamen; All.: „doch“; — **cognosco** = animadverto.

v. 21. **deduco**; = duco. — **in manu** = *per* manum = per; vide Rgl. 4. pag. 16. — **Moisi**; est in Vulgata *Genitivus* a Nominativo — *Moises*.

Nota. Hebr. *sela* (vide psl. 3, 3.) post vv. 4., 10. et 16. Vulgata non vertit; LXX. habet διάψαλμα; b. Hieron. *„semper“*.

PSALMUS 77. (hebr. 78)

Historia antiqua est salutaris admonitio.

Auctor, argumentum et occasio. Auctor psalmi nominatur Asaph (e psl. 49, 1.). — Vates sacer recenset beneficia a Deo Hebraeis inde exitu ex Aegypto collata, et arguit animum ingratum et contumacem uli in genere, Efraimitarum autem in specie. — Hanc ob causam permisit s populum suum et tabernaculum sacrum Silunte collocatum — arbitrio ium, quos deiu repressit quidem, sed spreta Efraimitarum terra, Iudam delegit sedem, et regem constituit Davidem.

Psalmus hic exaratus est verosimile post translationem arcae foederis in tem Sion (de quo in II. Sam. c. 6. sermo est.) —

Nota. Versus 2. et 3. huius psalmi allegantur ab evangelista Matthaeo 13, 35.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
Intellectus Asaph.	1. Carmen Asaphi. —
Attendite, populę meus, legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.	Ausculta, populę mi, doctrinam meam, inclinate aurem vestram ad verba oris mei!
Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.	2. Aperiam cum carmine os meum, proferam eloquia de rebus antiquis.
Quanta audivimus et cognovimus ea, et patrēs nostri narraverunt nobis.	3. Quæ audivimus et cognovimus, et quæ nobis narrarunt patres nostri,
Non sunt occultata a filiis eorum in generatione altera: Narrantes laudes Domini, et virtutes eius, et mirabilia eius, quæ fecit.	4. non celabimus posteros eorum, narrantes ætati iuniori gloriam Domini et potentiam Eius et mirabilia Eius, quæ fecit. —
Et suscitavit testimonium in Iacob, et legem posuit in Israël. Quanta mandavit patribus nostris nota facere ea filiis suis,	5. Ipse constituit præcepta in Iaqobo, et legem posuit in Israële, præcipiens patribus nostris, ut ea nota faciant filiis suis,
ut cognoscat generatio altera. Filii, qui nascentur et exsurgent, et narrabunt filiis suis,	6. ut ea cognosceret ætas postera, filii, qui nascendi essent, ut hi adulti illa narrarent filiis suis,
ut ponant in Deo spem suam, et non obliviscantur operum Dei, et mandata eius exquirant.	7. ut in Deo ponerent spem suam, nec obliviscerentur facinorum Dei; sed observarent præcepta Eius.

8. Ne fiant, sicut patres eorum, generatio prava et exasperans. Generatio, quæ non direxit cor suum, et non est creditus cum Deo spiritus eius.

9. Filii Ephrem, intendentes et mittentes arcum, conversi sunt in die belli.

10. Non custodierunt testamentum Dei, et in lege eius noluerunt ambulare.

11. Et obliti sunt benefactorum eius, et mirabilium eius, quæ ostendit eis.

12. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Taneos.

13. Interrupit mare, et perduxit eos, et statuit aquas quasi in utre.

14. Et deduxit eos in nube diei, et tota nocte in illuminatione ignis.

15. Interrupit petram in eremo, et adaquavit eos velut in abysso multa.

16. Et eduxit aquam de petra, et deduxit tamquam flumina aquas.

17. Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitaverunt Excelsum in inaquoso.

18. Et tentaverunt Deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis.

19. Et male locuti sunt de Deo: dixerunt:
Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?

8. Ne essent ut patres ipsorum,
genus infidele et contumax,
genus, quod non firmasset mentem suam,
et cuius animus non fuisset fidus erga Deum.

9. Efraimitæ — sagittarii armati,
die prœlii — terga verterunt.

10. Non observarunt fœdus Dei,
et in lege Eius ambulare recusarunt.

11. Obliti sunt enim facinorum Eius,
et mirabilium Eius, quæ ostenderat eis.

12. Coram patribus eorum patravit miracula,
in terra Aegypti, in agro Zoan.

13. Fidit mare et traduxit eos,
et consistere fecit aquas, ut cumulum.

14. Interdiu duxit eos nube,
et per totam noctem luce ignis.

15. Diffidit rupes in deserto,
et bibendam dedit (aquam) copiose instar fluctuum.

16. Et exire iussit rivos ex petra,
et defluere fecit aquas ut fluvios.

17. Et tamen perrexerunt peccare in Eum,
contumaces esse in altissimum in terra deserta;

18. Tentaverunt enim Deum animo suo,
petentes cibum pro appetitu suo.

19. Et murmurantes contra Deum dixerunt:
„Num poterit Deus instruere mensam in deserto?“

Quoniam percussit petram, et fluxerunt aquæ, et torrentes inundaverunt:
numquid et panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?
Ideo audivit Dominus, et distulit:
et ignis accensus est in Iacob, et ira ascendit in Israël,

quia non crediderunt in Deo, nec speraverunt in salutari eius.
Et mandavit nubibus desuper, et ianuas cœli aperuit.
Et pluit illis manna ad manducandum, et panem cœli dedit eis.
Panem Angelorum manducavit homo:
cibaria misit eis in abundantia.
Transtulit austrum de cœlo, et induxit in virtute sua africum.
Et pluit super eos sicut pulverem carnes, et sicut arenam maris volatilia pennata.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum.
Et manducaverunt et saturati sunt nimis. Et desiderium eorum attulit eis:
non sunt fraudati a desiderio suo. Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum,
et ira Dei ascendit super eos, Et occidit pingues eorum,

et electos Israël impedivit.

20. En, percussit rupem, et fluxerunt aquæ,
et rivi se effuderunt.
„Num etiam panem poterit dare, an parare poterit carnem populo suo?“
21. **P**ropterea audiens hæc Dominus incensus est ira,
et ignis se accendit in Iacobo,
et etiam ira (Dei) ascendit in Israële.
22. Non enim fidem habuerunt Deo,
neque fiduciam collocarunt in auxilio Eius.
23. His non obstantibus mandata dedit nubibus desuper,
et fores cœli aperuit.
24. Et pluere fecit in eos mannam ad edendum,
et frumentum cœleste dedit eis.
25. Panem angelorum manducabat quisque,
cibum misit eis ad satietatem.
26. Excitavit in cœlo ventum orientalem,
et potentia sua ventum australem adduxit.
27. Et pluere fecit in eos instar pulveris — carnem,
et instar arenæ maris — aves alatas;
28. et cadere fecit in castra eius,
circa tentoria eius. —

29. Et ederunt et satiati sunt valde,
cum rem desideratam eorum eis attulisset.
30. Nondum recesserant a desiderio suo,
adhuc cibus in ore eorum erat;

31. cum ira Dei inter eos exæstuavit,
et cædem fecit inter viros eorum robustos,
et iuvenes Israëlis prostravit.

32. In omnibus his peccaverunt adhuc, et non crediderunt in mirabilibus eius.

33. Et defecerunt in vanitate dies eorum,
et anni eorum cum festinatione.
34. Cum occideret eos, quærebant eum, et revertebantur, et diluculo veniebant ad eum.
35. Et rememorati sunt, quia Deus adiutor est eorum, et Deus excelsus redemptor eorum est.
36. Et dilexerunt eum in ore suo et lingua sua mentiti sunt ei.
37. Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.
38. Ipse autem est misericors, et propitius fiet peccatis eorum, et non disperdet eos.
Et abundavit, ut averteret iram suam, et non accendit omnem iram suam:
39. et recordatus est, quia caro sunt:
spiritus vadens, et non rediens.
40. Quoties exacerbaverunt eum in deserto: in iram concitaverunt eum in inaquoso?
41. Et conversi sunt, et tentaverunt Deum, et sanctum Israël exacerbaverunt.
42. Non sunt recordati manus eius die, qua redemit eos de manu tribulantis,
43. sicut posuit in Aegypto signa sua, et prodigia sua in campo Taneos.
44. Et convertit in sanguinem flumina eorum

32. His omnibus non obstantibus peccarunt amplius,
neque fidem habuerunt mirabilibus Eius.
33. Et evanescere fecit dies eorum ut halitum,
atque annos eorum exitio repentino.
34. Cum interfecit eos, curarunt Eum, et iterum quærebant Deum.

35. Et recordati sunt, Deum esse rupem eorum,
et Altissimum esse eorum vindicem.
36. Et deceperunt Eum ore suo,
et mentiti sunt Ei lingua sua.
37. Nam cor eorum non erat Ei addictum,
nec fidi fuerunt in fœdere Eius.
38. Ipse vero misericors —
condonat culpam nec perdit;

et multoties sedavit iram suam,
nec concitavit omnem æstum suum.

39. Reputavit, carnem esse illos,

halitum, qui abeat, nec revertatur.
40. Quoties contumaces fuerunt in Eum in deserto,
contristarunt Eum in solitudine.
41. Iterum et iterum tentarunt Deum et contristarunt Sanctum Israëlis.

42. Nec recordati sunt potentiæ Eius,
diei, qua liberavit eos ab adversario,

43. cum fecit signa sua in Aegypto,
et miracula sua in agro Zoan;

44. cum convertit in sanguinem fluvios eorum

et imbres eorum, ne biberent.
Misit in eos cœnomyiam, et comedit eos:
et ranam, et disperdidit eos.
Et dedit ærugini fructus eorum,
et labores eorum locustæ.
Et occidit in grandine vineas eorum, et moros eorum in pruina.
Et tradidit grandini iumenta eorum, et possessionem eorum igni.
Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, et iram et tribulationem: immissiones per angelos malos.
Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit a morte animabus eorum, et iumenta eorum in morte conclusit.
Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.
Et abstulit sicut oves populum suum, et perduxit eos tamquam gregem in deserto.
Et deduxit eos in spe, et non timuerunt, et inimicos eorum operuit mare.
Et induxit eos in montem sanctificationis suæ,
montem, quem acquisivit dextera eius.
Et eiecit a facie eorum gentes, et sorte divisit eis terram in funiculo distributionis.
Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israël.

ita, ut aquas eorum non potuissent bibere.
45. Misit in eos muscam caninam, quæ absumpsit eos,
et ranas, quæ perdiderunt eos.
46. Dein dedit proventum eorum insectis voracibus,
et fruges eorum locustis.
47. Grandine perdidit vitem eorum,
et glacie syccomoros eorum.

48. Et tradidit pecus eorum grandini,
et greges eorum fulminibus.

49. Immisit eis ardentem iram suam,
furorem et sævitiam et angustias,
— agmen angelorum malorum.

50. Complanavit viam iræ suæ,
non denegavit morti animam eorum,
et tradidit pesti vitam eorum.

51. Percussit nempe omne primogenitum in Aegypto,
primitias virium in tentoriis Chami.

52. Dein eduxit populum suum ut oves;
et duxit eos ut gregem in deserto.

53. Et duxit eos tuto, nec paverunt,
et hostes eorum operuit mare.

54. Et perduxit eos ad fines suos sanctos,
ad montem, quem acquisivit dextera Eius.
55. Et expulit coram iis populos,
et sorte distribuit illos in partem ad mensam hæreditatis,
et habitare fecit in eorum tentoriis tribus Israëlis.

56. Et tentaverunt, et exacerbaverunt Deum excelsum, et testimonia eius non custodierunt.
57. Et averterunt se, et non servaverunt pactum: quemadmodum patres eorum conversi sunt in arcum pravum.
58. In iram concitaverunt eum in collibus suis, et in sculptilibus suis ad æmulationem eum provocaverunt.
59. Audivit Deus, et sprevit, et ad nihilum redegit valde Israël.
60. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, ubi habitavit in hominibus.
61. Et tradidit in captivitatem virtutem eorum, et pulchritudinem eorum in manus inimici.
62. Et conclusit in gladio populum suum, et hereditatem suam sprevit.
63. Iuvenes eorum comedit ignis, et virgines eorum non sunt lamentatæ.
64. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, et viduæ eorum non plorabantur.
65. Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus a vino.
66. Et percussit inimicos suos in posteriora:
opprobrium sempiternum dedit illis.
67. Et repulit tabernaculum Ioseph,
et tribum Ephraim non elegit:
68. sed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit.

56. Et tamen tentarunt et irritarunt Deum altissimum,
et præcepta Eius non observarunt
57. Et recesserunt et defecerunt ut patres ipsorum,
converterunt se ut arcus fallax.
58. Et irritarunt Eum excelsis suis,
et imaginibus suis concitarunt invidiam Eius.
59. Audivit id Deus et effudit se in iram,
et repudiavit valde Israëlem;
60. et dereliquit habitationem in Silo, tentorium, quod collocaverat inter homines.
61. Et permisit captivitati potentiam suam,
et splendorem suum manui adversarii.
62. Et tradidit gladio populum suum, cum exarsisset ira in peculium suum.
63. Iuvenes eius voravit ignis,
et virgines eius non sunt celebratæ.
64. Sacerdotes eius ceciderunt gladio, et viduæ eius non fleverunt.
65. Tum evigilavit Dominus instar dormientis,
instar herois a vino victi;
66. et percussit adversarios suos retrorsum, —
contumeliam sempiternam imposuit eis.
67. Repudiavit autem tentorium Iosephi,
et tribum Ephraimi non elegit.
68. Sed elegit tribum Iudæ,
montem Sionem, quem dilexit.

Et ædificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra, quam fundavit in sæcula.

Et elegit David servum suum, et sustulit eum de gregibus ovium:

de post fœtantes accepit eum,

pascere Iacob servum suum, et Israël hereditatem suam:

et pavit eos in innocentia cordis sui,

et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

69. Et ædificavit sacrarium suum ut cœlum,
ut terram, quam fundavit in sempiternum.

70. Et elegit Davidem servum suum, et adscivit eum de caulis ovium.

71. Adduxit eum de lactantibus ovibus,

ut pasceret Iacobum, populum Eius, et Israëlem, peculium Eius.

72. Et pavit eos secundum integritatem cordis sui,
et duxit eos manibus suis prudentissimis.

intellectus Asaph = carmen Asaphi; vide psl. 31, 1. et 49, 1.
v. 1. **attendite**; pluralis iuxta sensum = ausculta (= b. Hieron.). **meus** = mi; vide psl. 7, 2. — **lex** = doctrina.
v. 2. **parabola** = carmen; **propositiones** = eloquia; (b. Hieron.: mata). — **ab initio** = de rebus antiquis; de hebr. „kedem“ vide 73, 2.
v. 3. **cognovimus ea**; „*ea*“ est superfluum; vide psl. 18, 4. Rgl. 38.
v. 4. **non sunt occultata a filiis eorum**; pro: non celabimus pos eorum“; sensus est idem. — **a filiis**; i. e. „respectu posterorum“; = respectu; vor; vide v. 50. „*a morte*“. — **filii** = posteri; vide 41, 1. **generatio altera** = generatio seu ætas iunior, sequens, postera; in v. 6. — **virtutes** = potentia; b. Hieron.: „potestas“.
testimonium = præcepta; idem in plurali in v. 56. vide psl. 24, 10.
v. 5. **suscito** = constituo; (b. Hier.: „statuo“). All., Schegg: aufrichten. **testimonium** = præcepta; idem in plurali in v. 56.; vide psl. 24, 10.
v. 6. **exsurgo**; i. e. adolesco; heranwachſen, dospěti.
v. 7. **et** = sed; — **exquiro** = quæro, observo; b. Hier.: „custodio“.
v. 8. **prava**; i. e. infidelis; genus et species. — **exasperans** = umax; b. Hieron.: „provocans“: vide psl. 65, 7.
dirigo = firmo; vide psl. 7, 10. — **cor** = mens; vide psl. 56, 8. **creditus** = datus, commissus; i. e. qui se dat, committit; der ſich rtraut; oddaný. — Cic. Verr. 2, 3. 3. — **creditus sum Deo** = fidus erga Deum; All.: „halte treu an Gott“. — **spiritus** = animus.
v. 9. **filii Ephrem** = Efraimitæ; vide psl. 41, 1. — **intendentes nittentes arcum** = sagittarii armati. — **intendo**; pro simplici: tendo. **convertor**; medium = tergum verto. — **bellum**; pro: prœlium; hac re vide Iud. 12, 1.
v. 10. **testamentum** = fœdus. — **nolo** = recuso; — **in** = „secundum“.
v. 11. **et** = enim; vide Rgl. 3, pag. 16.
benefacta = facinora; hebr. עֲלִילוֹת (ʿalilot); singularem „ʿalila“ vertit ata „*studia*“ (13, 1.), „*consilia*“ (65, 5.). — Denotat autem hoc nomen

— *„facinus“; pluralis* adhibetur de egregiis *Dei* facinoribus; v. c. psl. 9, 1[2] — Vulgata „studia“: psl. 76, 13. — Vulgata: „adinventiones“. — Si d[e] *hominibus* ponitur, denotat plerumque „facinus“ sensu malo.

v. 12. **campus Taneos** = ager Zoan; *idem* in v. 43. — „Tanis“ vocabatur antiqua urbs Pharaonum in Aegypto inferiori: hodiedum vocatu[r] San (= „Zoan“ textus hebraici).

v. 13. **interrumpo** = rumpo = findo; b. Hieron.: „divido“: ide[m] in v. 15. — **statuo** = consistere facio; b. Hier.: „stare facio“: vide 17, 3[1]

var. **in utre**: pro: „ut cumulum“; b. Hieron.: „quasi acervum“. — Loc[o] *„ned“*, i. e. cumulus, legit Alexandrinus *„nod“*, i. e. uter; vide psl. 32, 7.

v. 14. Verba Vulgatæ sunt sic *ordinanda:* Et diei *(= interdiu)* de-duxit eos in nube (= nube). — **deduco** = duco — **in nube** = nub[e] **illuminatio** = lux; (b. Hieron.: „lumen“); vide psl. 26, 1.

v. 15. **in abyssо** = instar fluctuum; vide psl. 32, 7. — **multa** pro: „copiose“; רַבָּה (rabbâ) *non est adiectivum* ad „abyssus“, quod in he-braico *plurali* exprimitur, sed *adverbium* — *„copiose“*. — Est ergo sensus Vulgatæ: „et adaquavit eos copiose velut abysso“.

v. 16. **aquam** = rivos; (= b. Hieron.); — **deduco** = fluere faci[t]

v. 17. **apponо** = pergo; verbum auxiliare vide psl. 6, 11. Rgl. 2[6] **pecco ei** = pecco in eum. — **excito in iram** = contumax sum effectus pro causa; (b. Hieron.. „provoco“). — **inaquosum** = terra de-serta, solitudo; (b. Hieron.: „invium“); idem in v. 40; Schegg: „Wüste“

v. 18. **et** = enim. — **in cordibus suis** = animo suo; vide 56, 8 — **ut peterent** = petentes: = b. Hieron. vide psl. 9, 4. Rgl. 23. **anima**; i. e. sensualis appetitus; vide psl. 26, 12.

v. 19. **male loqui de Deo** = murmurare contra Deum.

v. 20. **quoniam** = en (b. Hieron.: „ecce“); hebr. הֵן (hen): inter-iectio. — **inundare** = se effundere. — **„mensa“**, Vulgatæ in oppositione ad *„panem“* = caro (= b. Hieronymus).

var. v. 21. **distulit**: pro: *„incensus est ira“*: Græcus LXX. habuit ver-similе in textu suo *hiktil* loco masoretici *„hitkattel“* a radice: עָבַר ('abar[a] inde ista divergentia. Sic vertit Vulgata etiam in psl. 88, 39; — in psl. 77, 62 autem ponit *“sprevit“*. — **accensus est**: medium = se accendit. —

omis. **et ira**; pro: *„et etiam ira“*; hebraice וְגַם (v'gam).

v. 22. **credo in Deo** = fidem habeo Deo. — **salutare** = auxilium vide psl. 9, 16.

v. 23. **et** = his non obstantibus: vide Rgl. 3. pag. 16.

v. 24. **pluit** = pluere fecit: idem in v. 27. — **eis** = in eos: i[d] v. 27. vertit Vulgata *„super eos“*. — **panis coeli** = frumentum coleste (b. Hieron.: „triticum cœli“); vide psl. 4, 2. Rgl. 11.

v. 25. **homo** = quisque; vide psl. 1, 1.; (b. Hieron.: „vir“); אִישׁ (i[s] — **cibaria** = cibus — **in abundantia**; pro: „ad satietatem“.

v. 26. **transfero** = excito; subsequens pro antecedente. — **auster** = ventus orientalis: (b. Hieron.: „Eurus“); hebraice קָדִים (kadim).

induco = adduco: — **in virtute** = potentia; de *„in“* vide psl. 2, [4] Rgl. 7. — **Africus** = ventus australis; hebr. תֵּימָן (têman); Schegg: „Süd[en]“

v. 28. **in medio castrorum** = in castra; vide psl. 22, 4. **et** = cum idem v. 44.; vide Rgl. 3. pag. 16. — **desiderium**; i. e. res desiderata

v. 30. **non fraudor** = non privor, non repudior; vide psl. 20, 3.: xtu masoretico: *„nondum recedo“*; causa et effectus.

v. 31. **ascendit super eos** = exæstuavit inter eos; hebr. אָלָה (a'lâ) ignificat: 1. ascendit: 2. metaforice: invaluit.

pinguis = robustus: — **electus** = iuvenis. — **impedivit** = pro- it; causa et effectus. — **„impedire“** dicitur proprie de pedibus, cum a re implicantur = ligare, alligare, cingere; Ovid. Met. 2, 433. — oci = prosternere: (b. Hieron.: „incurvare“).

v. 32. **in omnibus his** = his omnibus non obstantibus. — **in** = obstante; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

v. 33. **defecerunt dies eorum**: scilicet: Deo sic disponente = eva- re fecit (Deus) dies eorum. — **deficio** = evanesco: vide psl. 36, 20. **vanitate** = *ut* halitus: vide psl. 3, 3. Rgl. 10. *b)*: et 30, 7. „hêbel.“

cum festinatione: pro: „exitio repentino“; בֶּהָלָה (behalâ) denotat xitium repentinum (confer etiam Is. 65, 23.): sensus manet idem.

v. 34. **quaero** = curo; effectus et causa.

revertebantur et diluculo veniebant ad eum = iterum (mane) ebant eum: confer psl. 62, 2.: de **revertor** vide 6, 11. Rgl. 20.

venio: pro: „quæro;“ sic vertit ipsa Vulgata שָׁחַר (šichar): Iob. 7, 21.: ane me *quæsieris*“. — Quia nomen שַׁחַר (šachar) — *„auroram“* denotat, t verti verbum: *„diluculo quæsivit eum“*; vel *„diluculo venit ad eum“*.

v. 35. **adiutor**: pro: rupes: — **redemptor** = vindex: vide psl. 18, 15.

Deus excelsus = Altissimus: אֵל עֶלְיוֹן (e'l 'elion): vide psl. 72, 11.

v. 36. **diligo**: pro: „decipio“: b. Hieron.: „lacto“; Schegg: „heucheln“. . פָּתָה (fatâ) in forma *kittel* denotat: „decepit aliquem, verbis lactavit“. ulgata ipsa vertit Prov. 24, 28. „nec *lactes* quemquam labiis tuis“. — „und täusche niemand“. — Latinum *„lacto“* est *frequentativum* verbi o“, i. e. blanditiis traho: spe. promissis alliceo, mulceo, decipio. (Ter. . 5, 4, 7. — 4, 1, 22. — Pl. Cist. 2, 1, 9. etc.) — **in ore** = ore:

v. 37. **rectum cum eo** = ei addictum. — **habiti sunt** = fuerunt.

v. 38. **disperdo** = perdo: idem v. 45.: **„eos“** addit Vulgata. add.

v. 39. **recordor** = reputo. — **spiritus** = halitus.

v. 40. **exacerbo eum** = contumax sum in eum: vide psl. 9², 3, 13. **in iram concitare**: pro: contristare: (b. Hieron.: „affligere“).

v. 41. **conversi sunt et tentaverunt** = iterum et iterum tenta- ut: vide psl. 6, 11. Rgl. 20. — **exacerbo** = contristo.

v. 42. **manus**, i. e. potentia: **de manu** = „ab“: simplex יָד (min).

v. 43. **sicut** = „cum, quum“ אֲשֶׁר (a'šer): **posuit** = fecit: vide 20, 10.

v. 44. **et imbres eorum, ne biberent** = ita, ut aquas eorum non issent bibere: de *Potentiali* vide psl. 5, 8. Rgl. 16. — **et** = ita ut: Rgl. 3, pag. 16. — **imbres** = aquæ: (b. Hieron.: „rivi“).

v. 45. **„coenomyia“**: græcismus = musca canina: — **rana**: collectivum = ranæ: — **„et“** scilicet eæ = *quæ*.

v. 46. **et** = dein: vide Rgl. 3, pag. 16. — **arrugo**; i. e. insecta cia: (b. Hieron.: „bruchus“): All.: „Raupen“. — **labores**: pro: fruges: a pro effectu. — **locusta**: collectivum = locustæ.

v. 47. **in grandine** = grandine; de *„in“* vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

occido = perdo; Ull.: „ſchlagen". — **vineae** = vitis; collectiva signi ficatio. — **pruina**; pro: glacies; Ull.: „Schloſſen". — **mori** = sycomor

v. 48. **possessio** = greges; **ignis** = fulmina; Schegg: „Heerden" „Blitze

v. 49. **indignatio** = ardor. — **ira indignationis** = ira arden vide psl. 4, 2. Rgl. 11. — **indignatio** = furor; hebr. עֶבְרָה (ebrâ) desi natur: effusio iræ, ira effusa, ira et pœnæ a Deo immissæ. — **immissio** = agmen; — *immissiones* **per angelos malos** = agmen angelorum malorum Schegg: „Sendungen = Schreckenbilder böſer Geiſter". Sensus manet ide

v. 50. **viam fecit semitae** = complanavit viam; (b. Hieron.: „m nivit viam"). — **non pepercit a morte animabus eorum** = non den gavit morti animam eorum; i. e. *„debebant mori"; — „fecit eos mori"*. **a morte** = *respectu, ex parte mortis;* hebraico מִן (min). — Schegg: „vor Tode"; confer v. 4. „a filiis".

iumenta (b. Hieron.: „animantia"); pro: *vitam;* hebr. חַיָּה (chajja — denotat: 1. „animal"; 2. agmen hominum, populum; v. c. psl. 67, 11. 3. in *poësi*: *vitam;* Vulgata ipsa vertit: *„vita"* in psl. 143, 3. Iob. 33, 1

in morte conclusit = pesti tradidit (= b. Hieron.); vide v. 62 „conclusit in gladio". — **mors** = pestis (= b. Hieron.).

v. 51. **et** = nempe; vide Rgl. 3. pag. 16. — **omnis labor**; pr vires; (b. Hieron.: „partus"); - effectus et causa. — Simili modo nomin Vulgata Rubenum „principium *doloris*"; Gen. 49, 3. pro: „primitiæ *roboris*

terra Aegypti = Aegyptus. — Vulgata plerumque in Genitivo po nomen proprium, si est appositio Appelativi. — **Tabernacula Chami**; vocatur Aegyptus, quia incolæ eius a Chamo descendunt.

v. 52. **abstulit**; pro: tulit, eduxit; herausführen; vyvésti. — **pe duco**; pro: duco; führen, leiten; voditi.

v. 53. **deduco**; pro: duco; idem v. 72.; vide „perduco" v. 52.

in spe = tuto; vide psl. 4, 10.; Schegg: „ſicher"; bezpečně.

v. 54. **induco** = perduco; Schegg: „bringen"; přivésti.

mons sanctificationis; pro: „fines sancti;" גְּבוּל (g'bul); b. Hiero „terminus sanctificatus"; vide psl. 4, 2. Rgl. 11. — **a facie eorum** = cora eis; vide Rgl. 4. pag. 16. — **sors** = hereditas; — *sorte* = hereditari

in funiculo distributionis = funiculo mensorio, distributorio; vi psl. 4, 2. Rgl. 11. — *Funiculus* mensorius ponitur etiam tropice pro *„pa admensa"*; der zugemeſſene Antheil, odměřený podíl. — **terram**; scilicet e pulsorum populorum; in hebraico est *„illos;"* scilicet populos expulsos sensu eodem.

Vulgata (non LXX.) trahit I. et II. partem v. 55ti ad versum 54to

v. 56. **et** = et tamen; vide Rgl. 3. pag. 16. — **exacerbo** = irri

v. 57. **non servarunt pactum** = defecerunt; *„deficio"* circumsc bitur. — **conversi sunt**; medium = recesserunt; Schegg: „ſich wegw den". — **in** = ut; כְּ (k') *comparativum*.

pravus = fallax; Schegg: „trügeriſch;" lučiště zrádné.

v. 58. **in iram concito** = irrito; (b. Hier. „provoco"); Schegg: „reizen

in collibus = excelsis; „excelsa" vocantur in sacra Scriptura alt ria illegitima in collibus exstructa; de *„in"* (bis) vide psl. 2, 9. Rgl.

ad aemulationem provoco eum = invidiam eius concito.

v. 59. **audivit**; scilicet *id*; obiectum; vide 20. 5. Rgl. 41.

sprevit; pro: „*effudit se in iram*“; — causa et effectus; — vide v. 21. *ulit*“. — **ad nihilum redegit** = repudiavit; (b. Hieron.: „proiecit“). v. 60. **repulit** = dereliquit. — **tabernaculum** = habitatio. — **ha-vit** = collocavit; sensus totius versus est idem. — **in** = inter.

v. 61. **virtutem eorum**; pro: potentiam *suam*. — **pulchritudinem** var. **um**; pro: splendorem *suum*.

Græcus LXX. loco ו (v') habuit in textu מ (m), i. e. suffixum III. onæ pluralis. — Sensus quoad rem non mutatur: „erat enim Israël ilus *Dei*“.

v. 62. **conclusit in gladio** = tradidit gladio; de „*in*“ vide psl. 3, 3. 9. — Schegg: „überlieferte . . . dem Schwerte“. Confer v. 50.: „conclusit iorte“. — **et haereditatem suam sprevit**; pro: „*cum exarsisset ira eculium suum*“; effectus pro causa; vide v. 21.: „*distulit*“. — **lamentatae** = celebratæ; lamentatio de defuncto erat eius celebratio.

v. 64. **in gladio** = gladio; — **non plorabantur**; pro: „non fleve-“. — Græcus LXX. adiunxit literis vocales formæ passivæ.

v. 65. **excitor**; medium = evigilo, excito me. — **potens** = heros. **crapulatus a vino** = a vino victus; (b. Hier.: „post crapulam vini“).

v. 66. **in posteriora**; i. e. retrorsum (= b. Hier.); — **do** = impono.

v. 69. **sicut unicornium**; pro: „ut cœlum“. — Alexandrinus legit unctatum רמים — „*remim*“, i. e. unicornua; loco: „*ramim*“, i. e. alti. lsi. — Symachus: τὰ ὕψηλα. — „*Ramim*“ est adiectivum poëticum, et otat hic loci „*cœlum*“. — Sensus manet idem: „*Sacrarium Dei est inex-ugnabile, invincibile*“. — **sanctificium** = sacrarium; b. Hier.: sanctuarium. **in terra** = *ut* terram; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. *b*).

in saecula = in sempiternum; vide psl. 74, 10.

v. 70. **abstulit**; pro simplici: tulit, = adscivit, adduxit. — **greges um**; pro: caulæ ovium; contentum pro continente.

de post foetantes; scilicet oves; i. e. lactantes; Schegg: „Säugende“; le lactantibus ovibus; (b. Hieron.: sequentem fœtas); — **de post** = de; icula composita confer „*desub*“. — **accepit** = adduxit (= b. Hieron.). e v. 71. partem trahit Vulgata (non LXX.) ad v. 70^{mum}.

v. 71. **servus**; pro: populus; vide 79, 5. — **hereditas** = peculium.

v. 72. **in** = secundum; vide psl. 1, 1. — **innocentia** = integritas. **intellectus manuum** = intelligentissimæ, prudentissimæ manus; psl. 4, 2. Rgl. 11. et 5, 10. Rgl. 18.

PSALMUS 78. (hebr. 79.)

O Domine! miserere populi Tui nimis afflicti!

Auctor et argumentum. — Auctor huius psalmi sacer nominatur no- collectivo „Asaph“. — (vide psl. 49, 1.). — Vates sacer deplorat eversio- Ierosolymae et strages inter Hebraeos editas, rogatque Deum, ut et plagas a populo suo — in hostes convertat.

Tempus. — Psalmus hic exaratus est absque dubio post eversionem — osolymae per Nebucadnezarem; conf. IV. Reg. cap. 25. et Ier. cap. 52.

Textus Vulgatæ.

1. Psalmus Asaph.
Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam,
polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.
2. Posuerunt morticina servorum tuorum, escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.
3. Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Ierusalem, et non erat, qui sepeliret.
4. Facti sumus opprobrium vicinis nostris:
subsannatio et illusio his, qui in circuitu nostro sunt.
5. Usquequo, Domine, irasceris in finem:
accendetur velut ignis zelus tuus?
6. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt,
et in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt:
7. quia comederunt Iacob,
et locum eius desolaverunt.
8. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.
9. Adiuva nos, Deus salutaris noster, et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos: et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum:
10. ne forte dicant in gentibus: Ubi est Deus eorum?

Versio textus hebraici.

1. Psalmus Asaphi.
O Deus! gentes irruperunt in
culium Tuum,
profanarunt templum Tuum sanct
redegerunt Hierosolymas in rude
2. Cadavera servorum Tuorum de
runt escam volucribus cœli,
carnes dilectorum Tuorum bes
terræ!
3. Sanguinem eorum fuderunt in
aquæ —
circum Hierosolymas, nec fuit,
eos sepeliret!
4. Facti sumus contumelia vicinis n
tris,
irrisio et ludibrium locis circun
centibus!
5. Quousque, o Domine, irasceris p
petuo,
quousque ardebit instar ignis in
natio Tua?
6. Effunde iram Tuam in gentes, q
non norunt Te,
et super regna, quæ nomen Tu
non invocant!
7. nam devorant Iacobum,
et vastant domicilium eius!
8. Noli imputare nobis culpas maior
celeriter obviam veniat nobis m
ricordia Tua,
nam nimis miserabiles facti sun
9. Adiuva nos, o Deus! salvator no
propter gloriam nominis Tu
et eripe nos et condona pecc
nostra propter nomen Tuum
10. Cur dicant gentes: „Ubi est D
eorum?“

et innotescat in nationibus coram oculis nostris.
Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est:
introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
Secundum magnitudinem brachii tui, posside filios mortificatorum.
Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum:
improperium ipsorum, quod exprobraverunt tibi, Domine.
Nos autem, populus tuus et oves pascuæ tuæ, confitebimur tibi in sæculum:
in generationem et generationem annuntiabimus laudem tuam.

Appareat inter gentes coram oculis nostris,
ultio profusi sanguinis servorum Tuorum!
11. Veniat in conspectum Tuum gemitus captivorum!
Secundum magnitudinem brachii Tui conserva — morti destinatos!

12. Et repende vicinis nostris septuplum in sinum eorum —
probrum, quo affecerunt Te, o Domine!
13. Nos vero, populus Tuus et oves pascui Tui,
celebrabimus Te in perpetuum,
per omnes ætates narrabimus laudem Tuam!

Psalmus Asaph = psalmus Asaphi; vide psl. 3, 1. et 49, 1.
hereditas Dei = peculium Dei; i. e. terra sancta.
pono = facio, redigo; confer psl. 17, 33.
pomorum custodia; i. e. umbraculum pro custode pomorum. — ḫṯḥäuschen; imago *desolationis*; confer Is. 1, 78.; in textu masoretico „*rudera*, *acervus ruderum*“. Eandem vocem hebraicam vertit ipsa ɣata „*acervus lapidum*“ in Ier. 26, 18.; Mich. 3, 12.
v. 2. **pono** = do — dare; נָתַן (natan). — **morticina** = cadavera.
v. 3. **in circuitu** = circum; vide Rgl. 4, pag. 16.; idem in v. 4. **qui sepeliret**; scilicet „eos“; vide psl. 20, 5. Rgl. 41.
v. 4. **subsannatio** = irrisio; vide psl. 2, 4.
v. 5. **in finem** = perpetuo; vide psl. 9, 6. — **accendor** = ardeo; b. Hieron.) — **zelus** = indignatio.
v. 7. **locus**; pro: domicilium.
v. 8. **ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum**; pro: imputare *nobis* culpas *maiorum*; — **meminisci** pro: „imputare“: a et effectus. — **iniquitas** = culpa iniquitatis; vide psl. 38, 11. — **trarum**; pro: „nobis“. — **antiquarum**; pro: „maiorum, patrum, pa-um“. — **anticipo aliquem** = obviam venio alicui. — **misericordiae**; misericordia; vide psl. 76, 10. — **pauper** = miserabilis; vide 9, 10.
v. 9. **salutaris** = salvator; vide psl. 9, 16.
v. 10. **ne forte**; pro: „cur“; (b. Hieron.: „quare“). — **in** = inter;
v. 11. **in conspectu**; pro: „*in conspectum*“; vide psl. 7, 12. Rgl. 21. **compediti** = compedibus vincti, captivi; *compedio* = compedibus go. — **posside** = conserva; fac, ut vivant; Schegg: „bewahre“.

filii mortificatorum (in psl. 101, 21. „*filii interemptorum*“) = fili mortis; b. Hieron.: „filii interitus“, i. e. „morti destinati“ seu „capit damnati“; die zum Tode verurtheilten; k smrti odsouzení; — „*mortificatorum* est neutrum plurale; „**mortificata**“, -orum, idem valet quod abstractu „*mortificatio*“ = „*mors*“; (Tertul. adv. Marc. 5, 9.) = „*occisio*“ (vid psl. 101, 21. Rgl. 57. — psl. 5, 7. Rgl. 15. — psl. 36, 32. „mortifico“

v. 12. **in sinu** = in sinum; vide 7. 12. Rgl. 21. — **improperiu** = probrum; vide psl. 68, 20. — **exprobrare** = probro afficere.

v. 13. **pascua, -ae**, = pascuum, -ui. — **confiteor tibi** = celebr te; vide psl. 6, 6. — **in saeculum** = in perpetuum; vide psl. 23, 7. — **in generationem et generationem** = per omnes ætates; vide 32, 1

PSALMUS 79. (hebr. 80.)

O Domine! conserva vitem, quam plantavit dextera Tua!

Auctor et argumentum. Auctor huius psalmi nominatur Asaph (vid psl. 49, 1.). Vates sacer exorat populo suo per hostes afflicto auxiliu divinum (2.—8.), delineat beneficia divina Hebraeis hucusque collata su imagine culturae, quae viti impenditur (9.-14.); dein implorat miser cordiam Dei, ut opus suum perficiat, et gentis electae porro curam gera (v. 15.—20.).

Si auctor psalmi „Asaph“ est ille coaevus Davidis (vide 49, 1.), refe renda est exaratio psalmi huius ad prima proelia belli Nisibeni (II. Sam. 8

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. In finem; pro iis, qui commutabuntur testimonium Asaph: Psalmus.	1. Præfecto musicæ; — ad modu „Lilia legis“. Psalmus Asaphi.
2. Qui regis Israël, intende: qui deducis velut ovem Ioseph. Qui sedes super Cherubim, manifestare	2. **A**usculta, Pastor Israëlis, Tu, qui ducis ut gregem Iosephu Tu, qui insides cherubis, splendi Te manifesta!
3. coram Ephraim, Beniamin et Manasse. Excita potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos.	3. Coram Efraimo et Beniamino Manasse, suscita potentiam Tuam, et veni auxilio nobis!
4. Deus, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus.	4. O Deus, restitue nos, et illustra faciem Tuam, ut liber mur!

Domine Deus virtutum,
quousque irasceris super orationem servi tui?
Cibabis nos pane lacrymarum:
et potum dabis nobis in lacrymis in mensura?
Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris, et inimici nostri subsannaverunt nos.
Deus virtutum, converte nos:
et ostende faciem tuam, et salvi erimus.
Vineam de Aegypto transtulisti: eiecisti gentes, et plantasti eam.
Dux itineris fuisti in conspectu eius: plantasti radices eius, et implevit terram.
Operuit montes umbra eius, et arbusta eius cedros Dei.
Extendit palmites suos usque ad mare, et usque ad flumen propagines eius.
Ut quid destruxisti maceriam eius, et vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam?
Exterminavit eam aper de silva, et singularis ferus depastus est eam.
Deus virtutum, convertere: respice de cœlo, et vide, et visita vineam istam.
Et perfice eam, quam plantavit dextera tua,
et super filium hominis, quem confirmasti tibi.
Incensa igni, et suffossa ab increpatione vultus tui peribunt.
Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ; et super filium hominis, quem confirmasti tibi.

5. **D**omine, Deus exercituum,
quamdiu ardebis irā, preces fundente populo Tuo?
6. Cibas eos pane lacrimarum,
et potas eos lacrimis mensura triplici!
7. Facis nos contentionis obiectum vicinis nostris,
et hostes nostri rident inter se.
8. Deus exercituum restitue nos,
et illustra faciem Tuam, ut liberemur!
9. **T**u evellisti ex Aegypto vitem,
expulisti gentes et plantasti eam.

10. Purgasti ante eam locum;
et egit radices suas et implevit terram.
11. Cooperti sunt montes umbra eius,
et ramis eius cedri Dei;
12. emisit frondes suas usque ad mare,
et surculos suos usque ad fluvium.

13. **C**ur destruxisti muros eius,
ut decerpant eam, quicunque prætereunt via?
14. Porcus e silva corrodit eam,
et bestiæ agri eam depascunt!

15. Deus exercituum! prospice, quæsumus, iterum de cœlo et vide,
et tuere vitem hanc!
16. et conserva, quod plantavit dextera Tua,
et surculum eius, quem crescere fecisti Tibi!
17. **C**ombusta est igne, succisa! —
increpatione faciei Tuæ pereunt!

18. Sit manus Tua super electum Tuum,
super populum, quem crescere fecisti Tibi!

19. Et non discedimus a te:
vivificabis nos, et nomen tuum invocabimus.

20. Domine Deus virtutum, converte nos,
et ostende faciem tuam: et salvi erimus.

19. et non recedemus a Te!
Vivifica nos iterum et invocabimus nomen Tuum!

20. Domine, Deus exercituum, restitue nos,
et illustra faciem Tuam, ut liberemur!

in finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
testimonium = lex; confer IV. Reg. 11, 12.; vide psl. 77, 5.

var. **pro iis, qui commutabuntur testimonium** = ad modum „Lilia legis"; vide 44, 1. — **Asaph, Psalmus** = psalmus Asaphi; vide psl. 3, 1.
rego = pasco (vide psl. 22, 1.); *qui regis* = qui pascis = qui es pastor (= b. Hieron.). — **intende** = ausculta; vide psl. 5, 3.
ovis (collectivum) = grex, (= b. Hieron.); Schegg: „die Schafe".
manifestare; medium, Imperativus = splendide te manifesta.
v. 3. **excita** = suscita, (= b. Hieron.). — **salvos facias nos** = adiuva nos = veni auxilio nobis; vide psl. 11, 2.
v. 4. **converte nos** = restitue nos; Schegg: „ſtell uns wieder her". — **ostende** = illustra; facias lucere; — Vulgata ipsa idem verbum vertit „illumino" psl. 66, 2. — **et** = ut; (*idem* v. 8. et 20.)
v. 5. **virtutes** = exercitus; idem v. 15., vide psl. 23, 10.
super orationem servi tui = orante, preces fundente populo tuo; All.: „bei dem Gebete". — **oratio populi** = orans populus; vide psl. 4, 2. Rgl. 11. — **servus**; pro: populus; vide psl. 77, 71.

var. v. 6. **nos,** pro: „eos"; permutatum est suffixum III. et I. personæ.
in lacrymis = lacrimis; **in mensura** = mensura; de „*in*" vide omis. psal. 2, 9. Rgl. 7. Vulgata iuxta LXX. omisit: „*triplici*".
v. 7. **pono** = facio; vide psl. 17, 33. — **contradictio** = contentio, ῥιҳα; hic loci — contentionis obiectum. — **subsannaverunt nos** = illudunt nobis; vide psl. 2, 4. — pro: „*rident inter se*".
v. 9. **transfero**; pro: evello; consequens pro antecedente. — **vinea,** pro: vitis; collectivum; intelligitur populus Israëliticus; idem in v. 15.
v. 10. **dux itineris fuisti in conspectu eius**; (LXX. ὡδοποίησας ἔμπροσθεν αὐτῆς) = viam fecisti ante eam; scilicet removendo impedimenta; i. e. lapides et similia; Schegg: „Du räumteſt vor ihm auf"; in textu masoretico sensu eodem: „*purgasti*" (scilicet locum ante eam); b. Hieron.: „præparasti"; vide Rgl. 4. pag. 16. — **plantasti radices eius**; pro: „*et egit radices suas*"; utique Deo sic faciente; sensus manet idem.
v. 11. **arbusta** = rami, (= b. Hieron.); All.: „Zweige"; ratolesti.
cedri Dei i. e. cedri altissimæ; vide psl. 35, 7. Rgl. 52.
v. 12. **flumen,** i. e. Eufrates.
v. 13. **utquid** = cur; **maceria** = muri; **vindemio** = decerpo.
v. 14. **extermino** = corrodo; — **singularis ferus**; LXX. μονὸς ἄγριος; = „bestiæ agri," b. Hieron.; vide psl. 4, 9. „singulariter".
v. 15. **convertere: respice** = iterum respice, vel prospice; vide psl. 6, 11. Rgl. 20. — **visito** = tueor; vide psl. 8, 5.
v. 16. **perficio** = conservo; vide psl. 8, 3. In hebr. בָּנָה (banâ).

confirmo = crescere facio, firmum facio; idem in v. 18.
filius = surculus; (b. Hieron.: „filius"). — Vulgata iuxta LXX. add. lit: „*hominis*"; filius hominis, i. e. homo, collective populus, vide v. 18.
v. 17. **incensa igni**; scilicet est = combusta est igne. — **igni** est lativus Vulgatæ. — **suffodio** = succido. — **ab increpatione** = inpatione; „*ab*" rationem indicat; vide psl. 5, 11. Rgl. 19.
v. 18. **fiat** = sit. — **vir dexterae tuae** *(ad verbum)* = electus is *(ad sensum)*; vel etiam: vir, quem plantavit dextera tua; sensus semper net idem. — **filius hominis** = homo; vide psl. 11, 2. et 20, 11.; *lective* = populus; vide v. 16.
v. 19. **discedo** = recedo; abeo, deficio; (Liv. 42, 6.). Schegg: „abien von . . ."; odstoupiti od . . .

PSALMUS 80. (hebr. 81.)

Ad celebrationem festi Paschalis.

Auctor et argumentum. Vates sacer, qui nominatur — Asaph — (vide . 49, 1.), excitat populum, ut laetus celebret dies festos a Iehova intutos in memoriam liberationis ex servitute Aegyptiaca (2—6. a. b.). fert dein verba Dei, quibus populo ingratum obiicit animum, optatque, ut ediant Israelitae praeceptis Eius; brevi enim humiliarentur adversarii eorum, populus electus omnimoda abundaret felicitate. (6—17.)

Occasio. — Occasionem huic psalmo praebuit verosimiliter (coll. v. 14. 15.) sinistra sors in bello quopiam, fortasse Nisibeno (II. Reg. cap. 8.) — almus exaratus fuisse videtur in usum publicum, ut a Levitis in liturgia cantaretur. — De tempore exarationis eius nil certi constat.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
. In finem: pro torcularibus, Psalmus ipsi Asaph.	1. Præfecto musicæ; ad modum „Gittit;" Ab Asapho.
. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob.	2. Iubilate Deo, qui est robur nostrum, lætos tollite clamores Deo Iacobi!
. Sumite psalmum, et date tympanum, psalterium iucundum cum cithara.	3. Tollite cantum et pulsate tympanum, citharam suavem et lyram!
. Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ:	4. Clangite buccina in novilunio, in plenilunio, ut solemnis sit dies festus noster!
. quia præceptum in Israël est, et iudicium Deo Iacob.	5. Nam statutum pro Israële est hoc, lex sancita Dei Iacobi.
. Testimonium in Ioseph posuit illud,	6. In testimonium instituit illud in Iosepho,

cum exiret de terra Aegypti:
linguam, quam non noverat, audivit.

7. Divertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino servierunt.

8. In tribulatione invocasti me, et liberavi te:
exaudivi te in abscondito tempestatis: probavi te apud aquam contradictionis.

9. Audi, populus meus et contestabor te: Israël si audieris me,

10. non erit in te deus recens neque adorabis deum alienum.

11. Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: dilata os tuum, et implebo illud.

12. Et non audivit populus meus vocem meam,
et Israël non intendit mihi.

13. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum:
ibunt in adinventionibus suis.

14. Si populus meus audisset me, Israël si in viis meis ambulasset:

15. pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, et super tribulantes eos misissem manum meam.

16. Inimici Domini mentiti sunt ei, et erit tempus eorum in sæcula.

17. Et cibavit eos ex adipe frumenti, et de petra, melle saturavit eos.

cum exiret contra terram Aegypti.
Sermonem, quem non noveram, audivi:

7. „Liberavi ab onere humerum eius, et manus eius a cophino recesserunt."

8. „In angustiis clamasti et Ego te liberavi,
respondi tibi ex latibulo tonitru, exploravi te ad aquas rixæ." (sela.)

9. „Audi populе mi, admonebo te, o Israël, utinam obœdires mihi!"

10. „Non erit inter vos deus alienus, neve prosterne te coram deo peregrino!"

11. Ego, Dominus, sum Deus tuus, qui eduxi te ex terra Aegypti; late aperi os tuum et implebo illud!"

12. „Verum non morem gessit populus meus voci meæ,
et Israël mihi non obtemperavit."

13. „Atque ita reliqui eos pervicaciæ cordis ipsorum; —
ambularunt in consiliis suis!"

14. „Utinam populus meus obediret mihi, utinam Israël in viis meis ambularet!"

15. „Brevi deprimerem hostes eorum, et converterem manum meam contra adversarios eorum".

16. „Osores Domini adularentur ei, essetque tempus eorum (felix) in perpetuum";

17. „et cibaret eos tritico optimo, et satiarem te melle e petra".

"

In finem, i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1. **pro torcularibus** = ad Gittit; vide psl. 8, 1. — **psalmus ipsi** aph = ab Asapho; „*Psalmus*“ addit Vulgata iuxta LXX. add.

v. 2. **adiutor**, pro: robur; concretum pro abstracto.

v. 3. **sumo psalmum** = tollo cantum. — **psalmus** = cantus. — llo = cano; vide psl. 65, 4. — **do tympanum** = pulso tympanum. **psalterium** = cithara (= b. Hieron.) — **cithara** = lyra;

v. 4. **buccino tuba** = clango buccina; — **neomoenia** = novilunium; **in insigni die solemnitatis vestrae**; pro: „in plenilunio, ut solemnis var. dies festus *noster*“. Loco ἡμῶν positum est sensu eodem ὑμῶν. **insignis dies**; i. e. plenilunium; hebraicum כֶּסֶה (kesê).

Hebraicum לְיוֹם חַגֵּנוּ (l'jom chaggênu) potest verti vel: „in die festi tri“ (confer psl. 29, 6.: לַבֹּקֶר = mane, tempore matutino); vel: „ut sonis sit dies festus noster“; de לְ (l') directionis vide psl. 3, 3. Rgl. 9.

v. 5. **iudicium** = lex sancita; præceptum; vide „mišfat“, 24, 9.; fer 118, 108. — **Deo** = Dei; in hebr. adest לְ (l') auctoris; vide psl. 3, 1.

v. 6. **pono** = instituo; — **testimonium**; pro: in testimonium. **in Ioseph** = in Iosepho = in Israële. — **de terra Aegypti** = tra terram Aegyptum; „de“ = contra; אַל (a'l). — **„cum exiret contra ram Aegypti“**, scilicet: ut eam castigaret propter oppressionem populi aëlitici. Subiectum est „*Deus*“.

linguam, quam non noverat, audivit; scilicet — auctor inspiratus; var.): „sermonem, quem non nover*am*, audi*vi*“; I. persona pro III., i. e.: go“ — auctor inspiratus — audivi, quæ Deus locutus est. — Argumentum us sermonis exhibent versus sequentes; hac de causa ponendus est nu- rus „7.“ ante: **„linguam**, quam nos noverat, audivit“.

v. 7. **divertit**, i. e. liberavit, scilicet Deus; pro: „liberavi“ scilicet var.) Deus; iterum III. personæ pro I. — Schegg: „er befreite“.

dorsum, pro: humerum (= b. Hieron.). — **manus eius in cophino** var. **rvierunt**; pro: manus eius a cophino recesserunt (= b. Hieron.) — Alexandrinus legit עָבַד (ʿabad) = „servivit;“ loco עָבַר (ʿabar), i. e. ecessit“ et hac de causa vertit hebraicum מִן (min) — ἐν, Vulgata „in“.

v. 8. **exaudio te** = respondeo tibi; **absconditum** = latibulum. **tempestas** = tonitru; „absconditum tempestatis“ seu latibulum to- ru est — atra nubes. — **probo** = exploro; vide psl. 25, 2.

v. 9. **populus meus** = populi mi; vide psl. 7, 2. — **contestor** = moneo. — **si** = utinam; idem in v. 14.

Regula 55. Optativus exprimitur in hebraico etiam coniunctionibus Rgl. 55. *nditionalibus*: אִם *(im)* et לוּא (לוֹ) *(lu)* = *si*. — Quando coniunctio præpo- ur *Perfecto*, agitur de voto, cuius adimpletio *dudum ast frustra* exspec- batur. In latino ponitur „*utinam*“ cum Coniunctivo *Plusquamperfecti*. v. c. am. 20, 4. „Utinam periissemus . . .“ Si agitur autem de voto, cuius impletio *in præsenti* et *futuro optatur*, præponitur coniunctio — *Futuro*, l *Participio*, rarius *Imperativo*. In latino ponitur: „utinam“ cum Con- nctivo *Imperfecti*. *Vulgata* ponit plerumque „si“ cum Coniunctivo Plus- amperfecti vel Perfecti, v. c. in v. 4. „si audisset“ . . . „si ambulasset“; c loci: „si audieris me“. — psl. 138, 19. „si occideris, Deus peccatores.

v. 10. **in te** (collectivum) = inter vos; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

deus recens; i. e. qui non est ab initio, ab æterno Deus; — deus maioribus tuis adhuc ignotus; deus *novus*.

v. 11. **dilato** = late aperio. — **intendo** = obtempero; vide psl. 5, 3.

v. 13. **dimitto eos** = relinquo eos; Ull.: „ich überlaſſe ſie".

desideria; pro: pervicacia; (b. Hieron.: „pravitas"); effectus pro causa. — **adinventiones** = consilia; Pläne; zámysly; vide psl. 27, 3.

v. 15. **pro nihilo**; i. e. quasi nihilum = brevi, facile; in psl. 2, 13. add. vertit Vulgata: „in brevi". — **forsitan**; addit Vulgata iuxta LXX. „ży".

mitto manum super aliquem = converto manum contra eum.

v. 16. **mentior** = adulor; Ull.: „ſchmeicheln"; vide psl. 17, 46.

in saecula = in perpetuum; vide 74, 10. — **tempus**, scilicet felix.

v. 17. **ex adipe** = adipe; *adeps frumenti* vocatur triticum optimum; Schegg: das Mark des Weizens; jádro pšeničné.

var. **saturavit eos**, i. e. Deus — Israëlitas; pro: „*satiarem te*"; i. e. „ego Deus — te populum Israël"; permutatio personæ et numeri in hebraica poësi sæpe occurrit; Alexandrinus hanc permutationem evitavit.

Nota. Hebr. „*sela*" (vide psl. 3, 3,) post v. 8. Vulgata non vertit; LXX. ponit „διάψαλμα"; b. Hieron. „semper";

PSALMUS 81. (hebr. 82.)

Iudices iniustos Deus punit.

Auctor et argumentum. — Tempus. — Auctor huius psalmi vocatur Asaph (vide psl. 49, 1.). — Deus sistit se in conventu iudicum, qui vice Eius munere funguntur; reprehendit eos de iniustitiis, partium studio, ignorantia et coecitate, — quibus omnis ordo et salus publica funditus perturbatur. — De tempore exarationis nil certi statui potest.

Si auctor „Asaph" est ille — coëvus Davidis, tunc psalmus hic est parallelus psalmo 57mo (hebr. 58vo).

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. Psalmus Asaph. Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.	1. Psalmus Asaphi. Deus se sistit in cœtu divino —, in medio vicariorum Dei ius dicit:
2. Usquequo iudicatis iniquitatem, et facies peccatorum sumitis?	2. Quousque iudicabitis iniuste, et faciem impiorum accipietis? (sela.)
3. Iudicate egeno, et pupillo: humilem et pauperem iustificate.	3. „Causam agite miseri et orphani iuris sui compotem facite afflictum et egenum!"

Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate.	4. „Liberate miserum et pauperem, eripite eum e manu impiorum!“
Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: movebuntur omnia fundamenta terræ.	5. Illi non sapiunt et insaniunt, in tenebris incedunt; — omnia fundamenta terræ nutant.
Ego dixi: Dii estis, et filii excelsi omnes.	6. Ego dixi: „Dei vicarii estis vos, et filii Altissimi vos omnes,“
Vos autem sicut homines moriemini, et sicut unus de principibus cadetis.	7. „verum ut homines ignobiles moriemini et cadetis ut unusquisque alius principum“.
Surge, Deus, iudica terram, quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.	8. **S**urge, o Deus, exerce iudicium in terra, nam Tu ius dominii habes in omnes populos!

Psalmus Asaph = Psalmus Asaphi; vide 3, 1. — **stetit** = se sistit.
synagoga Dei; b. Hieron.: „cœtus Dei“ = cœtus divinus; vide 4, 2. Rgl. 11. — Vulgata iuxta LXX. ponit pluralem „*deorum*“ pro ;ulari — אֵל (el), de quo vide 41, 3. — **deos**, i. e. vicarios Dei = iudi-; in statu theocratico erant iudices vi officii sui immediati vicarii Dei.
diiudico; pro simplici: iudico = ius dico.
v. 2. **iniquitatem** = inique; vide psl. 11, 3. Rgl. 31. — **faciem** :catorum sumo (seu „accipio“) = personam impiorum benevole excipio; :. partium studio ducor respectu impiorum; est frasis hebraica. — Vide . 19, 15., Deut. 10, 17. etc. — All.: „nehmet die Partei der Sünder“.
v. 3. **iudico alicui** = causam ago alicuius; vide psl. 5, 10.
egenus = pauper = miser; idem in v. 4.; vide psl. 9, 10. 13.
pupillus = orphanus; Schegg: „die Waise“. — **iustifico aliquem** = is sui compotem eum facio; All.: Recht schaffen dem . .; právo zjednávám :omu. — **humilis** = afflictus; vide psl. 9, 14.
v. 5. **nescio** = non sapio. — **non intelligo** = insanio.
moveor = nuto; vide psl. 35, 12.
v. 6. **Dii** = Dei vicarii; vide v. 1. — **filii Excelsi** = filii Altissimi, e. altissima dignitate ornati; vide psl. 72, 11.
v. 7. **homines** = homines ignobiles; vide psl. 48, 3. („terrigenæ“).
unus = unusquisque alius.
v. 8. **iudico** = iudicium exerceo.
hereditabis in omnibus gentibus = possides omnes gentes, vel: s habes dominii in omnes gentes;“ hoc enim significat hebraicum נָחַל chal) sequente בְּ (b'), quod Vulgata vertit: „*in*“.

Nota. Hebr. „*sela*“ (vide psl. 3, 3.) post v. 2. Vulgata non vertit; X. ponit διάψαλμα, b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 82. (hebr. 83.)

Adiuva nos, o Deus, contra confoederatos hostes nostros!

Auctor, argumentum et occasio. Auctor psalmi huius — Asaph (vide psl. 49, 1.) rogat enixe Deum, ut liberet Hebraeos a populis vicinis, qui in foedus coierant, ut populum electum prorsus exterminarent. — Psalmus hic spectare videtur ad bellum Nisibenum primum et secundum (II. Sam. cap. 8. et 10. I. Par. cap. 19.); tempus exarationis ignoratur.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Canticum Psalmi Asaph.	1. Canticum; Carmen Asaphi.
2. Deus, quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris, Deus:	2. O Deus, ne sileas, ne sis surdus, neque quietus, o Deus.
3. quoniam ecce inimici tui sonuerunt, et qui oderunt te, extulerunt caput.	3. Nam ecce hostes Tui fremunt, et osores Tui attolunt caput!
4. Super populum tuum malignaverunt consilium, et cogitaverunt adversus sanctos tuos.	4. Callida cudunt consilia contra populum Tuum, et deliberant contra clientes Tuos
5. Dixerunt: Venite, et disperdamus eos de gente, et non memoretur nomen Israël ultra.	5. Dicunt: „Agite exstirpemus eos, ne sint populus, ne sit ultra memoria nominis Israëlis!“
6. Quoniam cogitaverunt unanimiter: simul adversum te testamentum disposuerunt,	6. Nam consultant concorditer, et contra Te Ipsum fœdus pangunt
7. tabernacula Idumæorum et Ismælitæ: Moab, et Agareni:	7. Tentoria Idumæorum et Ismaëlitarum, Moabitæ et Hagaræi;
8. Gebal, et Ammon, et Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.	8. Gebalitæ et Amonitæ et Amalecita Philistæa cum incolis Tyri;
9. Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis Lot.	9. etiam Assyrii se illis iungunt, porrigunt brachium suum — posteris Loti. (sela.)
10. Fac illis sicut Madian et Sisaræ: sicut Iabin in torrente Cison.	10. Fac iis ut Madianitis, ut Sisaræ, ut Iabino ad rivum Kišonem;
11. Disperierunt in Endor, facti sunt ut stercus terræ.	11. qui deleti sunt Endore, et evaserunt fimus humo.

Pone principes eorum sicut Oreb et Zeb,
et Zebee et Salmana:
omnes principes eorum,
qui dixerunt: Hereditate possideamus Sanctuarium Dei.
Deus meus, pone illos ut rotam, et sicut stipulam ante faciem venti.
Sicut ignis, qui comburit silvam, et sicut flamma comburens montes:
ita persequeris illos in tempestate tua, et in ira tua turbabis eos.
Imple facies eorum ignominia, et quærent nomen tuum, Domine.
Erubescant, et conturbentur in sæculum sæculi,
et confundantur, et pereant.
Et cognoscant, quia nomen tibi Dominus, tu solus Altissimus in omni terra.

12. Fac iis — ducibus illorum, ut Orebo et Zebo,
et ut Zebacho et Zalmuno — omnibus principibus eorum,
13. qui dicunt:
„Occupemus nobis domicilia Dei."
14. Deus mi! fac illos ut turbinem,
ut stipulam coram vento!
15. ut ignem, qui absumit silvam,
ut flammam, quæ incendit montes!
16. Ita persequere eos tempestate Tua,
et procella Tua perterre illos!
17. Imple facies eorum ignominia,
ut quærant nomen Tuum, o Domine!
18. Pudore afficiantur et consternantur in perpetuum,
et erubescant et pereant!
19. Et intelligant, Te, nomen Tuum, o Domine, solum —
esse Altissimum super universam terram!

v. 1. **Canticum psalmi Asaph** = canticum, carmen (= psalmus) phi; confer psl. 47, 1. „psalmus cantici" et psl. 3, 1.

v. 2. **„quis similis erit tibi"**; pro: „ne taceas"; hebraicum: דָּמָה (mâ) denotat: 1. similis fuit, 2. siluit. Alexandrinus elegit priorem significationem. — **ne taceas;** pro: „ne sis surdus"; sensus manet idem.

compescor = quietus sum; (b. Hieron.: „quiesco").

v. 3. **inimici sonuerunt** = hostes fremunt.

v. 4. **maligno consilium** (collectivum) = cudo consilia mala, callida. **super** = contra, adversus; vide psl. 21, 14. — **cogitaverunt** = iberant; confer 39, 6.; — *cogitationes* = consilia; vide v. 6.

sanctus = cliens; hebr. צָפַן (cafûn) est Participium passiv. „kal"; prie: „absconditus" eum in finem, ut defendatur et sit tutus = *cliens.*

v. 5. **disperdo** = perdo, exstirpo; vide psl. 17, 41. — **de gente** = sint gens; ut cessent esse populus; confer psl. 48, 15.; „*a* gloria".

v. 6. **cogitaverunt** = consultant; vide v. 4.; hic loci „niktal".

v. 7. **dispono testamentum** = fœdus pango (= b. Hieron.).

v. 8. **alienigenae**; i. e. Philistæi vel Philistææ; b. Hieron.: „Palæa". — פְּלֶשֶׁת (felêšet) est proprie „terra peregrinorum, advenarum (Phi-

listæa) a radice „falaš“ „migravit“, „emigravit“; vide 55, 1. „allophyli“. — **facti sunt in adiutorium filiis Loth**; pro: „porrigunt brachium suum posteris Loti“; vide psl. 41, 1. Pro *imagine* ponit Vulgata *rem* ipsam.

v. 10. **in torrente Cison** = ad rivum Kišonem; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.; psl. 7, 1. „Chusi“; denique pag. 11. *c)*

v. 11. **dispereo** = pereo = deleor. — **in Endor** = Endore. **stercus** = fimus; Dünger; hnojivo.

v. 12. **pono** = facio; idem in v. 14.; vide psl. 20, 10. — **Zebee** = Zebach; de hebr. „*ch*“ vide psl. 41, 1. „Core“. — **Salmana** = Zalmuna. Versibus 10.—12. respicit vates sacer facta historica, quæ narrantur in libro Iudicum cap. 4., 5., 7. et 8.

v. 13. **hereditate possideo** = occupo; consequens pro antecedente. **sanctuarium Dei**; collectivum = domicilia; pluralis נְאוֹת (n'ot).

v. 14. **meus** = mi; vide psl. 7, 2. — **rota** = turbo; Wirbel; chumel; vide psl. 76, 19. — **ante faciem** = coram; vide Rgl. 4. pag. 16.

v. 16. **in tempestate** = tempestate; „*in*“ instrumentale; All.: „mit“. **in ira tua**; pro: *procella tua:* b. Hieron.: „in turbine tuo“; „*ira*“ est causa, „*procella*“ effectus. Sensus manet idem.

v. 17. **et quaerent** = *ut quærant;* vide Rgl. 3. pag. 16.

v. 18. **erubesco** = pudore afficior; vide psl. 6, 11. et psl. 24, 2. **in saeculum saeculi** = in perpetuum; vide psl. 74, 10.

v. 19. **in** = super; (= b. Hieron.); hebraicum: עַל ('al).

Nota. Hebr. *sela* (vide psl. 3, 3.), post v. 9. Vulgata non vertit; LXX habet διάψαλμα; b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 83. (hebr. 84.)

Desiderio templi tabescit cor peregrinantis pii.

Auctor et argumentum. — Auctor psalmi huius, Corachita quidam (vide 41, 1.) delineat flagrans templi desiderium, quo animatae feruntur turbae piorum peregrinantium.

De occasione et tempore exarationis huius psalmi nil certi constat.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. In finem; pro torcularibus, filiis Core, Psalmus.	1. Præfecto musicæ; — ad „Gittit“ Psalmus Corachitarum.
2. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum:	2. Quam iucundæ sunt habitationes tuæ, o Domine, exercituum!
3. concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini.	3. Anima mea pallescit atque etiam tabescit desiderio atriorum Domini.

Cor meum, et caro mea exultaverunt in Deum vivum.
Etenim passer invenit sibi domum, et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.
Altaria tua, Domine virtutum, rex meus, et Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.
Beatus vir, cuius est auxilium abs te:
ascensiones in corde suo disposuit,
in valle lacrymarum, in loco, quem posuit.
Etenim benedictionem dabit legislator:
ibunt de virtute in virtutem:
videbitur Deus deorum in Sion.
Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam:
auribus percipe, Deus Iacob.
Protector noster aspice, Deus, et respice in faciem christi tui.
quia melior est dies una in atriis tuis super millia.
Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia misericordiam et veritatem diligit Deus, gratiam et gloriam dabit Dominus.
Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia:
Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

cor meum et caro mea vociferantur
ad Deum vivum.
4. Etiam passer invenit domum,
et hirundo nidum sibi,
ubi reponit pullos suos —
apud altaria Tua, Domine exercituum,
rex mi et Deus mi!
5. Beati, qui habitant domum Tuam!
adhuc celebrare possunt Te!
(sela.)
6. **B**eatus homo, cuius præsidium est in Te,
(beati), in quorum animo sunt viæ æquatæ!
7. Transeuntes vallem fletus,
reddunt eam fontibus irriguam,
quin immo et pluvia autumnalis obruit eam larga benedictione.
8. Eunt a robore ad robur,
in Sione coram Deo comparent.
9. **D**omine, Deus exercituum, audi orationem meam!
o Deus Iacobi ausculta! (sela.)
10. Respice, o Deus! clipeus noster,
et intuere faciem uncti Tui!
11. Nam melior est unus dies in atriis Tuis, quam mille (alio in loco);
malo tenere limen in domo Dei mei,
quam commorari in tentoriis improborum!
12. Nam Dominus, Deus est sol et clipeus,
Dominus dat gratiam et gloriam,
non denegat ullum bonum iis, qui integre ambulant.
13. Domine exercituum!
beatus homo, qui fiduciam collocat in Te!

In finem: i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
pro torcularibus; pro: „ad Gittit;“ vide psl. 8, 1.
filii Core psalmus = psalmus Corachitarum; vide psl. 41, 1.

v. 2. **Domine virtutum**; idem vv. 4., 9. 13. = Domine exercituum; vide psl. 23, 10.

v. 3. **concupisco**; pro: pallesco, i. e. pallidus fio — nempe desiderio. — **deficit**; scilicet desiderio in atria = tabescit desiderio atriorum. — **exulto in Deum** = vociferor ad Deum; (b. Hieron.: „laudo Deum").

v. 4. **etenim** = etiam; גַּם (gam); vide psl. 36, 25. — **turtur**; pro: hirundo. — **altaria**: pro: „apud altaria"; אֵת (et) non est hic loci nota *obiecti*, sed præpositio „*apud*", indicans locum, in cuius vicinia aviculæ sibi nidos parant. — Sensus est: Quando etiam aviculæ in vicinia altaris Domini sibi mansiunculam quærunt et inveniunt, et ibi pullos suos reponunt; non mirum est, si anima mea tabescit desiderio templi sacri.

add. v. 5. „**Domine**" addit Vulgata, non LXX. — **in saecula saeculorum**; est circumscriptio adverbii „*adhuc*"; hebr. עוֹד (od) „*iteratio*", „*continuatio*", „*duratio*" ubique denotat *adverbium*: 1. iterum, 2. continuo, 3. adhuc. — **laudabunt** = celebrare possunt; vide psl. 5, 8. Rgl. 16.

v. 6. **beatus vir** = beatus homo; vide psl. 1, 1. — **abs te**; LXX. παρὰ σοὶ = *in* te; (= b. Hieron.) Schegg: „bei Dir"; de בְּ (b') vide psl. 3, 3. Rgl. 10. — **ascensiones** ἀναβάσεις **in corde suo disposuit**; scilicet unusquisque beatorum = (beati), qui vias in animo suo æquant = (beati), in quorum animo sunt viæ æquatæ. — Sensus est: Beati sunt, qui sepositis omnibus obstaculis de ingrediendo itinere ad locum sacrum seria et sincera mente cogitant. — **ascensio** = via; — „*ascendere*" — dicitur ille, qui peregrinatur vel Ierosolymam vel ab austro ad septemtrionem: „*descendere*" autem, si Ierosolyma revertitur, vel si a septemtrione austrum versus vadit. — **dispono** = præparo, paro; *de via* = æquo, bahnen, urovnati; confer: „parate viam". — **cor** = animus; vide psl. 56, 8.

omis. v. 7. Vulgata iuxta LXX. non vertit primam vocem v. 7^{mi} עֹבְרֵי (ob'rê) = „*transeuntes*" (= b. Hieron.) i. e. *pii peregrinantes* ad templum. — **vallis lacrymarum**, seu vallis fletus (= b. Hieron.) dicitur tropice vallis tristis, vallis sterilis. — **pono** = facio, reddo; vide psl. 20, 10.

in loco quem; pro: „fontibus irriguam;" hebraico מַעְיָן (ma'jan) designatur: 1. *locus fontibus irriguus*; 2. *fons* ipse. Vulgata ipsa vertit pluralem huius vocis „fontes". Gen. 7, 11. 8, 2. — Sonat ergo v. 7.: Transeuntes vallem fletus, reddunt eam fontibus irriguam, i. e. lætam. —

Vulgata (non LXX.) trahit ad v. 8^{vum} partem II. v. 7^{mi}; vide Rgl. 6.

v. 8. **etenim** = quin imo; vide psl. 40, 10.

legislator, (scilicet Deus); pro: „pluvia autumnalis;" ergo „largitor" pro „re data". Hebraico מוֹרֶה (morê) designatur: 1. *pluvia prima* seu autumnalis; 2. *docens*, doctor. — **benedictio**; pro: „benedictiones" vel „larga benedictio"; vide psl. 16, 7. Rgl. 35. — **dabit** = obruit eam (scil. vallem); hebraicum עָטָה ('atâ) denotat: „texit, vestivit", quod etiam largæ benedictioni melius respondet, quam simplex „dare".

Sensus totius v. 7^{mi} (Vulg. 7^{mi} et 8^{vi} *a*) est: Piis peregrinantibus nihil in itinere deest, licet per loca deserta peregrinantur. Dei enim beneficio fiunt ista loca deserta — fontibus irrigua et cadentibus cœlestibus aquis frugifera. Quod in gratiam peregrinantium piorum *Deus facit*, id eleganter peregrinatores *ipsi* sibi sua præsentia *efficere* dicuntur in hebraico: „Transeuntes vallem fletus, *reddunt* eam fontibus irriguam".

"

de virtute in virtutem = a robore ad robur: i. e.: pii peregrinantes eo valentiores et fortiores, quo magis appropinquant templo.

„videbitur Deus Deorum in Sion": pro: „comparent pii peregrinantes coram Deo in Sione". Sensus manet idem: „Si peregrinantes comparent in Sione: conspiciunt gloriam templi sacri, seu Deum Deorum".

videbitur: = conspiciendus comparet = comparet: scilicet quisque illorum peregrinantium. — **Deus Deorum**: pro: „coram Deo": Græcus LXX. putavit var. r. אל (el) = *„ad, coram"*, significare hic loci — *Deum*: vide psl. 41. 3.

v. 9. **auribus percipio** = ausculto.

v. 10. **protector**: pro: clipeus: vide psl. 17. 3. — **aspicio** = respicio. — **melior super** = melior quam: vide psl. 4. 7. et 2. Rgl. 13.

elegi abiectus esse in domo Dei mei magis. quam: pro: „malo abiectus tenere in domo Dei mei, quam ...": Vulgata iuxta LXX. reddit *sensum* phrasis hebraicæ *„limen timeo"*. — **eligo magis** = malo. — **abiectus sum in domo Dei.** i. e. ultimum locum in domo Dei teneo. — limen domus Dei teneo. — Sensus est: malo in ipsis templi foribus subsistere, modo peccator in populo Dei. — quam primarium gradum inter impios tenere.

v. 12. **misericordiam et veritatem diligit Deus**: pro: „Dominus amat sol et clipeus:" *res signata pro signo* — **sol** est signum gratiæ, misericordiæ: — **clipeus** est signum fidelitatis. — **veritas** = fides: vide psl. 35. 6. — **Deus**: pro: *Dominus Deus*. — Vulgata iuxta LXX. omisit omis. *„Dominus"*. — Vulgata (non LXX.) trahit III. partem v. 12. ad v. 13[am].

v. 13. **privo aliquem bonis** = denego alicui bonum.

in innocentia = integre, innocenter: vide psl. 4. 9. Rgl. 14.

Nota. Hebr. *sela* (vide psl. 3. 3.) post v. 5. et 9. Vulgata non vertit: LXX. ponit: διάψαλμα, b. Hieron. „semper".

PSALMUS 84. (hebr. 85).

Dominus nos iterum vitae restituet.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — Corachita quidam — implorat auxilium divinum in praesenti calamitate. Deus promittit autem sub ea conditione, si fidem servaverit populus. — Tempora meliora pulchris describuntur figuris. — Quum nobis non est notum, quam ex numerosis carmitatibus in mente habuerit vates sacer: certi quid de tempore et occasione compositionis huius carmicis statui nequit.

Nota. Versus 7. et 8. recitantur in ss. Missae sacrificio post „Confiteor."

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
In finem: filiis Core. Psalmus.	1. Præfecto musicæ: Psalmus Corachitarum.
Benedixisti, Domine, terram tuam,	2. **D**omine, Tu propitius fuisti terræ Tuæ,
avertisti captivitatem Iacob.	reduxisti captivos populi.

3. Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.
4. Mitigasti omnem iram tuam: avertisti ab ira indignationis tuæ.
5. Converte nos, Deus salutaris noster.
et averte iram tuam a nobis.
6. Numquid in æternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationem?
7. Deus, tu conversus vivificabis nos, et plebs tua lætabitur in te.
8. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam,
et salutare tuum da nobis.
9. Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos et in eos, qui convertuntur ad cor.
10. Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius,
ut inhabitet gloria in terra nostra.
11. Misericordia et veritas obviaverunt sibi: iustitia et pax osculatæ sunt.
12. Veritas de terra orta est, et iustitia de cœlo prospexit.
13. Etenim Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum.
14. Iustitia ante eum ambulabit, et ponet in via gressus suos.

3. Abstulisti culpam populi Tui,
operuisti omnia peccata eorum.
(sela.)
4. Retraxisti omnem furorem Tuum.
reduxisti de ardore iræ Tuæ.
5. **R**estitue nos iterum, o Deus salvator noster,
et supprime iram tuam contra nos.
6. Num in perpetuum irasceris nobis,
continuabis iram Tuam in omnes ætates?
7. Annon Tu vitæ restitues nos iterum.
ut lætari posset populus Tuus de Te?
8. Ostende nôbis, o Domine, gratiam Tuam,
et auxilium Tuum da nobis!
9. **A**udiam, quid loquatur Deus, Dominus! —
Utique promittit salutem
populo suo, nempe piis cultoribus suis;
verum, ne relabantur in stultitiam!
10. **S**ane propinquum est auxilium Eius illis, qui timent Eum,
ut iterum habitet gloria in terra nostra.
11. Benignitas et fides sibi occurrent.
iustitia et pax se osculabuntur.
12. Fides de terra progerminabit,
et de cœlo prospiciet iustitia.
13. Dabit etiam Dominus benedictionem.
et terra nostra dabit proventum suum.
14. Iustitia ambulabit coram Eo,
et observabit vestigia gressuum Eius.

"

in finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
Filiis Core Psalmus = psalmus Corachitarum; vide psl. 41, 1.
v. 2. **benedico** = propitius sum; genus et species. — **averto captivitatem** = reduco captivus; vide psl. 13, 7. — **Iacob** = Iacobi; sic it Vulgata iuxta LXX. pro: „*populus*“ (scilicet electus).
v. 3. **iniquitas** = culpa; vide psl. 50, 11.
v. 4. **mitigo iram** = retraho furorem. — **averto** = reduco; vide 52, 7. — **ira indignationis** = ardor iræ = ardens ira; vide 77, 49.
v. 5. **converto** = restituo iterum; vide psl. 79, 4.
salutaris = salvator; vide psl. 9, 16.
v. 6. **extendes a generatione in generationem** = continuabis omnes ætates; vide psl. 76, 9.
v. 7. **Deus, tu conversus vivificabis nos** = tu iterum nos vitæ itues; vide psl. 6, 11. Rgl. 20. — „**Deus**“ addit Vulgata iuxta LXX. — add.
et laetabitur in te = ut lætari posset *de* te; vide Rgl. 3. pag. 16.: 5, 8.; Rgl. 16. et psl. 3, 3.; Rgl. 10 *b*).
v. 8. **misericordia** = gratia; *idem* v. 10.; vide psl. 5, 8.
salutare = auxilium; *idem* v. 10.; vide psl. 9, 16.
v. 9. **in me**; addit Vulgata iuxta LXX.; sensus non mutatur. add.
quoniam = utique. — **loquor** = promitto; vide psl. 59, 8.
pax = salus; vide psl. 34, 27. — **in plebem — super sanctos**; simplici Dativo: „plebi sanctis“; hebr. אֶל (el). — **et** = nempe; Rgl. 3. pag. 16. — **sanctus** = pius cultor; vide psl. 4, 4.
et in eos, qui convertuntur ad cor; i. e. qui convertunt se quoad var. i. e. ex corde, sincere = qui recte ex corde agunt vel sincere pœntiam agunt. — Iuxta LXX.: „in eos, *qui ad Eum cor suum convertunt*“. Secundum textum masoret.: „*Verum, ne relabantur in stultitiam*“, i. e. inam perseverent in recte agendo!“ — Sensus semper manet *idem quoad* . — Græcus LXX. legit וישיבו, „*jašibu*“, pro: ישובו, „*jašubu*;“ — י pro ו; n לכבלה (l'bab-lô) = „cor ad eum“, loco לכסלה (l'kislâ) = „in stulam“; ergo הב loco כס; terminationem denique generis feminini: ה „â“ avit esse suffixum III. personæ mascul. „ô“.
v. 10. **verumtamen** = sane, profecto; hebraicum אַךְ (ak); vide psl. 6. — **prope timentes** = propinquum timentibus; vide psl. 33, 19. l. 48. — **inhabito** = habito; vide psl. 22, 16.
v. 11. **veritas** = fides; idem v. 12.; vide psl. 35, 6.
osculatae sunt = osculabuntur se.
v. 12. **orior** = progermino; ſproſſeu; pučeti.
v. 13. **etenim** = etiam; vide psl. 83, 4. — **benignitas** = benetio; causa et effectus. — **fructus** = proventus; (b. Hier.: „germen“).
v. 14. **ante eum** = coram Eo; vide psl. 71, 5. — **gressus suos**; o: gressus Eius; LXX. αὐτοῦ; vide psl. 17, 31. Rgl. 37.
ponet in via (LXX. εἰς ὁδόν) **gressus suos** = ponet in viam gressus *us* = gressus *Eius* faciet viam (suam), i. e. ipsa (iustitia) sequetur vegia Eius; idem dicit textus masoreticus: „*et observavit* (iustitia) *gressum us*“. — **pono aliquem in aliquid** = facio aliquem aliquid; vide 78, 1.
Nota. Hebr. „sela“ (vide psl. 3, 3.) post v. 3. Vulgata non vertit; — XX. habet διάψαλμα — b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 85. (hebr. 86.)

Domine consolare pium Tui cultorem!

Auctor et argumentum. — Auctor huius psalmi — David — in angustiis versans, auxilium divinum implorat. Celebrat potentiam et clementiam divinam, quam iam alias expertus est, et preces suas repetit. — De tempore et occasione exarationis huius psalmi nil certi statui potest.

Nota. Respectu habito argumenti et elocutionis, similis est psalmus hic psalmo 24to (hebr. 25to).

Textus Vulgatæ.

Oratio ipsi David.

1. Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego.
2. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.
3. Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die:
4. lætifica animam servi tui, quoniam ad te, Domine, animam meam levavi.
5. Quoniam tu, Domine, suavis et mitis, et multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.
6. Auribus percipe, Domine, orationem meam, et intende voci deprecationis meæ.
7. In die tribulationis meæ clamavi ad te, quia exaudisti me.
8. Non est similis tui in diis, Domine, et non est secundum opera tua.
9. Omnes gentes, quascumque fecisti, venient, et adorabunt coram te, Domine: et glorificabunt nomen tuum.

Versio textus hebraici.

Oratio Davidis.

1. Inclina, o Domine! aurem Tuam, exaudi me, nam afflictus et miser sum ego!
2. Custodi vitam meam, nam pius cultor sum ego! adiuva servum Tuum Tu, Deus mi! sperat enim in Te!
3. Miserere mei, o Domine, nam tota die clamo ad Te!
4. Consolare animam servi Tui, nam ad Te, o Domine, attollo mentem meam!
5. Nam Tu, o Domine, es benignus et misericors, et magnæ gratiæ erga omnes, qui clamant ad Te!
6. Ausculta, o Domine, preces meas, et attende ad vocem supplicationis meæ!
7. Quo tempore in angustiis versor, clamo ad Te, nam exaudis me!
8. Nemo Tibi similis est inter deos, o Domine! et nihil simile facinoribus Tuis!
9. Omnes nationes, quas creasti, venient et prosternent se coram Te, o Domine! celebrantes nomen Tuum!

Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia:
tu es Deus solus.
Deduc me, Domine, in via tua, et ingrediar in veritate tua:
lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.
Confitebor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo,
et glorificabo nomen tuum in æternum:
quia misericordia tua magna est super me,
et eruisti animam meam ex inferno inferiori.
Deus, iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quæsierunt animam meam, et non proposuerunt te in conspectu suo:
Et tu, Domine Deus miserator et misericors, patiens, et multæ misericordiæ, et verax,
respice in me, et miserere mei: da imperium tuum puero tuo, et salvum fac filium ancillæ tuæ.
Fac mecum signum in bonum, ut videant, qui oderunt me, et confundantur, quoniam tu, Domine, adiuvisti me, et consolatus es me.

10. Nam magnus es Tu et patrans mirabilia;
Tu — Deus es solus!
11. **D**oce me, Domine, viam Tuam, ambulabo ad veritatem Tuam!
fac, ne distrahatur mens mea, ut timeat nomen Tuum!
12. Domine, Deus mi! celebrabo Te toto corde meo,
et magnificabo nomen Tuum in æternum:
13. quod magna fuit erga me gratia Tua,
et quod eripuisti animam meam ex orco infimo!
14. O Deus! insolentes surgunt contra me,
et turbæ violentorum insidiantur vitæ meæ,
nec ponunt Te ante oculos suos.
15. Tu vero, o Domine, Deus es benignus et misericors,
longanimis et magnæ gratiæ et fidei.
16. Converte Te ad me et miserere mei,
da præsidium Tuum servo Tuo,
et adiuva filium ancillæ Tuæ!
17. Fac in me signum favoris,
ut osores mei pudore afficiantur (videntes),
quod Tu, o Domine, me adiuvas et consolaris.

v. 1. **ipsi David** = Davidis; vide psl. 15, 1.
inops, pauper = afflictus, miser; vide psl. 34, 10.
v. 2. **anima** = vita; vide psl. 34, 4, — **sanctus** = pius cultor; vide psl. 4, 4. — **salvum facio** = adiuvo; idem in v. 16.; vide psl. 11, 2.
Deus meus, pro: *tu* Deus mi; idem in v. 12.; vide psl. 7, 2.
v. 3. „Vulgata (non Græcus LXX.) omisit. omis.
v. 4. **laetifico**; pro: „consolor"; effectus pro causa.
v. 5. **suavis** = benignus. — **mitis** = misericors; (b. Hieron.: „propabilis"); All.: „milde". — **multa misericordia** = magna gratia; idem v. 13. et 15.; vide psl. 5, 8.
v. 6. **auribus percipio** = ausculto; vide psl. 83, 9.

intende voci = attende ad vocem; vide psl. 5, 3.

v. 7. **in die tribulationis meae** = quo tempore in angustiis versor.

v. 8. **in diis** = inter deos; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. — **non est secundum opera tua**; scilicet aliquid = nihil est simile facinoribus tuis.

v. 11. **deduc me in via tua** = doce me viam tuam (= b. Hieron.); vide psl. 44, 6. — **ingrediar in veritate tua** = gradiar, ambulabo (durativum) *secundum* vel *ad* veritatem tuam; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

var. **laetetur cor meum**; pro: „fac, ne distrahatur mens mea"; b. Hieron.: „unicum fac cor meum"; — *„unicum"* in oppositione ad — *„distractum"*. — Sensus est: mens mea unice ad viam tuam sit directa, non sit distracta.

Græcus LXX. legit impunctatum יחד — *„jichad"*, i. e. „lætetur" loco *„jached"*, i. e. „fac unicum" seu „fac ne distrahatur". — Lætitia interna, quæ timorem Dei seu pietatem concomitatur et subsequitur, est *effectus*, et hunc indicat — Vulgata. Iuxta textum masoret. rogat vates Deum, ne illo effectu privetur distractione mentis. Sensus quoad rem est idem.

v. 12. **confiteor tibi in toto corde** = celebrabo te toto corde; vide psl. 6, 6. et 2, 9. Rgl. 7.

v. 13. **super me** = erga me; All.: „gegen mich".

infernum inferius = orcus infimus; All.: „der unterſte Abgrund".

v. 14. **iniquus** = insolens; genus et species; vide psl 74, 5.

insurrexerunt super me = surgunt contra me; All.: „wider mich"; vide psl. 40, 10. et Rgl. 5. — **synagoga** = turba; Schegg: „Rotte"; rota. **potens** (sensu malo) = violentus; Schegg: „Gewaltige". — **quaesierunt animam meam** = insidiantur vitæ meæ; vide psl. 34, 4. — **propono** pro simplici: pono; vide Rgl. 5.; All. et Schegg: „haben"; vide psl. 53, 5. — **in conspectu suo**, pro: ante oculos suos; All.: „vor ihren Augen".

v. 15. **et tu** = tu vero; vide Rgl. 3. pag. 16.; All. et Schegg: „aber". — **miserator** = benignus. — **patiens** = longaminis; All. et Schegg: „langmüthig". — **verax** = fidelis; confer: *veritas* = fides; vide psl. 35, 6.

v. 16. **imperium**; i. e. præsidium; b. Hieron.: „fortitudo"; Schegg: „Kraft". — **puer** = servus; vide psl. 17, 1.

v. 17. **fac mecum signum in bonum** = fac in me signum favoris; All.: „thue an mir ein Zeichen zum Guten"; proveď na mně důkaz lásky. — **ut videant** = si viderint = videntes; verbum hoc ponendum est post: „confundantur", ut sit: *„ut confundantur osores mei videntes, quod tu adiuvasti me"*. — **confundor** = pudore afficior; vide psl. 24, 2.

PSALMUS 86. (hebr. 87.)

Hierosolymis renascentur omnes populi.

Auctor et argumentum. — Vates sacer, — Corachita quidam, celebrat Ierosolymam, sedem et delicias Iehovae; ex ea enim vera religio propagabitur ad omnes gentes — seu omnes populi renascentur Ierosolymis.

De tempore et occasione exarationis huius psalmi nil certi statui potest.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
iliis Core, Psalmus cantici.	1. Canticum, carmen Corachitarum.
undamenta eius in montibus	Sedes Eius est in montibus sanctis.
anctis:	
iligit Dominus portas Sion su-	2. Dominus diligit portas Sionis —
er omnia tabernacula Iacob.	præ omnibus habitationibus Iacobi.
loriosa dicta sunt de te, ci-	3. Gloriosa loquuntur de te —
itas Dei.	urbs Dei. (sela.)
Iemor ero Rahab et Babylo-	4. „Declaro, Aegyptum et Babylonem
nis, scientium me.	agnoscentes me;
Ecce alienigenæ, et Tyrus,	en! Philistea et Tyrus cum Aethio-
t populus Aethiopum, hi fu-	pia —
runt illic.	nati sunt nunc illic.“
Numquid Sion dicet: Homo, et	5. Et de Sione dicetur:
omo natus est in ea: et ipse	Ad unum omnes nati sunt in ea,
undavit eam Altissimus?	Nam ipse Altissimus stabilivit eam.
Dominus narrabit in scriptu-	6. Dominus numerabit conscribens po-
is populorum et principum,	pulos:
norum, qui fuerunt in ea.	„Hic natus est illic“. (sela.)
Sicut lætantium omnium ha-	7. Et cantant saltantes simul:
itatio est in te.	„Omnes fontes mei sunt in te“.

filius Core, psalmus cantici = Canticum, carmen Corachitarum; 41, 1. **fundamenta eius**; scilicet: sunt = sedes eius (Dei) est.

v. 4. In hoc versu *Deus ipse loquitur*

memor ero = declaro; Schegg: „ich nenne“. — **Rahab** est nomen olicum *Aegypti* occurritque prima vice in Is. 30, 7. — **sciens** = or; — **scire** (Deum) = nosse (Deum) = colere Deum.

Sensus Vulgatæ est: Memor sum cultorum meorum Aegypti et Ba- nis; sensus textus *masoretici:* Declaro, Aegyptum et Babylonem me nosse, colere; esse cultores meos; Schegg: „meine Bekenner“; hlásí se ke mně.

alienigenae; pro: „nati sunt nunc illic“ (idem in v. 6.; LXX. οὗτοι ἐγενήθησαν ἐκεῖ; Schegg: „sie wurden daselbst geboren“. — Sensus est: omnes utuntur beneficio *civitatis Ierosolymitanæ.* —

זֶה (zê) — „hic“ vertit Vulgata iuxta LXX. pluraliter: „*hi*“. — Hic est autem illa vox adverbium temporis „*nunc*“.

v. 5. **numquid Sion dicet**; pro: „et de Sione dicetur.“ — de לְ (l') var. ctionis, confer psl. 3, 3. Rgl. 9. All.: „wird man nicht zu Sion sagen“. — a Vulgatam loquitur *ipsa* Sion ea, quæ sequuntur; secundum textum oret. dicuntur ea — *ab aliis — de Sione;* discrimen est solum in per- loquente. Græcus legit verbi formam *activam* loco *passivæ*: insuper l') directionis in codice suo non habuit.

homo et homo = ad unum omnes; All. et Schegg: „Mensch um nsch“. — **fundo** = stabilio; vide psl. 47, 9.

v. 6. **narro**; i. e. numero; Schegg: „aufzählen". — **in scripturis populorum**; LXX. ἐν γραφῇ = in scriptura; All.: „im Verzeichniß"; pro: „conse
bens populos"; vide psl. 9, 4. Rgl. 23; Schegg: „und aufschreiben die Völke
var. **et principum**, pro: „et cantant". Alexandrinus traxit primam voc
v. 7. ושרים ad I. hemistichium versus 6ti et legit „*v'sarim*" = „et pr
cipes", loco masoretici „*v'šarim*"; i. e. „et cantantes" = „et cantan
Confer psl. 67, 26. et 48, 11. „*morientes*". Ob hanc transportationem ver
dein singularem זֶה i. e. „*hic*" genitivo „*horum, qui*". Sensus rei non mutat

v. 6. Versus 7. Vulgatæ est *abbreviata comparatio*, quæ plene
sonabit: Sicut habitatio lætantium — est habitatio omnium in te; i.
omnes, qui Hierosolymis renati sunt et renascentur, lætantur et lætabunt
i. e. beati sunt et beati erunt.

Secundum textum masoret. sensus est: Unusquisque eorum, qui Hie
solymis renatus est, lætus cantat: „In te sunt fontes mei", i. e. in
renatus sum, in te est fons lætitiæ et beatitudinis meæ. Sensus est e
idem. Secundum *Vulgatam* dicit *vates* — omnes Hierosolymis renatos
esse lætos et beatos. Secundum textum masoret. dicunt — *ipsi* renati,
lætitiam et beatitudinem suam debere Hierosolymis.

laetantes; pro: „saltantes"; genus et species; hebraica vox deno
var. „saltare in orbem". — **habitatio**, pro: „fontes". Alexandrinus habuit
textu suo מעון i. e. „*m'uon*" = habitatio — loco מעין i. e. „*m'ajan*"
fons, locus fontis; ergo ו loco י.

Nota. Hebr. „sela" (vide psl. 3, 3.) post v. 3. et 6. Vulgata
vertit; LXX. „διάψαλμα", b. Hieron.: „semper".

PSALMUS 87. (hebr. 88.)

Oratio graviter afflicti.

Auctor, argumentum et tempus. Vates sacer — Corachita quid
— (vide psl. 41, 1.) — Heman Ezrachita — morti proximus et ab omni
derelictus salutem a Deo exorat, ut sanitate recuperata Deum celebrare pos

Quis iste Heman Ezrachita sit, determinari nequit; nam Heman, coae
Salomonis (I. Reg. 5, 11.; Vulg. III. Reg. 4, 31.), non erat Levita,
descendebat (coll I. Par. 2, 6.) ex tribu Iuda. — Similiter etiam de temp
exarationis nil certi statui potest.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Canticum Psalmi, filiis Core. in finem pro Maheleth ad respondendum; intellectus Eman Ezrahitæ.	1. Canticum, carmen Corachitar Præfecto musicæ; in fidibus „H chalat" canendum. Carmen dida cum Hemanis Ezrachitæ.

omine Deus salutis meæ, in
e clamavi, et nocte coram te.
ıtret in conspectu tuo oratio
ea: inclina aurem tuam ad
ecem meam:
ıia repleta est malis anima
ea, et vita mea inferno ap-
opinquavit.
estimatus sum cum descen-
ntibus in lacum: factus sum
cut homo sine adiutorio,
ter mortuos liber:
sicut vulnerati dormientes in
pulcris, quorum non es me-
or amplius: et ipsi de manu
a repulsi sunt.
osuerunt me in lacu inferiori,
tenebrosis,
in umbra mortis.
ıper me confirmatus est fu-
r tuus, et omnes fluctus tuos
duxisti super me.
ınge fecisti notos meos a me:
osuerunt me abominationem
bi. Traditus sum, et non egre-
ebar:
uli mei languerunt præ in-
ia.
Clamavi ad te, Domine, tota
e: expandi ad te manus meas.
ımquid mortuis facies mira-
lia: aut medici suscitabunt,
confitebuntur tibi?
ımquid narrabit aliquis in
pulcro misericordiam tuam,
veritatem tuam in perdi-
one?
ımquid cognoscentur in te-
bris mirabilia tua, et iusti-
a tua in terra oblivionis?
ego ad te, Domine cla-
avi,

2. **O** Domine, Deus salvator meus,
die ac nocte clamo coram Te!
3. Veniat coram Te oratio mea!
inclina aurem Tuam ad clamorem
meum!
4. **N**am satura est malorum anima
mea,
et vita mea inclinat ad orcum!
5. Habeor cum illis, qui descendunt
in sepulchrum;
sum instar viri sine robore.
6. Inter mortuos est stratum meum,
instar interfectorum, qui iacent in
sepulchro,
quorum amplius non memor es;
sunt enim exclusi a manu Tua!
7. Posuisti me in fovea nimis profunda,
in locis tenebricosis, in voraginibus!

8. Mihi incumbit furor Tuus,
et omnibus fluctibus Tuis opprimis
me! (sela.)
9. **A**vertisti a me notos meos,
fecisti me abominabilem illis;
clausus sum, nec possum evadere!

10. Oculus meus tabescit præ miseria,

quotidie clamo ad Te, Domine,
expando ad Te manus meas!
11. **N**um mortuis facies mirabilia?
num mortui surgunt, celebrant Te?
(sela.)
12. Num narratur gratia Tua in se-
pulchro?
fides Tua in loco perditionis?

13. Num innotescunt in tenebris mira-
cula Tua?
et iustitia Tua in terra oblivionis?
14. **E**t tamen vociferor ad Te, o Do-
mine,

et mane oratio mea præveniet te.

15. Ut quid, Domine, repellis orationem meam: avertis faciem tuam a me?

16. Pauper sum ego, et in laboribus a iuventute mea: exaltatus autem, humiliatus sum et conturbatus.

17. In me transierunt iræ tuæ, et terrores tui conturbaverunt me.

18. Circumdederunt me, sicut aqua, tota die: circumdederunt me simul.

19. Elongasti a me amicum et proximum, et notos meos a miseria.

et multo mane oratio mea T occurrit!

15. Cur, o Domine, reiicis animam mea cur occultas faciem tuam a me

16. Afflictus sum et exspiro a pueri perfero terrores Tuos, inops s consilii!

17. **M**e obruunt iræ Tuæ; terrores Tui prorsus me perdu

18. Circumdant me tota die inst aquarum; perpetuo cingunt me!

19. Removisti a me amicum et soci noti mei sunt — tenebræ.

v. 1. **Canticum psalmi filiis Core** = Canticum carmen Cora tarum; vide psl. 65, 1. et 41, 1.

in finem i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4

pro Mahaleth = in fidibus „Machalat"; vide psl. 52, 1. „Maële De ח (ch) vide psl. 41, 1. — **ad respondendum** = canendum; hebr. (ʿanâ) denotat: 1. cecinit — 2. extulit vocem, loqui cœpit, 3. respondit. Vulgata ipsa eandem vocem formamque vertit: „*cantare*" in Ex. 32, **intellectus Eman Ezrachitae** = carmen didacticum Hemanis Ez chitæ; vide psl. 31. 1. — **Eman** = Heman. — Vulgata latina hebr. ה in nominibus *propriis* plerumque *non* exprimit; v. c. Illel pro Hillel, 12, 13. „Adoram pro Hadoram I. Par. 1, 21.; 18, 10. etc. In *media* v præcedente semivocali disparet „h" per contractionem, v. c. Iuda „Ihuda", Iosaphat pro „Ihošafat" etc.

v. 2. **Deus salutis meae** = Deus salvator meus; vide psl. 4, Rgl. 11. — **in die** = die; „*in*" temporale; vide psl. 19, 2. Rgl. 39.

v. 3. **in conspectu tuo** = coram te: vide Rgl. 4. pag. 16.

v. 5. **lacus** = sepulchrum; All.: „Grube"; vide psl. 27. 1.

sine adiutorio = sine robore; (b. Hieron.: „invalidus"); vide 7, 11.; — „*adiutorium*" vocatur id, quo quis adiuvatur, i. e. robur.

v. 6. **inter mortuos liber;** i. e. dimissus. All.: „unter die To entlaſſen"; pro: „*inter mortuos est stratum meum*". — Sensus est idem; hebr. חָפְשִׁי „*hofši*" significare potest tam: „*liber, solutus*" — (adiectivu quam: „*stratum meum*" — i. e. nomen cum suffixo I. personæ singula — **vulnerati,** pro: interfecti (= b. Hieron.); All.: „Erſchlagene".

manus tua; i. e. præsidium tuum. — **repello** = excludo.

var. v. 7. **posuerunt me;** scilicet: te permittente = posuisti me; i poni me fecisti. — Schegg: „man hat mich verſenkt"; Græcus LXX. l

"

ıetatum שתני: „*šatûni*“ loco „*šattâni*“; *idem* etiam in v. 9. — **lacus in-**
r = fovea nimis profunda; plurali attributi subordinati exprimitur
lativus; vide psl. 5, 10. Rgl. 18. All.: „in die unterſte Grube“.

tenebrosa, scilicet loca; vide psl. 34, 6. Rgl. 50. — **umbra mortis:** var.
voragines: (b. Hieron.: „profundum“); sensus semper manet idem. —
us LXX. habuit in textu suo צלמות i. e. „*calmavet*“ = „umbra mortis“
מצלות i. e. „*m'colot*“ = „voragines“; divergentia orta est ergo trans-
one litteræ מ; de „*umbra mortis*“ vide psl. 22, 1.

v. 8. **confirmatus est super me** = mihi incumbit: Schegg: „laſtet
nir“. — **induxisti super me**; pro: opprimis me; causa pro effectu.

v. 9. **longe facio** = averto: Schegg: „entfremden“; odvrátiti. — **po-** var.
unt me abominationem sibi; scilicet te permittente = fecisti me
inabilem illis; vide psl. 29, 10. et 5, 10. Rgl. 18. Lectio varians eadem
v. 7. — **traditus sum:** scilicet in custodiam = clausus sum: Schegg:
ngen liege ich“. — **non egrediebar** = non possum egredi, evadere;
psl. 5, 8. Rgl. 16.

v. 10. **languesco** = tabesco. — **inopia** = miseria; All. et Schegg:
ıd“; confer: inops; vide 11, 6. — **tota die** = quotidie; vide 70, 15.

v. 11. **aut medici suscitabunt**; scilicet mortuos, **et confitebuntur** var.
i. e. ut celebrare possent te (scilicet suscitati). Idem dicit textus
ret.: „*num mortui surgunt*“ (i. e. ope medicorum suscitari possunt); *cele-*
te? scilicet suscitati. — Græcus LXX. legit impunctatum רפאים i. e.
im“ = „medici“, loco „*r'faim*“ = „manes“; insuper: „*jakimu*“ =
itabunt“ pro „*jakumu*“ = „surgent“. — **et** = ut; vide Rgl. 3. pag. 16.

confiteor tibi = celebro te; vide psl. 6, 6.

v. 12. **misericordia** – **veritas** = gratia — fides; vide psl. 5, 8.
, 6. — „**et**“ addit Vulgata iuxta LXX. — add.

perditio; pro: locus perditionis; abstractum pro concreto.

v. 13. **mirabilia;** scilicet facta = miracula: vide psl. 34, 6. Rgl. 50.

v. 14. **et** = et tamen; vide Rgl. 3. pag. 16. - **praeveniet te** =
t coram te = tibi occurret; vide psl. 20, 4.

v. 15. **orationem meam:** pro: „animam meam“: i. e. „*me:*“ scilicet
em. — **averto faciem** = occulto faciem; vide psl. 12, 1.

v. 16. **pauper** = afflictus: vide psl. 9, 10. — **labor** = ærumna;
psl. 24, 18. — **in laboribus;** scilicet sum = *exspiro;* causa et
us. — **iuventus** = pueritia; vide psl. 70, 5.

exaltatus autem: humiliatus sum; i. e. „in altum elevor a te et
lior“; (confer 101, 11.: „quia elevans allisisti me“). Idem dicit textus
ret.: „perfero terrores tuos“; causa et effectus.

conturbatus; scilicet sum = inops sum consilii.

v. 17. **in me transierunt** = super me veniunt = me obruunt. -
tuae; deine Zornergüſſe; výbuchy hněvu tvého. — **conturbo**: pro:
); Schegg: „erdrücken“; zdrcovati: antecedens pro consequente.

v. 18. **circumdo** = cingo; vide psl. 3, 7.

simul = perpetuo; All.: „allzumal“; napořád.

v. 19. **elongo** = removeo. — **proximus** = socius; (b. Hier.: fidelis).

var **notos meos a miseria**; scilicet mea; i. e. elongasti notos m
a me misero; in textu masoretico est: *„noti mei sunt — tenebræ“*; i
non est differentia; nam Vulgata non negat, vatem esse in *tenebris;*
enim in v. 7. *„posuerunt me in tenebrosis“*.

Discrepantia orta est eo, quod Græcus LXX. legit impunctatum
„m'chošek“ = „a tenebris“; *metaforice* „a miseria“ loco *„machšak“* „teneb
Nota. Hebr. *„sela“* (vide psl. 3, 3.) post v. 8. et 11. Vulgata
vertit; LXX. ponit διάψαλμα, b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 88. (hebr. 89.)

O Domine restaura thronum Davidis gloriosum!

Auctor, argumentum et occasio. — Vates sacer, — nomine Et
Ezrachita, enixe rogat, ut Deus restaurare dignetur gloriosum Dav
thronum. Celebrat majestatem et clementiam divinam, quae se manif
in rerum natura, nec non in beneficiis populo electo exhibitis, ad
pertinet etiam illa promissio de regno Davidis aeterno (II. Sam. 7,
I. Par. 17, 18.) (v. 2—38) Sequuntur querelae de misera familiae Davi
et populi conditione, et demum preces, quibus psalmus clauditur (v. 39—

Versus 53^tius non est pars psalmi, sed doxologia, qua III. psalm
liber terminatur.

Occasionem praebuit huic psalmo (coll. v. 39.) tristis conditio Heb
orum causata invasione Sesaci, regis Aegypti (III. Reg. cap. 14.; II.
cap. 12.); vel vero ultima tempora regni Juda. — Stante prima hypo
est Ethan Ezrachita ille, qui nominatur in III. Reg. 4, 31. Vulg. (hebr. I.
5, 11); stante hypothesi secunda — est vir nobis ignotus.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Intellectus Ethan Ezrahitæ.	1. Carmen didacticum Ethanis. E chitæ.
2. Misericordias Domini in æternum cantabo. In generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.	2. Beneficia Domini perpetuo ca omnibus ætatibus notam faciam fidem Tuam ore meo!
3. Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabitur in cœlis: præparabitur veritas tua in eis.	3. Dico enim: In perpetuum co est grátia, cum cœlis firmas fidem Tuam!
4. Disposui testamentum electis meis, iuravi David servo meo:	4. Pepigi fœdus cum electo meo, Davidi, servo meo, iuravi:

sque in æternum præparabo
men tuum.
Et ædificabo in generationem
generationem sedem tuam.
onfitebuntur cœli mirabilia
a, Domine:
enim veritatem tuam in ec-
esia sanctorum.
ioniam quis in nubibus æqua-
ur Domino,
nilis erit Deo in filiis Dei?
eus, qui glorificatur in con-
io sanctorum:
agnus et terribilis super
nes, qui in circuitu eius sunt.
omine Deus virtutum, quis
nilis tibi?
tens es, Domine, et veritas
a in circuitu tuo.
i dominaris potestati maris:
otum autem fluctuum eius
mitigas.
i humiliasti, sicut vulnera-
m, superbum:
brachio virtutis tuæ disper-
sti inimicos tuos.
ui sunt cœli, et tua est terra:
bem terræ et plenitudinem
is tu fundasti:
uilonem et mare tu creasti.

Thabor et Hermon in nomine
o exultabunt:
um brachium cum potentia.
Firmetur manus tua, et exal-
tur dextera tua:
stitia et iudicium præpara-
sedis tuæ.
Iisericordia et veritas præ-
dent faciem tuam:
atus populus, qui scit iubi-
ionem.

5. „In æternum stabiliam semen tuum,
et in omnes ætates ædificabo thronum tuum". (sela.)
6. Cœli celebrant mirabilia Tua, o Domine,
atque fidem Tuam in cœtu sanctorum!
7. Nam quis in cœlo comparabit se Domino?
quis inter angelos similis est Domino?
8. Deus est nimis terribilis in consessu sanctorum,
et formidabilis super omnes, qui sunt circa Eum!
9. Domine Deus exercituum, quis est sicut Tu!
potens es Domine et fides Tua circumdat Te!
10. Tu dominaris in fremitu maris,
cum sese efferunt fluctus eius, Tu compescis eos!
11. Tu contrivisti Aegyptum ut aliquem confossum,
brachio Tuo robusto dispersisti hostes Tuos!
12. Tui sunt cœli, Tua etiam est terra,
Tu fundasti orbem et quidquid implet eum!
13. Tu creasti septemtrionem et meridiem,
Tabor et Hermon iubilant de nomine Tuo!
14. Brachium Tuum est validissimum,
robusta est manus Tua, alta dextera Tua!
15. Iustitia et ius sunt fundamentum throni Tui,
gratia et fides præcedunt faciem Tuam!
16. Beatus populus, qui scit iubilare,

Domine, in lumine vultus tui ambulabunt,

17. et in nomine tuo exultabunt tota die, et in iustitia tua exaltabuntur.

18. Quoniam gloria virtutis eorum tu es, et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum,

19. quia Domini est assumtio nostra, et sancti Israël regis nostri.

20. Tunc locutus es in visione sanctis tuis, et dixisti: Posui adiutorium in potente, et exaltavi electum de plebe mea.

21. Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum.

22. Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum.

23. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei.

24. Et concidam a facie ipsius inimicos eius, et odientes eum in fugam convertam.

25. Et veritas mea, et misericordia mea cum ipso,
et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

26. Et ponam in mari manum eius, et in fluminibus dexteram eius.

27. Ipse invocabit me: Pater meus es tu, Deus meus, et susceptor salutis meæ.

28. Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ.

29. In æternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidele ipsi.

(beati, qui) ambulant, o Domin
luce faciei Tuæ!

17. Propter nomen tuum exultant
tidie,
nam iustitiā Tua magnificantur

18. Nam tu es decus roboris eo
et favore Tuo exaltatur cornu
strum.

19. Nam Domini est clipeus noste
et sancti Israëlis rex noster.

20. Tunc locutus es in oraculo ad
Tuum
et dixisti: „Præstiti auxilium h
exaltavi electum e populo“.

21. „Inveni Davidem servum meu
oleo meo sancto unxi eum“;

22. „Et propterea firma erit manus
cum eo,
et brachium meum roborabit e

23. „Non decipiet eum hostis,
nec humiliabit eum impius“.

24. „Contundam coram eo adversa
eius,
et percutiam osores eius“.

25. „Fides etiam mea et gratia
cum illo,
et per nomen meum exaltab
cornu eius.

26. „Manum eius ponam in mari,
et in fluviis dexteram eius“.

27. Is compellabit me: „Tu es p
meus,
Deus meus et petra salvatrix m

28. „Ego vicissim faciam eum pr
genitum,
altissimum regum terræ“.

29. „In æternum servabo illi gra
meam,
et pactum meum erit fidele i

onam in sæculum sæculi
n eius,
thronum eius sicut dies

autem dereliquerint filii
legem meam,
in iudiciis meis non am-
verint:
titias meas profanaverint:
andata mea non custodi-
:
bo in virga iniquitates
n,
verberibus peccata eorum.
ricordiam autem meam
dispergam ab eo,
e nocebo in veritate mea:
e profanabo testamentum
n, et quæ procedunt de
meis, non faciam irrita.
l iuravi in sancto meo,

avid mentiar:
n eius in æternum ma-
.
ronus eius sicut sol in
pectu meo,
ut luna perfecta in æter-
et testis in cælo fidelis.

vero repulisti et despe-
distulisti christum tuum.
tisti testamentum servi

nasti in terra sanctua-
eius.
ruxisti omnes sepes eius:
sti firmamentum eius for-
em.
uerunt eum omnes trans-
s viam: factus est
bium vicinis suis.

30. „Et constituam semen eius æternum,
et thronum eius sicut dies, quibus cœli consistent".
31. „Si reliquerint posteri eius legem meam,
et in iuribus meis non ambulaverint";
32. „si statuta mea violaverint,
et iussa mea non observaverint";
33. „puniam virga delictum eorum,
et plagis culpam eorum";
34. „sed gratiam meam non avertam ab eo,
nec frangam fidem meam".
35. „Non violabo fœdus meum,
et non mutabo, quod egressum est de labiis meis".
36. „Semel iuravi per sanctitatem meam;
haudquaquam mentiar Davidi!"
37. „Semen eius manebit in æternum,
et thronus eius durabit sicut sol coram me".
38. „Sicut luna firmus erit perpetuo,
et testis in nubibus est fidus". (sela.)
39. „Et tamen reiecisti et repudiasti, iratus uncto Tuo".
40. „Reiecisti fœdus initum cum servo Tuo,
profanasti ad terram prosternens coronam eius".
41. „Diruisti omnes muros eius,
et munimenta eius convertisti in ruinas".
42. „Diripiunt eum omnes, qui prætereunt via,
factus est probrum vicinis suis".

43. Exaltasti dexteram deprimentium eum:
lætificasti omnes inimicos eius.

44. Avertisti adiutorium gladii eius,
et non es auxiliatus ei in bello.

45. Destruxisti eum ab emundatione,
et sedem eius in terram collisisti.

46. Minorasti dies temporis eius,
perfudisti eum confusione.

47. Usquequo, Domine, avertis in finem:
exardescet sicut ignis ira tua?

48. Memorare, quæ mea substantia:
numquid enim vane constituisti omnes filios hominum?

49. Quis est homo, qui vivet, et non videbit mortem:
eruet animam suam de manu inferi?

50. Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine,
sicut iurasti David in veritate tua?

51. Memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum gentium:

52. quod exprobraverunt inimici tui, Domine,
quod exprobraverunt commutationem christi tui.

53. Benedictus Dominus in æternum; fiat, fiat.

43. „Elevasti dexteram adversar
eius
lætitiam creasti omnibus ho
eius“

44. „Tu etiam retrorsum vertisti
gladii eius
nec consistere eum fecisti in b

45. „Tu desinere fecisti splen
eius
et deiecisti thronum eius a
ram“

46. „Tu decurtasti dies iuventuti
operuisti eum pudore“. (sela

47. Quousque, o Domine! occult
in perpetuum
quamdiu ardebit instar ign
Tua

48. Memento, quæso, quam bre
vitæ tempu
cuius nihili causa creaveris
homine

49. Quis vir vivit, qui non videa
ten
qui animam suam e manu or
piat? (sela

50. Ubinam sunt, o Domine, be
Tua pristin
quæ promisisti Davidi iuran
fidem Tuam

51. Memor esto, Domine, opprobr
vorum Tuorum
in sinu meo porto convicia
rum populorum

52. qui conviciantur — hostes
o Domin
qui probris petunt vestigia
Tu

53. Laudetur Dominus in æternum
Amen et Amen!

tellectus Ethan = carmen didacticum Ethanis; vide 31, 1. et 3, 1.
2. **misericordiae**; i. e. beneficia; idem in v. 50. pluralis ab-
chêsed"; vide psl. 5, 8. et 16, 7. Rgl. 35. — **generatio et ge-**
; idem v. 5. = omnes ætates; vide 32, 11. — **veritas** = fides;
3. 6. 9. 15. 25.; vide psl. 35, 6. = **in ore meo** = ore meo;
2, 9. Reg. 7.
3. **dixisti**; pro: dico; II. persona loco I^mae: sensus non mutatur; var.
n Deus statuit, vates sacer dicit. — **misericordia** = gratia; idem
5., 29., 34.; vide psl. 5, 8. — **aedificor** = condor. — **in coelis**;
m cœlis"; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. · Vulgata iuxta LXX. trahit
ba ad I. hemistichium. — **praeparabitur**: pro: „firmas." Alexan- var.
abuit in textu תכון „tikon" loco תכין „takin", ergo ו loco י.
4. **dispono testamentum** = pango fœdus; idem v. 29., 35, 40.:
82, 6. — **electi meis**; pro: „electo meo": sensus manet idem; var.
missiones *Davidi* factæ *totum* tangebant *populum*. Græcus LXX.
punctatum בחירי i. e. „*b'chiraj*" = „electi mei". pro: „*b'chiri*" =
meus"; confer psl. 7, 5. „*šolem*".
5. **praeparo** = stabilio (= b. Hieron.); Schegg: „erhalten"; vide
2. — **sedes** = thronus; idem v. 45.: vide psl. 44, 7.
6. **confiteor** = celebro. — **etenim** = atque, etiam: אַף (af); vide
15, 6. — **ecclesia** = cœtus; vide psl. 21, 23.
7. **aequabitur**; medium = comparabit se. — **filii Dei** = angeli:
m"; vide psl. 8, 6. et 41, 3. — **in** = inter.
8. **consilium** = consessus. — **glorificatur**: pro: terribilis est:
et causa. — **magnus**; pro: „nimis": est adverbium ad „terri-
Vulgata: „glorificatur"). Vulgata traxit illud iuxta LXX. ad II. hemi-
— **in circuitu eius** = circa eum; vide Rgl. 4. pag. 16.
9. **virtutes** = exercitus; vide psl. 23, 10.
circuitu tuo, scilicet est, i. e. „circumdat".
10. **potestas maris** = fremitus maris; (b. Hieron.: „superbia
— **mitigo** = compesco. — **motus fluctuum eius** = cum sese
fluctus eius: *motus fluctuum* = fluctus se movent, se efferunt. —
11. **humilio** = contero; confer psl. 9, 14. — **superbus**, i. e. Ae-
hebr. רַהַב (rahab), i. e. superbus, fastuosus, (psl. 39. 5. „vanitates"):
cum nomen Aegypti; vide psl. 86. 4. — **in brachio virtutis** =
robusto; vide psl. 4, 2. Rgl. 11. et psl. 2, 9. Rgl. 7.
12. **plenitudo orbis** = quidquid implet orbem.
14. **mare**, i. e. meridies; confer psl. 110, 3. „a solis *ortu* et *occasu*
ne et *mari*." — **in nomine** = de nomine: vide psl. 3, 3. Rgl. 10 *b)*.
14. **cum potentia** = potentissimum; All.: „gewaltig". —
mor = firmus, robustus sum. — **exaltor** = altus sum.
15. **iudicium** = ius; de „mišfat" vide psl. 7, 7. — **praeparatio**,
damentum: (b. Hier.: firmamentum); conf. v. 3. „præparabitur."
16. **scit iubilationem** = scit iubilare; ad verbum: „*scit tubæ*
m", qua scilicet signum datur ad iubilandum: ante II. hemistichium
dum est: „*beati, qui*".
17. **in nomine** = propter nomen: — **in iustitia** = iustitiā; vide
. Rgl. 10. 10. *b)* et 3. — **tota die** = quotidie; vide psl. 70, 15.
= nam; vide Rgl. 3, pag. 16.

v. 18. **gloria** = decus. — **virtus** = robur; vide psl. 77, 61. **beneplacitum** = favore; „*in* est instrumentale; vide psl. 2, 9.

v. 19. **assumptio**; i. e. tutela, protectio; pro: „clipeus"; signu re signata. — **sancti Israël** = sancti Israëlis; vide psl. 3, 1.

var. v. 20. **in visione** = in oraculo. — **sanctis tuis** = piis tuis; vi 4. 4.; pro: „ad pium tuum." Alexandrinus vertit suffixum II. persona ralis loco singularis; sensus manet idem; vide dicta ad versum „electis" = electo. — **posui adiutorium** = præstiti auxilium. **potente** = super potentem = potenti seu heroi; hebr. עַל (a'l). —

add. **de plebe mea**; pro: „e populo"; „*mea*" addit Vulgata iuxta

v. 22. **manus mea auxiliabitur ei** = manus mea firma erit c

v. 23. **nil proficiet in eo**; pro: „non decipiet eum"; sens idem. — **filius iniquitatis** = iniquus, impius; vide psl. 5, 7. Rgl. **non apponat nocere** = non nocebit amplius; pro: „*non humiliabit*

v. 24. **concido** = contundo. — **a facie ipsius** = coram eo Rgl. 4. — **in fugam converto** = percutio (= b. Hieron); effectus et

v. 25. **cum ipso**; scilicet erit; vide Rgl. 2. pag. 16.

in nomine = per nomen; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

v. 27. **invocabit** = vocabit, appellabit; vide Rgl. 5. pag. **susceptor salutis**; pro: „petra salvatrix;" vide psl. 4, 2. Rgl. 11. et

v. 28. **pono** = facio; vide psl. 20, 10.

excelsum prae regibus terrae = altissimum regum terræ.

v. 30. **pono** = constituo; vide psl. 78, 1.

v. 31. **filii** = posteri; vide 41, 1. — **iudicia** = iura; vide

v. 32. **iustitiae** = statuta: חֹק (chok); vide psl. 18, 9.

profano = violo; idem in v. 35.

v. 33. **visito** = punio; vide 58, 6.; **„in"** (bis) vide 2, 9.

v. 34. **non dispergam**; i. e. non avertam. — **neque nocebo in tate mea**; i. e. neque nocebo fidei meæ = nec frangam fidem mea

Pro „*nocebo*" est in psl. 43, 18. „*inique ago*"; שָׁקַר (šakker) cum ב (Vulgata „*in*") significat: „*fefellit*". — **veritas** = fides; vide psl.

v. 35. **facio irrita** = muto; Schegg: ändern; změniti.

v. 36. **in sancto meo** = per sanctitatem meam; vide psl. et 101, 21. Rgl. 57.; All.: bei meiner Heiligkeit; při svatosti své.

si David mentiar = haudquaquam Davidi mentiar.

Rgl. 56. **Regula 56.** *In iurandi formulis vertendum est latinum* „*si*" *n particula:* „non"; e contra „*si non*", affirmativo: „*sane*"; vide psl.

Versus 37^mi^ partem 2^dam^ trahit Vulgata ad v. 38. vide Rgl. 6. p

v. 38. **in conspectu meo** = coram me; vide Reg. 4. — **eri fecta**, scilicet sedes = erit firma. — **fidelis**, scilicet est; vide

v. 39. **vero**; pro: „et tamen;" vide Rgl. 3. pag. 16. — **despi** repudio; (b. Hieron.: „proiicio"); causa et effectus. — **distulisti**; ἀνεβάλλου = *removisti:* pro: „iratus es"; effectus pro causa; vide ad psl. 77, 21. — **christus** = unctus; idem v. 51. vide psl. 2, 2.

v. 40. **testamentum servi tui** = fœdus initum cum servo tu psl. 54, 21. — **in terra** = ad terram prosternens; vide psl. 3, 3.

sanctuarium = res sacra, ornamentum sacrum vicarii Iehovæ corona; b. Hieron.: „diadema".

"

v. 41. **sepes;** i. e. muri; (b. Hieron.: „maceriæ"). — **pono** = facio; psl. 17, 33. — **firmamentum** = munimentum; collectivum; — **for-** ; pro: „ruinæ"; מְחִתָּה (m'chittâ) = 1. *excidium, ruina;* 2. *conster- pavor;* radix „*chatat*" denotat: 1. fregit; 2. *intransitive*: fractus est, rnatus est; hic loci magis convenit prior significatio: „*ruinæ*".

v. 42. **opprobrium** = probrum; vide psl. 68, 9.

v. 43. **exalto** = elevo; — **deprimens** = adversarius. — **laetifico cum** = lætitiam creo hosti. — **avertisti adiutorium gladii**; i. e. , ut gladius eum non adiuvaret; ut ei factus sit inutilis; pro: „*re- m vertisti aciem gladii eius*"; sensus est idem; inutilis fit enim gla- si acies eius retrorsum vertitur. — Ast versio Vulgatæ etiam quoad idem dicit: **averto** = verto retrorsum = converto; — **adiutorium** strumentum, quo quis adiuvatur; hoc autem est in gladio „acies". tus masoreticus dicit; vide psl. 7, 11. — **et non es auxiliatus ei llo**; pro: nec consistere eum fecisti in bello; causa pro effectu.

v. 45. **destruo**; pro: „desinere facio;" hiktil a radice שָׁבַת (šabat); pro effectu. — **emundatio** = mundities, splendor; Thalhofer: „reiner '. — **ab** = „quoad, respectu;" vide psl. 77, 4.; vel *privativum;* confer ; „*a gloria*"; sensus semper manet: „Tu desinere fecisti splendorem — **collido**; pro: deiicio; b. Hieron.: „detraho"; effectus pro causa.

v. 46. **minorasti** = minores quoad numerum fecisti = decurtasti; **npus,** i. e. ætas juvenilis = iuventus; b. Hieron.: „adolescentia". **nfusio** = pudor; confer psl. 39, 16. — **perfundo** = operio.

v. 47. **avertis;** scilicet te = occultas te; vide psl. 12, 1. — **in** = in perpetuum; vide psl. 9, 6. — **„usquequo"** est repetendum hemistichio. — **exardesco** = ardesco, ardeo; vide Reg. 5. pag. 16.

v. 48. **quae mea substantia,** scilicet est = quale seu quam breve æ tempus; vide psl. 38, 6. — **numquid enim vane** = cuius nihili Schegg: „für nichts". — **constituo** = creo; (= b. Hieron.); hebr. ארא); vide Gen. 1, 1. — **filius hominis** = homo; vide psl. 11, 2.

v. 49. **quis est homo, qui vivet et non videbit mortem** = quis vit, qui (= et is) non videat mortem. —

eruet, i. e. qui eripiat; relativum „*qui*" est repetendum.

v. 50. **misericordiae** = beneficia; vide v. 2. — **antiqua** = pri- hebr. „*rišon*", i. e. primus. — **iuro** = iurando promitto. —

n veritate tua = per fidem tuam; vide v. 36. et psl. 35, 6.

v. 51. **contineo** = teneo, porto. — **gentium;** scilicet opprobria.

v. 52. **quod;** scilicet ii = qui; hebraicum אֲשֶׁר ('šer) hoc et illud signi- — **exprobro** = convicior, probris peto; vide psl. 78, 12. — **com-** var. **io** = remuneratio, merces, præmium; Schegg: „Vergeltung"; pro: *ia*", i. e. „agendi ratio"; effectus pro causa. — Divergentia orta est od Alexandrinus pluralem derivat a singulari עֵקֶב (êkeb) „merces."

ab עָקַב (âkeb) *calx,* plur. *vestigia* (calcis, scilicet pedis).

v. 53. **benedictus,** scilicet sit = laudetur. — **fiat** = Amen.

Nota. Hebr. „*sela*" (vide psl. 3, 3,) post v. 5., 38., 46. et 49. Vul- on vertit; LXX. ponit „διάψαλμα"; b. Hieron. „semper".

LIBER QUARTUS.

(Psl. 89.—105. hebr. 90.—106.)

PSALMUS 89. (hebr. 90.)

Cito transit vita nostra!

Auctor, argumentum et occasio. — Auctor nominatur — Moys
cuius canticis (praesertim Exod. 15.) elocutio huius psalmi est similis.
Celebrata aeternitate et omnipotentia Dei, considerat caducam homini
vitam; caducam et miseram ipsorum culpa (1—12). Adiungit preces,
doceat Deus hominem condigne reputare brevitatem vitae, et dein, ut igne
cat peccatis populi, eique sicut antehac larga beneficia impertiri dignet
Occasionem cantico praebuit absque dubio (collatis vers 15.—17. c
Num. 14, 28. . . .) praematura mors Israelitarum, decreta omnibus,
20 annos nati ex Aegypto egressi fuerant.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. Oratio Moysi, hominis Dei.	1. Oratio Moysis, viri Dei.
Domine, refugium factus es	Domine, Tu fuisti refugium nob
nobis: a generatione in gene-	per omnes generationes!
rationem.	
2. Priusquam montes fierent, aut	2. Priusquam nascerentur montes,
formaretur terra et orbis:	et priusquam formares terram
	orbem,
a sæculo et usque in sæculum	iam ab æterno usque ad ætern
tu es Deus.	— Deus es Tu!
3. Ne avertas hominem in humi-	3. Tu reverti facis hominem ad p
litatem; et dixisti: Convertimini, filii hominum.	verem,
	et dicis: „Revertimini homines
4. Quoniam mille anni ante oculos	4. Nam mille anni sunt in oculis Tu
tuos, tamquam dies hesterna,	sicut dies hesternus, quando pr
quæ præteriit,	teriit,
et custodia in nocte,	et sicut vigilia nocturna!

"

quæ pro nihilo habentur,
eorum anni erunt.
Mane sicut herba transeat,
mane floreat, et transeat:
vespere decidat, induret, et
arescat.
Quia defecimus in ira tua, et
in furore tuo turbati sumus.
Posuisti iniquitates nostras in
conspectu tuo:
sæculum nostrum in illumina-
tione vultus tui.
Quoniam omnes dies nostri de-
fecerunt, et in ira tua defe-
cimus.
Anni nostri sicut aranea me-
ditabuntur:
dies annorum nostrorum in
ipsis, septuaginta anni.
Si autem in potentatibus oc-
toginta anni: et amplius eorum
labor et dolor:
quoniam supervenit mansue-
tudo, et corripiemur.
Quis novit potestatem iræ tuæ,

et præ timore tuo iram tuam

dinumerare? Dexteram tuam
sic notam fac,
et eruditos corde in sapientia.
Convertere, Domine: usque-
quo? et deprecabilis esto super
servos tuos.
Repleti sumus mane miseri-
cordia tua:
et exultavimus, et delectati
sumus omnibus diebus nostris.
Lætati sumus pro diebus, qui-
bus nos humiliasti:
annis quibus vidimus mala.

5. Abripis eos instar nimbi, somnium
sunt;
mature — instar graminis interit,
6. mane floret, dein perit,
vespere succisum exarescit!

7. Sane ira Tua conficimur,
et furore Tuo territi deficimus!
8. Tu ponis delicta nostra ante Te,

arcana nostra ad lucem faciei Tuæ!

9. Nam omnes dies nostri abeunt ira-
cundia Tua,

consumimus annos nostros instar
cogitationis;
10. Summa annorum nostrorum sunt
septuaginta anni,
et si maximum — octoginta anni,
quorum superbia est — labor et
dolor;
sane cito transit (ætas), et nos —
avolamus!
11. Quis perpendit vehementiam iræ
Tuæ,
et iracundiam Tuam secundum ti-
morem Tibi debitum!
12. Doce nos itaque numerare dies
nostros,
ut acquiramus cor sapiens!
13. Converte Te, o Domine! quousque?
et miserere servorum Tuorum!

14. Satia nos mane gratia Tua,

ut iubilemus et lætemur per omnes
dies nostros!
15. Lætifica nos numero dierum, quibus
afflixisti nos,
numero annorum, quibus experti
sumus malum!

16. Respice in servos tuos et in opera tua,
et dirige filios eorum.

16. Conspicuum fiat opus Tuum se
Tuis,
et gloria Tua (conspicua fiat)
teris eorum!

17. Et sit splendor Domini Dei nostri super nos,
et opera manuum nostrarum dirige super nos, et opus manuum nostrarum dirige.

17. Sit benignitas Domini Dei no
super nobis,
et fac, ut prosperet opus manu
nostrarum!
fac, inquam, ut prosperet opus
nuum nostrarum!

Oratio Moysi, hominis Dei = oratio Moysis, viri Dei; vide psl. 15 „ipsi David". — **a generatione in generationem** = per omnes ge rationes; vide 76, 9.

v. 2. **a saeculo** = ab æterno; de hebr. „olam" vide psl. 23,

v. 3. **ne avertas hominem** = utinam reverti non facias homin pro: *„tu reverti facis hominem"*. Eandem rem Vulgata modo *conquerentis* primit. — **averto** = reverti facio; vide psl. 13, 7.

in humilitatem = in pulverem; *humilitas* = contritio (= b. H ron.); abstractum pro concreto „contritum" — „terra contrita," „pulvis," quo creatum est corpus hominis. Radix est: דָּכָא, דָּכָה = דָּכַךְ (dakâ, dak = contrivit, contudit; Vulgata hoc verbum reddit plerumque verbo: „ miliare"; confer psl. 9², 0. etc. — **convertor** = revertor; vide 34, 13. — **filius hominis** = homo; vide psl. 11, 2.

v. 4. **custodia in nocte** = vigilia nocturna; vide psl. 76, 5.

var. v. 5. **quae pro nihilo habentur, eorum anni erunt** = anni eo similes sunt rebus, quæ pro nihilo habentur. — Eundem sensum fu téxtus masoreticus: „abripis eos instar nimbi, somnium sunt"; b. Hier „percutiente Te eos, ut somnium erunt." — Divergentia orta est sic: h radix זָרַם (zaram) significat: „fluxit", se effudit"; sequente *obiecto* — undavit", „abripuit"; *„effundi"* est imago *annihilationis*, deliquii (con „aqua effusa"); *„fluere"* imago *cessandi*, evanescendi.

Græcus LXX. habuit verbum hebr. cum suffixo זַרְמָתָם (z'ramtam) *abripis eos instar nimbi* — pro nomine cum suffixo et vertit respectu bito ad ea, quorum „effundi", „fluere" imago est. τὰ ἐξουδενώματα αὐ i. e. nihila eorum, Nichtigkeiten — Vulgata autem resolvit vocem græ — tota sententia: *„quæ pro nihilo habentur"*, quin sensus mutetur. Ulterius שְׁנָה legit *„šanâ"* = *annus* (collectivum) loco „šenâ" = *somn*

Vulgata (non LXX.) trahit II. partem versus 5^ti^ ad versum 6^tum^.

v. 6. **mane** = mature. — transeo (bis) = pereo, intereo;

add. psl. 36, 36. — **decidit;** pro: conciditur; effectus et causa. — **indu et arescat;** duo synonima, sensu eodem, pro simplici: *„exaresçit"*; n *„indurare"* (de plantis) = durus fieri = succo orbari seu arescere.

v. 7. **quia;** pro: „sane;" hebr. כִּי (ki); *idem* v. 10. „quoniam". — **ira — in furore** = ira — furore; vide 2, 9. Rgl. 7. — **deficio** = ficior, pereo; vide 9, 7.; vergehen; hynouti. — **turbor** = territus defi

v. 8. **in conspectu tuo** = ante te; vide Rgl. 4. pag. 16. — **sae-**
lum, i. e. vitam (peccatis plenam); pro: „**arcana**“, scilicet peccata.
Græcus LXX. legit „*olam*“ = sæculum; vide psl. 23, 7. pro masoret.
um“ = „absconditum“: „arcanum“. — Parallelismus docet, „*sæculum*“
lgatæ idem significare, quod voce I. hemistichii „iniquitates“ exprimitur.
in illuminatione = ad lucem; vide psl. 3, 3. Rgl. 9. et psl. 26. 1.
v. 9. **deficio** = abeo; Schegg: „hinſchwinden“. — **et in ira tua** =
tua; pertinet ad præcedens: „defecerunt“; vide Rgl. 6, pag. 16. —
“ addit Vulgata iuxta LXX. — **deficimus** = consumimus, ad finem add.
ducimus; vide psl. 63, 7. — „*deficere*“ ponitur etiam pro: „*deserere.*“
d. Met. 2, 382. — **anni nostri**, i. e. annos nostros (obiectum). —
sicut meditabuntur = sicut cogitatio = instar cogitationis; — **ara-** add.
a; LXX. ἀράχνη est absque dubio *glossa*; est ergo omittenda.
In Græc. LXX. est verbum „ἐμελέτων“, i. e. cogito, vel cogit*ant*. In-
ta glossa difficilior videbatur I. pers. singularis quam III. pluralis. Inde
gata vertit: „meditabuntur“. Sensus quoad rem idem est: *anni nostri*
abeunt. B. Hieron. vertit: „consumpsimus annos nostros quasi sermonem
ıens“; de „*aranea*“ vide psl. 38, 12.
v. 10. **dies annorum nostrorum** = summa annorum nostrorum. —
ipsis“ est superfluum, quia refertur ad Nominativum absolutum „*dies*“;
e psl. 10, 4. Rgl. 29. — **in potentatibus** = maximum; vide psl. 4, 9.
. 14. et psl. 5, 10. Rgl. 18. — **et amplius eorum** = amplius iis; var.
darüber iſt; pro: „*quorum superbia est*“; Sensus manet idem.
Græcus LXX. legit: „*robâm*“ = „longitudo, amplitudo eorum“ (= τὸ
lius 80 annorum) pro masor. „*rohbâm*“ = „superbia eorum“ = quo
ines tales superbire possunt. Divergentiam ergo causavit omissum ה (h);
supervenit = venit; vide Rgl. 5. pag. 16. — **mansuetudo**; scilicet
sica; i. e. debilitas, imbecillitas, virium remissio; Schegg: „Schwäche“.
corripior = abripior, rapior = avolo; remissionem virium sequitur
rs; inde est sensus quoad *rem* idem.
v. 11. **novit**; i. e. perpendit. — **potestas**; i. e. vehementia; Ill.:
alt; přísnosť. — **prae timore tuo**; i. e. secundum timorem *tui* =
ndum timorem tibi debitum; vide psl. 5, 8. Rgl. 17.
v. 12. **dinumerare**; pro simplici: numerare; vide Rgl. 5. pag. 16.
sic = itaque; hebr. כֵּן (ken); — **notam fac** = doce. —
dexteram tuam; pro: „*dies nostros*“. — Loco ימינו i. e. „*jaménu*“ var.
„dies nostri“ habuit Alexandrinus in textu absque dubio ימינך i. e.
inéka“ = „dextera tua“; permutatum est ergo ו cum ך.
Iuxta *Vulgatam* est ergo sensus: Doce nos potestatem tuam numerare,
condigne pensare. — Ab illa potestate divina pendet numerus anno-
nostrorum; idem dicit textus masoreticus: „Doce nos itaque numerare
nostros,“ scilicet, qui a potestate tua nobis conceduntur“.
et eruditos corde in sapientia; scilicet fac nos, i. e. fac, ut cor
rum in sapientia eruditur, vel: „fac, ut acquiramus cor sapiens“.
v. 13. **convertere**; medium = converte te; vide psl. 21, 28.
deprecabilis esto super servos tuos = miserere servorum tuorum;
precabilis“ = Dr. Kaulen: „durch Bitten erweichbar“.
v. 14. **repleti sumus**; pro: „satia nos“; b. Hieron: „imple nos“. — var.
cus LXX. legit impunctatum שבענו „*saba'nu*“ = „*repleti sumus*“; (Per-

fectum kal) loco *„sabbe'nu“* = „satia nos“. (Imperativus kittel.) — Perfectum Vulgatæ est pro Futuro certissimo „replebimur“; quod ergo *optatur*, hoc secundum Vulgatam absque hæsitatione *exspectatur*. — **misericordia** = gratia; vide psl. 5, 8. — **et** = ut; vide Rgl. 3. pag. 16.

var. v. 15. **laetati sumus**; pro: *„lætifica nos“*. — Græcus LXX. legit impunctatum שמחנו *„samâchnu“* (Perfectum kal) loco *„samm'chênu“* (Imperativus kittel). — Sensus non mutatur; vide dicta ad versum præcedentem. — **humilio** = affligo; vide psl. 9^2, 10.

anni = numerus annorum. — **video** = experior; vide psl. 26, 13.

var. v. 16. **respice**; LXX. κατάϐλεψον; pro: pro: *„conspicuum fiat“*. Græcus LXX. habuit in textu suo וראה i. e. *u'rê* = *„et respice“* loco יראה i. e. *jeraê* = *„conspicuum fiat“*; (b. Hieron.: „appareat“). — Divergentia ergo

add. orta est ex permutatione ' cum ו. — **et in opera**: Vulgata iuxta LXX. addit *„et“*, quod hic valet idem, quod *„nempe“*. — **et dirige**; pro: *„et*

var. *gloria tua“*; Græcus LXX. legit impunctatum הדרך i. e. *hadrêk* = *dirige*; loco *h^adar'ka* = *gloria tua*. — **filii** = posteri; vide psl. 41, 1.

Sensus Vulgatæ est: Respice clementer servos tuos, qui sunt opus tuum, et dirige posteros eorum; *idem* dicit textus masoret.: Conspicua fiat gloriosa benignitas et beneficentia tua et servis tuis et posteris eorum.

v. 17. **splendor** = gratia, benignitas. Hebraica vox hoc et illud significat; confer: *vultus splendidus* = gratiosus, benignus. — **dirigo opus** = rego opus (vide Rgl. 5. pag. 16.); i. e. facio, ut prosperet opus; facio, ne careat opus effectu desiderato. — **„super nos**;“ i. e. in favorem nostrum redundat etiam in latina versione. — **et**; hic loci optime respondet latino *„inquam“*; vide Rgl. 3. pag. 16.

Nota Ultimæ voces *„et opus manuum nostrarum dirige“ non* sunt in codice Vaticano; reperiuntur autem in codice Alexandrino.

PSALMUS 90. (hebr. 91.)

Deus est tutissimum refugium nostrum.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer, cuius nomen ignoratur, docet, quam tutus vivat in omnibus periculis ille, qui Deo confidit, suaque omnia providentiae divinae committit. — Personae loquentes variant; discernuntur tres voces (ut in margine indicatur); vox tertia — vox Dei — psalmum concludit. De tempore et occasione exarationis nil certi constat.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
Laus cantici David.	(I. voc.)
1. Qui habitat in adiutorio Altissimi in protectione Dei cœli commorabitur.	1. **Q**ui habitat sub tutela Altissimi securus quiescit in umbra Omnipotentis.

"

Dicet Domino: Susceptor meus es tu, et refugium meum,
Deus meus: sperabo in eum:
quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, et a verbo aspero.

2. Dico ad Dominum: „Tu es refugium meum et arx mea,
Deus meus, in quo fiduciam colloco“! (II. vox.)

3. Sane Is eripiet te e laqueo aucupis, (I. vox.)
e peste perniciosissima.

Scapulis suis obumbrabit tibi,
et sub pennis eius sperabis.
Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno:
a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris: ab incursu, et dæmonio meridiano.

4. Pennis suis obumbrabit te.
et sub alis Eius refugium invenies,
scutum tutissimum est fides Eius.

5. Non est, quod timeas a terrore nocturno,
a sagitta, quæ volat interdiu,

6. a peste, quæ in caligine incedit,
a lue, quæ meridie vastat!

Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dexteris tuis: ad te autem non appropinquabit.

7. Cadent a latere tuo mille.
et decem millia a dextera tua;
ad te — non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis.

8. Tantum oculis tuis id spectabis,
et retributionem impiorum videbis.

Quoniam tu es, Domine, spes mea:
Altissimum posuisti refugium tuum.

9. Sane Tu, o Domine, es refugium meum! (I. vox.) (chorus.)
Altissimum posuisti præsidium Tuum! (II. vox.) (chorus.)

Non accedet ad te malum, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

10. Non obveniet tibi malum,
et plaga non appropinquabit ad tentorium tuum;

Quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.

11. nam angelis suis mandavit de te,
ut custodiant te in omnibus viis tuis;

In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

12. super manibus suis portabunt te,
ne allidas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem.

13. Super leone et vipera gradieris,
calcabis leonem iuvenem et serpentem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum:
protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

14. Quoniam mihi adhæret, eripiam eum, (III. vox.)
tutum præsto eum, quia novit nomen meum.

15. Clamabit ad me, et ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, et glorificabo eum.
16. Longitudine dierum replebo eum, et ostendam illi salutare meum.

15. Invocat me et ego respondeo ei, in angustiis quum versatur, cum eo sum, libero eum et glorifico eum.
16. Longitudine dierum saturo eum, et experiri facio eum auxilium meum.

add. **Laus cantici David**; addit Vulgata iuxta LXX.

v. 1. **in adiutorio** = sub tutela. — **protectio**: pro: umbra (metafora); b. Hieron.: „umbraculum". — **„Deus coeli"**: iuxta LXX.; pro: „Omnipotens" (= b. Hieron.); in hebraico est שַׁדַּי (šaddaj), epitheton Iehovæ: confer Gen. 17, 1.; ubi ipsa Vulgata vertit: „omnipotens".

commoror = moror, scilicet securus = securus quiesco.

var. v. 2. **dicet**, scilicet quicunque sub tutela Altissimi habitat: in *textu masoret.* est: *„dico"* scilicet ego, vates — unus eorum. — Græcus LXX. legit impunctatum אמר *„o'mer"* = „dicens" (Participium), pro: *o'mar* = „dico" (Futurum). Sensus non mutatur; divergentia est tantum in persona loquente. — **susceptor**: pro: refugium; confer psl. 3. 4. — **refugium**: pro: arx; (b. Hieron.: „fortitudo"); vide psl. 17. 3.

v. 3. **quoniam**; pro: „sane;" idem v. 9.: כִּי (ki). — **venantes**: pro:

add. „auceps" (collectivum); genus et species; *„et"* addit Vulgata iuxta LXX.

verbum asperum = res aspera, dura, perniciosa: rem ipsam no-

var. minat textus masoreticus: *„pestis perniciosissima"*. Græcus LXX. legit impunctatum דבר *„dabar"* = verbum, res (vide psl. 40, 9.). pro *„deber"* = pestis. — Plurali attributi (havvot), *superlativus* exprimitur: vide 5, 10.

v. 4. **scapulae** = humeri; pro: pennæ: Schegg: „Fittiche". — **pennae** = alæ: — **spero** = refugium invenio; vide 35, 8. Schegg: „ruhig ſein".

Vulgata (non LXX.) trahit II. partem v. 4. ad v. 5. et v. 5ª ad v. 6.

v. 5. **scuto circumdabit te veritas eius** = scutum tutissimum est fides Eius. — **non timebis** = non est, quod timeas: vide psl. 5, 8. Rgl. 16. **timor** = terror; vide psl. 30, 12.; Alll.: „Schrecken".

var. v. 6. **in die** = interdiu; vide psl. 41, 9. — **negotium**: pro: „pestis" (= b. Hieron.). Hic valent dicta ad v. 3. „verbum asperum". — **ab incursu** = a lue; b. Hieron.: „a morsu". — **ab incursu et daemonio meridiano**; pro: „a lue = quæ meridie vastat;" b. Hieron.: „a morsu

add. insidiantis meridie." — **„et"** addit Vulgata iuxta LXX.

Græcus LXX. habuit in codice suo ושוד i. e. *v'šud* = „et dæmonium" loco ושוד i. e. *jašud* = „vastat"; ergo ו loco י. A radice *„šud"*: 1. violenter agere, vastare; 2. dominari; derivatur „šed" = arabicum „šajjedon" i. e. „dominus." In sacra scriptura occurrit pluralis tantum *„šedim"* = „idola", proprie „domini". Quia Iudæi idola putabant dæmones esse, inde vertit LXX. δαιμόνια et Vulgata „dæmonia"; confer Deut. 32. 17.: *„immolaverunt dæmoniis et non Deo"*. Sensus quoad rem manet idem. Alexandrina adscribit dæmoni febrim seu morbum, qui æstu meridiano grassatur.

v. 8. **verumtamen**; pro: tantum: dumtaxat; hebr. רַק (rak).

v. 9. **spes** = refugium, vide 60, 4. — **refugium** = præsidium.

"

v. 10. **flagellum** = plaga.
v. 12. **offendo pedem** = allido pedem.
v. 13. **aspis**; LXX. ἀσπίς = vipera; Natter; zmije pro; *„leo"*; hebr. (šachal) a radice „šachal" „rugiit" vertit Vulgata *„leo"* in Prov. 26, in ceteris locis *„lœena"*; vide Job. 4, 10. 10, 16. 28, 8. Os. 5, 14. 7.; LXX. λέαινα Job. 4, 10.; πανθήρ Os. 13. 7; in ceteris locis λέων. **basiliscus**, LXX. βασιλίσκος; pro: *vipera;* in *omnibus* aliis locis vertit ata hebr. פֶּתֶן (fêten) voce: *„aspis"*; vide Deut. 32, 33. psl. 57, 5. Is. 8. Job. 20, 14. 16.; etiam LXX. vertit semper ἀσπίς excepto Job. 20. ubi ponit „δράκων", et hic loci βασιλίσκος — **conculco** = culco: vide 5. — **leo**; i. e. leo iuvenis. — **draco**; δράκων; i. e. serpens. —
v. 14. **speravit in me** = adhæret mihi: causa et effectus. **cognovit** = novit; vide psl. 17, 45.; vide Rgl. 5. pag. 16.
v. 15. **exaudio eum** = respondeo ei; vide psl. 80, 80.
v. 16. **ostendo** = experiri facio; vide psl. 4, 6. **salutare** = auxilium; vide psl. 9, 16.

PSALMUS 91. (hebr. 92.)

Dominus — rex iustus.

Auctor, argumentum et occasio. — Vates sacer ignotus docet, ibus celebrandum esse Iehovam (v. 1 - 4), qui impios perdit (5—10) et fortunat (v. 11—16.) — Occasio, si quae fuit singularis, ignoratur.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Psalmus cantici, in die sabbati.	1. Carmen, canticum in diem Sabbati.
Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, Altissime:	2. **D**ecet celebrare Dominum, et canere nomini Tuo, Altissime!
ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem:	3. notam facere mane gratiam Tuam, et quaque nocte fidem Tuam!
in decachordo, psalterio, cum cantico, in cithara.	4. ad decachordum atque ad lyram, ad fidium cantum in cithara!
Quia delectasti me, Domine, in factura tua,	5. **N**am Tu lætificas me, o Domine, operibus Tuis,
et in operibus manuum tuarum exultabo.	ego iubilo de operibus manuum Tuarum!

6. Quam magnificata sunt opera tua, Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.
7. Vir insipiens non cognoscet, et stultus non intelliget hæc.
8. Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum, et apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem, ut intereant in sæculum sæculi:
9. tu autem Altissimus in æternum, Domine.
10. Quoniam ecce inimici tui, Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt,
et dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.
11. Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum, et senectus mea in misericordia uberi.
12. Et despexit oculus meus inimicos meos,
et in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.
13. Iustus, ut palma florebit; sicut cedrus Libani multiplicabitur.
14. Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt.
15. Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi, et bene patientes erunt,
16. ut annuntient: quoniam rectus Dominus Deus noster, et non est iniquitas in eo.

6. Quam magna sunt opera Tua, [illegible] mine,
consilia Tua sunt nimis profun
7. Homo stupidus hoc non cognos
et stultus id non intelligit.
8. Cum germinant instar herbæ im
et cum florent omnes facinorosi
(florent), ut deleantur in perpetu
9. Tu vero Excelse manes in sempi num, o Domine!
10. Nam ecce, hostes Tui, o Dom
nam ecce, hostes Tui pereunt,
omnes malefici disperguntur.
11. Meum vero cornu exaltas ut (nu) bubali,
perfusus sum oleo recenti.
12. Et oculus meus cum voluptate vi
insidiatores meos,
et aures meæ cum voluptate a unt adversarios meos impios
13. Iustus germinat ut palma,
crescit ut cedrus in Libano.
14. Plantati in domo Domini,
germinant in atriis Domini Dei nos
15. germinant adhuc in senectute,
succosi sunt et virides,
16. notumque faciunt. iustum esse minum,
petram meam, et nihil iniust esse in Eo.

Psalmus cantici in die sabbati = carmen, canticum in d sabbati, seu in die sabbati decantandum; confer psl. 29, 1.

v. 2. **bonum est** = decet. — **confiteor Domino** = celebro minum; vide psl. 6, 6. — **psallo** = cano; vide psl. 65, 4.

v. 3. **ad annuntiandum**; pro: „annuntiare"; nam dependet il sicut „confiteri" et „psallere" a voce „bonum est". — **annuntio** = nun notum facio. — **misericordia** = gratia; idem v. 11.; vide psl. 5, 8.

veritas = fides; vide psl. 35, 6.
v. 4. **decachordus** = instrumentum decem habens chordas. — **in
erio** = ad lyram; נֵבֶל (nebel). — **cum cantico** = ad fidium cantum;
psl. 9, 17. „higgaon".
v. 5. **delecto** = lætifico; vide psl. 44, 9. — **in factura** (collecti-
= operibus; *factura* = opus; vide psl. 2, 9. Rgl. 7. — **et in ope-**
= de operibus; vide psl. 9, 16. — **„et"** addit Vulgata iuxta LXX. add.
v. 6. **cogitationes** = consilia; vide psl. 39, 6.
v. 7. **vir non cognoscet,** scil. hoc; vide 1, 1. et 20, 5. Rgl. 41.
v. 8. **exorior** = orior = germino (= b. Hieron.). — **in saeculum
li** = in æternum; vide psl. 81, 18. — **foenum** = herba; vide psl.
5. — **appareo,** scilicet in flore = floresco (= b. Hieron.).
v. 9. **tu autem,** scilicet manes; vide Rgl. 2. pag. 16.
v. 11. **unicornis** = bubalus; vide psl. 21, 22. — **exaltabitur**; var.
et ope divina; pro: *„exaltas;"* scilicet Tu Deus; sensus est idem. —
us LXX. legit impunctatum תרם *„tarum"* cum vocalibus formæ pas-
loco: *„tarem"*. — **et senectus mea in misericordia uberi**; pro: var.
usus sum oleo recenti". Sensus est secundum *Vulgatam*: beatus sum
iectute mea, scilicet superatis impiis — gratia tua, et hoc est causa
udinis, lætitiæ. Idem dicit vates in textu masoretico petita imagine
va succi olcique plena. — Divergentia orta est sic: Græcus LXX.
impunctatum בלתי *(b'loti)* i. e. „τὸ veterascere meum" = „senectus
oco *„balloti"* = „perfusus sum." — Insuper putavit *„virore"* (recens)
hebraici indicari *„vigorem;"* inde habet Vulgata *„uberi"*. — Denique
LXX. per errorem scribæ ἐλείῳ (misericordia) pro: ἐλαίῳ (oleo).
v. 12. **despicio** = specto de sursum = specto, cum voluptate in-
confer psl. 53, 9. — **audiet,** scilicet cum voluptate. — **in insur-
bus in me malignantibus** = adversarios meos impios; *„in"* vide
3. Rgl. 10.
v. 13. **floreo** = germino; idem v. 14.
multiplicor = cresco, germino; idem v. 15.
v. 15. **uberi**; pro: „succosi" — iuxta Græcum LXX. trahit Vulgata, var.
utem Allioli hoc adiectivum ad præcedens nomen, respective ad I. he-
hium (vide Rgl. 6. pag. 16.); insuper vertit *pluralem* huius adiectivi
et Vulgata *singulari*. — Sensus non mutatur. — **bene patientes** =
valentes; pro: virides; metafora; Schegg: „grünen wohlbehalten".
v. 16. **quoniam**; pro constructione Accusativi cum Infinitivo; vide
21. Rgl. 25. — **Deus noster**; pro: *„petra mea."* — Secundum var.
tam loquuntur *omnes iusti*, secundum textum masoreticum *vates sacer*.
vergentia est tantum in persona loquente.
iniquitas = iniustitia; genus et species.

PSALMUS 92. (hebr. 93.)

Deus est rex altissimus.

Auctor, argumentum et occasio. — Vates sacer — ignotus — celebrat hymno hoc Iehovam, qui maiestate sua longe eminet omnibus phaenomenis grandibus, et legem veritate nixam tulit Hebraeis; inde sancte venerandum sanctuarium Eius. —

De occasione huius hymni nil notum est.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Laus cantici ipsi David;	
in die ante sabbatum, quando fundata est terra.	
1. Dominus regnavit, decorem indutus est:	1. **D**ominus regnat, indutus est m
indutus est Dominus fortitudinem, et præcinxit se.	iestate, indutus est Dominus, cinctus potentia;
Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur.	sic firme stat orbis, non nutat.
2. Parata sedes tua ex tunc:	2. Firmum stat solium Tuum inde
a sæculo tu es:	æterno, ab æternitate — Tu es.
3. Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flumina vocem suam. Elevaverunt flumina fluctus suos.	3. Flumina tollunt, o Domine, flumina tollunt vocem suam, flumina tollunt fragorem suum.
4. a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.	4 Præ vocibus aquarum multaru validarum, præ fluctibus maris, magnificus est in excelso — Domin
5. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudinem dierum.	5. Effata Tua sunt verissima, domui Tuæ decet sancta reverent o Domine, in longitudinem dieru

add. **Laus Cantici ipsi David** (addit Vulgata, non LXX.); **in die an Sabbatum, quando fundata est terra**; addit Vulgata iuxta LXX.

v. 1. **decor** = maiestas. — **praecingo**; pro: cingo; vide psl. 17,

add. **et praecinxit se**; „*et*“ addit Vulgata iuxta LXX.; post „Dominu ponendum est in Vulgata comma; vide Rgl. 6. pag. 16. — **etenim**; pr „sic;“ scilicet sub regimine Iehovæ. — **firmavit orbem**; pro: „fir stat orbis.“ Sensus est idem. Græcus LXX. habuit in codice הקין i. „*hekin*“ = firmavit, loco תקון i. e. „*tikon*“ = firme stat; ergo ה loco

var. et ’ loco ו. Pro „**firmavit**“ ponit Vulgata „*correxit*“ in psl. 95, 10.

commoveor = nuto; vide psl. 20, 8.
v. 2. **parata est** = firma est (= b. Hieron.). — **sedes** = thronus, n; vide psl. 44, 7. — **ex tunc** = inde ab æterno. — **a saeculo**; ab æterno; vide „olam“ psl 23, 7.
v. 3. **elevo** = levo; (= b. Hieron.); — **fluctus**; pro: fragor; b. on.: „gurges“. — **a vocibus** = *præ* vocibus; vide psl. 4, 6. et 8. 13. — **mirabilis**, i. e. magnificus. — Ut sensus e Vulgata eruatur, pa- iesi signanda sunt: „mirabiles elationes maris“ et sic erit: Præ vo- aquarum multarum — (mirabiles sunt elationes maris) — magnificus n altis Dominus; i. e. vocibus aquarum multarum magnific*entior* est tis Dominus. — Sensus est idem, ut in textu masoretico. — var.
Græcus LXX. præpositionem מִן (min) in codice suo non habuit, inde t Vulgata „elationes maris“ pro: „*præ* elationibus maris“ et trahit tivum „mirabiles“ (quod pertinet ad vocem „aquarum“) ad „*elationes*“. **irabiles** = validæ; b. Hieron.: „grandes“. — **elationes** = fluctus). Hieron.) — **in altis** = in excelsis (= b. Hieronymus).
v. 5. **testimonia** = effata. — **credibilia facta sunt** = sunt veris- ; effectus et causa. — **sanctitudo**, i. e. sancta reverentia.

PSALMUS 93. (hebr. 94.)

Iniustos iudices perdet Deus.

Auctor et argumentum et occasio. — Vates sacer — ignotus imi et eleganti hoc poëmate in memoriam revocat omniscientiam Dei bus iniustis, qui Deum non curantes, nomine legis iniuriam faciunt et uinem innocentem profundunt; dein celebrat felicitatem eorum, qui in confidunt. De tempore et occasione exarationis quid certi indicari nequit.

Textus Vulgatæ.

Psalmus, ipsi David; quarta abbati.
Deus ultionum Dominus: Deus ultionum libere egit.
Exaltare, qui iudicas terram: redde retributionem superbis.
Usquequo peccatores, Domine: usquequo peccatores gloriabuntur:
effabuntur, et loquentur iniquitatem: loquentur omnes, qui operantur iniustitiam?

Versio textus hebraici.

1. **D**eus supremæ ultionis, Domine!
Deus, supreme iudex manifestare!
2. Effer te, o iudex terræ,
rependе actionem fastuosis!
3. Quousque impii, o Domine!
quousque exultabunt impii!

4. **E**bulliunt, proterve loquuntur,
omnes malefici gloriantur.

5. Populum tuum, Domine, humiliaverunt, et hereditatem tuam vexaverunt.
6. Viduam, et advenam interfecerunt, et pupillos occiderunt.
7. Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob.
8. Intelligite, insipientes in populo:
et stulti, aliquando sapite.

9. Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?
10. Qui corripit gentes, non arguet:
qui docet hominem scientiam?
11. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.
12. Beatus homo, quem tu erudieris, Domine,
et de lege tua docueris eum.
13. Ut mitiges ei a diebus malis,

donec fodiatur peccatori fovea.
14. Quia non repellet Dominus plebem suam,
et hereditatem suam non derelinquet.
15. Quoadusque iustitia convertatur in iudicium,
et qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde.
16. Quis consurget mihi adversus malignantes?
aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?
17. Nisi quia Dominus adiuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea.

5. Populum tuum, o Domine, conterun
et possessionem tuam affligunt.

6. Viduas et hospites interficiunt,
et orphanos occidunt
7. dicentes: „Non videt id Dominu
neque animadvertit Deus Iacobi.

8. **A**nimadvertite, maxime bruti inte
homines,
et vos stulti, quando adipiscemi
prudentiam?
9. Num, qui plantavit aurem, n
audiat?
num, qui fecit oculum, non videa
10. Num, qui monet populos, non p
niat?
Is, qui docet homines intelligentiam
11. Dominus novit cogitata hominu
(novit), ea esse vana.
12. **B**eatus homo, quem Tu, o Domi
mones,
et quem lege Tua instituis,
13. ut quietem concedas ei præ dieb
calamitosis.
donec fodiatur impio fovea!
14. Non enim deseret Dominus pop
lum suum.
et possessionem suam non dereli
quet,
15. nam ad id, quod iustum est, reve
debet iudicium.
idque sequentur omnes, qui s
animi integri.
16. **Q**uis consurget, ut adsit mihi c
tra scelestos?
Quis consistet mihi contra malefi
(certanti)?
17. Nisi Dominus esset auxilium mi
prope esset, ut habitaret ani
mea in silentio.

"

Si dicebam: Motus est pes meus, misericordia tua, Domine, adiuvabat me.
Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.
Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis:
qui fingis laborem in præcepto?
Captabunt in animam iusti. et sanguinem innocentem condemnabunt.
Et factus est mihi Dominus in refugium, et Deus meus in adiutorium spei meæ.
Et reddet illis iniquitatem ipsorum, et in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos Dominus Deus noster.

18. Si vero existimo, nutare pedem meum,
sustentat me, o Domine, gratia Tua.
19. In multitudine curarum in corde meo,
exhilarant animam meam consolationes tuæ.
20. Num habet Te socium — tribunal violentiæ,
faciens iniuriam nomine legis?
21. In vitam iusti irruunt illi.
et innoxium sanguinem damnant!
22. Verum mihi est Dominus arx excelsa,
et Deus meus — petra refugii mei!
23. Et Ipse rependet illis hypocrisim eorum,
et malitia ipsorum perdet eos:
perdet eos Dominus Deus noster!

v. 1. **Psalmus ipsi David. Quarta sabbati**: addit Vulg. iuxta LXX. add.
ultiones = suprema ultio: vide psl. 5. 10. Rgl. 18. — **Deus ultio-** = Deus supremæ ultionis. i. e. Deus supreme vindex. iudex. — **libere egit** = libere agit. — Schegg: „tritt auf"; Deus tamquam is iudex occulta impiorum crimina detegit et in apertum profert reos convincit. — Quod Vulgata tamquam *factum* ponit. *optat* sensu eodem is masoreticus verbis: „manifestare": b. Hieron.: „ostendere": Græcus . vertit Perfectum loco Imperativi: utrique enim est forma eadem.
v. 2. **redde retributionem**, i. e. rependе actionem: vide psl. 27, 4.
v. 3. **Dominus**, LXX. κύριε; pro: Domine.
v. 4. **effari** = ebullire; Thalhofer: großsprechen; chvástati. — **iniqui-m** = inique. perverse; vide psl. 11. 3. Rgl. 31. — **loquuntur**. sci-fastuose = gloriantur. (b. Hieron.: „garrient").
v. 5. **humilio** = affligo. contero. vide psl. 34. 13.
v. 6. **pupillus** = orfanus; vide psl. 80, 3.
v. 7. **intelligo** = animadverto: idem v. 8.: vide psl. 57, 10.
v. 8. **insipientes**; i. e. maxime bruti.
v. 10. **arguo**: scilicet facto = punio: vide psl. 6. 2.
v. 11. **quoniam**: vide psl. 9, 21. Rgl. 25. **„scit"** repetendum est.
v. 13. **mitigo ei a diebus malis** = mitigo in favorem eius dies s. seu quietem concedo ei præ diebus calamitosis.
v. 14. **repello**, pro: desero; vide psl. 77, 60.
v. 15. **quoadusque iustitia convertatur in iudicium** = nam ad quod iustum est. reverti debet iudicium. — **quoadusque** = nam usque d = nam ad id. — **iustitia** = id. quod iustum est: vide psl. 16. 1.

et 34, 27. — **convertor**, i. e. revertor; vide psl. 34, 13. et 5, 8. Rgl. 1
— **et iuxta illam** (iustitiam) **omnes** (scilicet erunt) = idque (scilic
ius) sequentur omnes. — **recto corde** = animi integri; vide 57, 8.

v. 16. **mihi**; i. e. ut adsit mihi. — **mecum**, scilicet certante.

v. 17. **nisi, quia Dominus adiuvit me** = nisi Dominus esset aux
lium mihi; „quia", LXX. ὅτι abundat, est pleonasticum. — **paulo min**
(LXX. παρόμοιον), i. e. brevi = prope esset, ut; Schegg: beinahe, bezmál
confer psl. 118, 87. — **in inferno**; pro: in silentio, i. e. silens int
mortuos; (Todtenſtille); sensus est idem; in inferno omnia silere dicuntu

v. 18. **dico** = existimo. — **moveor** = nuto; vide psl. 25, 12.

misericordia = gratia; vide psl. 5, 8.

v. 19. **secundum** = in; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

dolor = cura; (b. Hieron.: „cogitatio"); effectus et causa.

v. 20. **adhaeret tibi** = habet te socium. — **sedes**; i. e. tribun
— **iniquitas**: i. e. violentia; genus et species; vide psl. 54, 10. — **fin**
= facio. — Hebr. Participium „jocer", LXX. ὁ πλάσσων, refertur ad voc
„*sedes*" (tribunal). — **labor**; pro: miseria = iniuria; effectus et caus
confer psl. 24, 18. — **in praecepto** = secundum præceptum = nomi
legis. — **praeceptum** = lex; hebr. חֹק (chok); confer psl. 7, 7. „mišfa

v. 21. **anima** = vita; vide psl. 34. 4. — **capto in**, LXX. θηρεύ
(mache Jagd) = irruo in . . — Latinum „*capto*" est sive *frequentativu*
sive *desiderativum* verbi „capio" = volo capere. In re *gladiatoria* est „captar
— insidioso ictu adversarium petere. — **condemno** = damno; vide Rgl.

v. 22. **refugium**; pro: arx excelsa; vide psl. 17, 3.

adiutorium spei; pro: petra refugii; vide psl. 7, 11.

v. 23. **reddo** = rependo. — **iniquitas**; pro: hypocrisis: genus
species. — **in malitia** = malitia; vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

disperdo = perdo; vide psl. 17, 41.

PSALMUS 94. (hebr. 95.)

Laudate Dominum! Obedite voci Eius!

Auctor, argumentum et occasio. — Vates sacer — coll. Hebr. 4
David, excitat Hebraeos ad celebrandum Deum, creatorem unive
monetque eos, ne contra tantam maiestatem ut olim in Arabia Petraea refr
tarii sint; nam, Deus talem agendi rationem etiam nunc condigne puniet.

Si David est huius psalmi auctor, praebuit verosimile exarationi
occasionem translatio arcae foederis in montem Sion (II. Sam. cap.

Nota. Vulgata latina exhibet textum psalterii Gallicani (vide Praef
pag. 1.); Breviarium autem Romanum textum psalterii Romani.

"

Textus Vulgatae.

Laus cantici, ipsi David.
Venite, exultemus Domino: iubilemus Deo salutari nostro: præoccupemus faciem eius in confessione,
et in psalmis iubilemus ei:
quoniam Deus magnus Dominus, et rex magnus super omnes deos.
Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipsius sunt.
Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et siccam manus eius formaverunt.
Venite, adoremus, et procidamus, et ploremus ante Dominum, qui fecit nos.

Quia ipse est Dominus Deus noster, et nos populus pascuæ eius, et oves manus eius.
Hodie, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra:
sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto:
ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt me, et viderunt opera mea.
Quadraginta annis offensus fui generationi illi,
et dixi: Semper hi errant corde.
Et isti non cognoverunt vias meas, ut iuravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam.

Versio textus hebraici.

1. Venite, exultemus Domino,
iubilemus petræ salutari nostræ!
2. Veniamus ante faciem Eius cum gratiarum actione,
cum canticis iubilemus Ei!
3. Nam magnus Deus est Dominus,
et rex magnus super omnes deos,

4. in cuius manu sunt fundamenta terræ,
et cui sunt summa montium;
5. cui est mare; Ipse enim fecit illud,
etiam aridam finxerunt manus Eius.

6. Venite, prosternamus nos et incurvemus nos,
in genua procumbamus coram Domino, creatore nostro!
7. Ipse enim est Deus noster, nos autem sumus populus pascui Eius et grex manus Eius;
utinam hodie voci Eius obediatis!
8. Ne obduretis cor vestrum ut Meribæ,
ut die tentationis in deserto!

9. ubi tentaverunt me patres vestri,
explorarunt me, quamquam viderunt opera mea.
10. Quadraginta annis fastidium habui in generatione ea,
et dixi: Populus animi aberrantis sunt illi;
nam non cognoverunt vias meas.
11. Propterea iratus eis iuravi:
„Non introibunt in requiem a me paratam.“

v. 1. „**Laus cantici ipsi David**“ addit Vulgata iuxta LXX. add.
Deus; pro: „petra“; vide psl. 30, 3.
v. 2. **praeoccupo faciem** = prævenio faciem = venio ante faciem;

confer psl. 87, 14. — **in confessione** = cum gratiarum actione; vid
psl. 20, 4. Rgl. 40. et psl. 6, 6. — **in psalmis** = cum canticis.

v. 3. **Deus magnus,** scil. est; In psalterio Romano iuxta LXX. ad
ditum est ex psl. 93, 14.: „*quoniam non repellet Dominus plebem suam*"

v. 4. **omnes fines**; sic circumscribit Vulgata „*fundamenta*", (= b. Hie
ronymus). — **altitudines** = summa.

v. 5. **et ipse** = ipse enim; vide Rgl. 3. pag. 16.

v. 6. **procido** = incurvo me. — **ploremus;** pro: „in genua pro
cumbamus;" (b. Hieron.: „genua flectamus").

add. v. 7. **Dominus;** addit Vulgata iuxta LXX. — **oves** = grex.

II. partem vv. 7. et 8. trahit Vulgata (non LXX.) ad vv. 8. et 9

v. 8. **si audieritis** = utinam audiatis! — obediatis! vide psl. 80, 9

v. 9. **sicut in irritatione;** b. Hieron.: „contradictione"; pro: „*M
Meribæ*"; sensus est idem. — „*Meriba*" = aqua rixæ; de „Meriba" e
„Massa" (tentatio) vide Exod. 17, 1. 7., Num. 20, 2.—13. — **probo** =
exploro; vide 25, 2. — **et viderunt** = *quamquam* viderunt; גַּם (gam)

v. 10. **offensus fui generationi illi** (græcismus) = offendebar *a* ge
neratione illa; pro: „*fastidium habui in generatione ea*"; causa pro effectu

In psalterio *Romano* (Breviarum Romanum) est: **„proximus fui"** generationi huic; i. e. *cum* generatione illa; — *proximus* est superlativu
var. a propinquus (prope), in unmittelbarer Nähe = cum. — **semper hi erran
corde;** pro: *populus* animi aberrantis sunt illi. — **cor** = animus; vide 56, 8

Græcus LXX. verosimile legit עַד (*'ad*) = „æternitas," „*semper*", loc
עַם (*'am*) = „populus"; sensus minime mutatur.

Vulgata (non LXX.) trahit III. partem versus 10mi ad v. 11mum.

v. 11. **et** = nam; vide Rgl. 3. pag. 16. — **viae** = consilia; confe
psl. 17, 31. et 76, 12. — **ut iuravi,** LXX. ὡς = ὥστε = ſo daſs =
propterea iuravi; אֲשֶׁר (*'ašer*). — **in ira mea** = iratus; vide psl. 4, 9
Rgl. 14. — **si introibunt** = non introibunt; vide psl. 88, 36. Rgl. 56
requies mea = requies a me parata; i. e. terra promissa.

PSALMUS 95. (hebr. 96.)

Appropinquat gloria Dei.

Auctor, argumentum et occasio. — Psalmus hic est solummodo par
(v. 23.—33.) longioris cantici, quod integrum in I. Par. 16, 8.—36. invenitu
et collato I. Par. 16, 7. a Davide ad translationem arcae foederis i
montem Sion exaratus fuit. — Psaltes provocat omnes creaturas ad lau
dandum Deum, qui est Dominus omnium et iudex universae terrae.

Nota. — Psalmus hic fortasse etiam in dedicatione templi secund
decantatus fuit, et ut huic festivitati accomodaretur, quaepiam in I. Par. 16
v. 23.—33. mutata sunt: inde etiam illae paucae discrepantiae explicantur. —
Inde simul explicatur addita inscriptio Vulgatae iuxta LXX.

Textus Vulgatæ.

Canticum, ipsi David, quando domus ædificabatur post captivitatem.
Cantate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra.
Cantate Domino, et benedicite nomini eius:
annuntiate de die in diem salutare eius.
Annuntiate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius.
Quoniam magnus Dominus et laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos.
Quoniam omnes dii gentium dæmonia: Dominus autem cœlos fecit.
Confessio, et pulchritudo in conspectu eius:
sanctimonia, et magnificentia in sanctificatione eius.
Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam et honorem:
afferte Domino gloriam nomini eius:
Tollite hostias, et introite in atria eius:
adorate Dominum in atrio sancto eius.
Commoveatur a facie eius universa terra:
dicite in gentibus, quia Dominus regnavit.
Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur: iudicabit populos in æquitate.

Versio textus hebraici.

1. **C**anite Domino canticum novum,
canite Domino omnes terræ!

2. Canite Domino, celebrate nomen Eius,
nuntiate de die in diem auxilium Eius!
3. Narrate inter populos gloriam Eius,
inter omnes nationes mirabilia Eius!

4. **N**am magnus est Dominus et plurimum celebrandus,
Is terribilis est super omnes deos.
5. Nam omnes dii gentium sunt fictitii,
Dominus autem cœlos fecit.

6. Ante faciem Eius sunt — gloria et maiestas,
in sacrario Eius — potentia et decus.
7. **D**ate Domino familiæ populorum,
date Domino honorem et laudem!

8. Date Domino honorem nomini Eius debitum,
ferte munera et venite ad atria Eius.
9. Prosternite vos coram Domino induti ornatu sacro,
contremiscite coram Eo omnes terræ!
10. Dicite inter populos: „Dominus regnat,
inde firmus stat orbis, non nutat;
Ipse iudicat populos iuste.“

11. Lætentur cœli et exultet terra: commoveatur mare, et plenitudo eius:
12. gaudebunt campi, et omnia, quæ in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna silvarum
13. a facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terræ in æquitate, et populos in veritate sua.

11. Gaudebunt cœli.
et lætabitur terra,
fremet mare et quod implet illu
12. exultabit campus et quidquid
in eo;
tum iubilabunt omnes arbores silv
13. coram Domino; nam venit,
nam venit iudicare terram;
iudicabit orbem iuste et popul
fideliter.

add. **Canticum ipsi David, quando domus aedificabatur;** (LXX. „æd
ficatur") **post captivitatem;** addit Vulgata iuxta LXX.
omnis terra = omnes terræ; Aff.: „alle Lande"; *idem* v. 9.
v. 2. **benedicite nomini** = celebrate nomen.
annuntio = nuntio = narro; *idem* v. 3.
v. 4. **laudabilis nimis** = plurimum celebrandus; vide psl. 47,
v. 5. **daemonia** (I. Par. 16, 26. „*idola*", LXX. εἴδωλα) = fictiti
hebr. אֱלִיל (e'lil) est adiectivum = „is, qui nihili est," inanis, vanus; plural
= *idola*. — Iuxta LXX. ponit Vulg. hic loci „dæmonia"; confer psl. 90,
v. 6. **confessio** = gloria; vide psl. 6, 6. — **pulchritudo** (I. Pa
16, 26. „*magnificentia*") = maiestas. — **sanctificatio;** pro: sacrarium.
sanctimonia (I. Par. 16, 27. „*fortitudo*"); = potentia. — **magnificenti**
= decus.
v. 7. **patriae** (I. Par. 16, 28. „*familiæ*") **gentium** = familiæ popu
lorum. — **gloriam nomini eius;** scilicet debitam.
v. 8. **hostiae** = munera.
var. v. 9. **in atrio sancto eius** (I. Par. 16, 29. „*in decore sancto*"); pr
„*induti ornatu sancto*"; vide psl. 28, 2. — **commoveor** = „contremisco
in v. 10. „nuto;" vide 15, 8. — **a facie eius** = coram eo; vide Rgl.
v. 10. **„quia"** est tantum nota orationis *directæ;* vide I. Par. 16, 3
var. — **etenim** = inde; אַף (af). — **correxit** (I. Par. 16, 30. „*fundavit*
orbem = firmus stat orbis; vide 92, 1. „firmavit"; 96, 2. „*correctio*".
v. 11. **commoveatur mare** (I. Par. 16, 32. „*tonet mare*") = frem
mare. — **in aequitate** = iuste; idem v. 13.; vide psl. 4, 9. Rgl. 14.
plenitudo eius = id, quod implet illud.
v. 13. **a facie Domini** (I. Par. 16, 33. „*coram Domino*") = cora
Domino. — **in veritate sua** = fideliter; vide psl. 35, 6. et 4, 9. Rgl. 1

PSALMUS 96. (hebr. 97.)

Regnum Dei supprimet omnem idololatriam.

Auctor, argumentum et occasio. — Vates sacer ignotus celebrat hymno Iehovam totius terrae dominum, potentissimum et iustum, us protectione gaudent pii cultores, dum idololatrae spe frustrantur. De tempore exarationis nil certi constat. Graecus LXX. addita inscripne refert hymnum hunc ad cladem Absalonis (II. Sam. c. 18.).

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
. Huic David, quando terra eius restituta est.	
Dominus regnavit: exultet terra, lætentur insulæ multæ.	1. **D**ominus est rex; exultet terra, lætentur insulæ multæ!
. Nubes et caligo in circuitu eius: iustitia et iudicium correctio sedis eius.	2. Nubes et caligo sunt circa Eum, ius et iustitia sunt fundamentum throni Eius.
. Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos eius.	3. Ignis Eum antecedit, et consumit circumcirca hostes Eius.
. Illuxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, et commota est terra.	4. **F**ulgura Eius illustrant orbem, terra videt id et contremiscit.
. Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini: a facie Domini omnis terra.	5. Montes liquescunt ut cera coram Domino, coram domino totius terræ.
. Annuntiaverunt cœli iustitiam eius, et viderunt omnes populi gloriam eius.	6. Cœli nuntiant iustitiam Eius, et omnes populi vident gloriam Eius.
. Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, et qui gloriantur in simulacris suis. Adorate eum omnes Angeli eius:	7. **P**udore afficiuntur omnes, qui simulacra colunt, qui gloriantur diis fictitiis, coram Eo prosternunt se omnes dii.
. audivit, et lætata est Sion. Et exultaverunt filiæ Iudæ propter iudicia tua, Domine:	8. Audiens hoc lætatur Sion, et filiæ Iudæ exultant, propter iudicia Tua, o Domine!
. quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.	9. Nam Tu, o Domine, altissimus es super omnem terram, plurimum elatus super omnes deos.
. Qui diligitis Dominum, odite malum:	10. **O**dio habete malum vos, qui diligitis Dominum,

custodit Dominus animas sanctorum suorum,
de manu peccatoris liberabit eos.

ille enim custodit animas cultorum suorum,
e manu impiorum eas eripit.

11. Lux orta est iusto,
et rectis corde lætitia.

11. Iustis oritur lux,
et lætitia illis, qui sunt animi integri.

12. Lætamini iusti in Domino, et confitemini memoriæ sanctificationis eius.

12. Lætamini iusti de Domino,
et celebrate nomen Eius sanctum.

add. v. 5. **Huic David**; i. e. Davidis (vide 15, 1.) scilicet ψαλμός, ut LXX habet; — **quando terra eius restituta est**; addit Vulgata iuxta LXX.

v. 2. **in circuitu eius** = circa eum sunt; vide Rgl. 2. et 4. pag. 1[illegible] — **iustitia** = ius; vide psl. 16, 1. — **iudicium** = iustitia; vide „mi[illegible]fat“ psl. 7, 7. — **correctio**; i. e. fundamentum; b. Hieron.: „firmamen[illegible]tum“; vide psl. 95, 10. „correxit“. — **sedes** = thronus; vide psl. 44, [illegible]

v. 3. **inflammo** = consumo; (b. Hieron.: „exuro“).

v. 4. **commoveor** = contremisco (= b. Hieron.) confer psl. 95, [illegible]

v. 5. **fluo** = liquesco. — **a facie Domini** (bis) = coram Domino vide Rgl. 4. pag. 16. — **omnis terra**; pro: totius terræ (LXX. πάσης τ[illegible] γῆς); est attributum subordinatum vocis præcedentis — „Domini“.

v. 6. **annuntio** = nuntio; vide Rgl. 5. pag. 16. —

v. 7. **confundor** = pudore afficior; vide psl. 24, 2. — **in simu**
add. **lacris „suis“**; — **„suis“** addit Vulgata iuxta LXX. — **adorate**; pro: ad[illegible]rant; *eadem* forma hoc et illud in hebraico exprimitur. — **angeli eius**
add. pro: „dii“; vide psl. 8, 6.; — **„eius“** addit Vulgata iuxta LXX.
add. v. 10. **custodit Dominus**; „*dominus*“ addit Vulgata iuxta LXX.

sanctus = cultor; vide psl. 4, 4.

v. 11. **recti corde** = ii, qui sunt animi integri; vide psl. 56, 8. — **„lux“** est imago *felicitatis;* vide 26, 1. Sensus est: Iustis paratur felicita[illegible]

v. 12. **in domino** = *de* Domino; vide psl. 9, 16. — **confiteor al[illegible] cui** = celebro aliquem; vide psl. 6, 6. — **memoria sanctificationi[illegible] eius** = nomen sanctum eius; vide psl. 4, 2. Rgl. 11. — Hebraico [illegible] (zeker) significatur: 1. memoria, 2. nomen, quo memoramus aliquem, 3. lau[illegible]

PSALMUS 97. (hebr. 98.)

Dominus venit! Laudate Eum!

Auctor, argumentum et occasio. — Vates sacer — ignotus — celebrat hymno hoc Deum protectorem populi electi et judicem universae terrae. — De occasione et tempore nil certi constat.

"

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Psalmus, ipsi David.	1. Psalmus
Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit.	**C**anite Domino canticum novum, mirabilia enim fecit!
Salvavit sibi dextera eius, et brachium sanctum eius.	Opitulata est Ei dextera sua et brachium suum sanctum.
Notum fecit Dominus salutare suum:	2. Notum fecit Dominus auxilium suum,
in conspectu gentium revelavit iustitiam suam.	aperuit iustitiam suam ante oculos populorum.
Recordatus est misericordiæ suæ, et veritatis suæ domui Israël. Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.	3. Memor fuit gratiæ suæ et fidei erga domum Israëlis, omnes fines terræ viderunt auxilium Dei nostri.
Iubilate Deo omnis terra: cantate, et exultate, et psallite.	4. **I**ubilate Domino omnes terræ, lætamini et exultate et canite!
Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi,	5. Canite Domino ad citharam, ad citharam sonore canentes;
in tubis ductilibus, et voce tubæ corneæ. Iubilate in conspectu regis Domini:	6. cum tubis ac voce litui, iubilate coram rege Domino!
moveatur mare, et plenitudo eius: orbis terrarum, et qui habitant in eo.	7. **F**remat mare et quod implet illud, orbis et qui habitant in eo!
Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt	8. Flumina applaudant manibus, iubilent pariter montes
a conspectu Domini: quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terrarum in iustitia, et populos in æquitate.	9. coram Domino; nam venit ad iudicandam terram, orbem iudicabit iuste et populos recte!

Ipsi David = Davidis; addit Vulgata iuxta LXX. — **salvat sibi**; add. : opitulatur ei; Ill.: „hat ihm geholfen"; vide „*salvo*" psl. 35, 7. *salvum facio* psl. 11, 2.; et quoad reflexivum „**sibi**" vide psl. 17 31. Rgl. 37.

v. 2. **salutare** = auxilium; *idem* v. 3.; vide psl. 9, 16.

v. 3. **misericordia** = gratia. — **veritas** = fides; vide psl. 5, 8. 35, 6. — **domui Israël**; Dativus commodi = erga domum Israëlis.

v. 4. **omnis terra** = omnes terræ; vide psl. 95, 1. — **cantate** = amini; hebr. הָרִיעוּ (hariu'). — **psallo** = cano; *idem* v. 5.

v. 5. **in cithara** = ad citharam (bis); vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

et voce psalmi = sonore canentes; Ill.: „mit Psalmengesang".

v. 6. **in tubis ductilibus** = cum tubis; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. — **ctilis** = æennea; *ductile* dicitur, quod facile duci atque extendi potest;

Plin. 34, 8. 20. æs regulare obsequitur malleis, inde „*ductile*“ appellatur.

tuba cornea = lituus; die Zinke, polnice.

v. 7. **moveor** = fremo; vide psl. 95, 11. — **plenitudo eius** = quod implet illud.

v. 9. **a conspectu** = coram; vide Rgl. 4. pag. 16. — **in iustitia** = iuste. — **in aequitate** = recte; vide psl. 4, 9. Rgl. 14.

PSALMUS 98. (hebr. 99.)

Sanctus, Sanctus, Sanctus est Dominus!

Auctor, argumentum et occasio. — Vates sacer — ignotus — celebrat hocce hymno maiestatem, iustitiam et clementiam Dei, qui pios cultores suos exaudit, inobedientiam autem punit. — De tempore et occasione exarationis nil certi constat.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Psalmus ipsi David.	
Dominus regnavit, irascantur populi: qui sedet super Cherubim, moveatur terra.	1. **D**ominus est rex; populi trepidant; insidet Cherubis; — terra nutat.
2. Dominus in Sion magnus, et excelsus super omnes populos.	2. Dominus in Sione est magnus et excelsus super omnes populos.
3. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile, et sanctum est,	3. Celebrabunt nomen Tuum magnum et terribile; sanctum est illud!
4. et honor regis iudicium diligit. Tu parasti directiones: iudicium et iustitiam in Iacob tu fecisti.	4. **E**tiam potentiam regis, qui diligit ius, stabilis æquitate; ius et iustitiam exerces in Iacobo.
5. Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.	5. Laudibus efferte Dominum Deum nostrum, et prosternite vos ad scabellum pedum Eius, sanctus est Ille!
6. Moyses et Aaron in sacerdotibus eius, et Samuel inter eos, qui invocant nomen eius.	6. **M**oses et Aron erant inter sacerdotes Eius, et Samuel inter eos, qui invocant nomen Eius,

Invocabant Dominum, et ipse
exaudiebat eos:
n columna nubis loquebatur
d eos. Custodiebant testimo-
ia eius et præceptum, quod
edit illis.
Domine Deus noster, tu ex-
udiebas eos:
Deus, tu propitius fuisti eis,
t ulciscens in omnes adinven-
iones eorum.
Exaltate Dominum Deum no-
trum, et adorate in monte
ancto eius:

quoniam sanctus Dominus
Deus noster.

hi clamabant ad Dominum et Ipse
respondebat eis.
7. In columna nubis loquebatur ad eos,
ipsi observabant præcepta Eius
et statutum, quod dederat eis.

8. Domine, Deus noster, Tu exaudie-
bas eos,
Deus condonans eras eis,
eras etiam ulciscens propter faci-
nora eorum.
9. Laudibus exaltate Dominum, Deum
nostrum,
et prosternite vos ad montem Eius
sanctum;
nam sanctus est Dominus Deus
noster.

Psalmus ipsi David; i. e. psalmus Davidis; addit Vulgata iuxta add.
. — **irascor**; pro: trepido; causa et effectus. — **moveor** = nuto;
psl. 14, 5.
v. 2. **magnus,** scilicet *est;* vide Rgl. 2. pag. 16.
v. 3. **confiteor alicui** = celebro aliquem; v. psl. 6, 6. — **quoniam**
t; vide Rgl. 3. pag. 16. — **„et"** addit Vulgata iuxta LXX. add.
v. 4. **honor;** pro: potentia; **„honor"** est *obiectum;* subiectum est
s". — **„diligit";** pro: „qui diligit". In hebraico est Participium. —
ium = ius; *idem* v. 4.; vide hebr. „mišfat" psl. 7. 7. — **parasti**
ctiones = stabilis æquitate. — **paro;** i. e. stabilio; (b. Hieron.:
lo"; כּוֹנַן (konen), confer *„correxit"* psl. 95, 10.; *„firmavit"* psl. 92, 1.
irectiones est Accusativus adverbialis; vide psl. 11, 3. Rgl. 31. Sensus
Regimine æquo et iusto fit potentia regis firma, stabilis.
v. 5. **adorate scabellum** = prosternite vos *ad* scabellum. —
tum; pro: sanctus; LXX. ἅγιος; refertur ad *Deum,* non ad scabellum.
v. 6. **in sacerdotibus** = inter sacerdotes; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.
gl. 2. — **exaudio**; pro: respondeo; vide psl. 51, 1.
v. 8. **in adinventiones** = propter facinora; hebr. עַל (ʿal); vide psl.
3. — **in monte**; pro: ad montem; vide psl. 3, 3. Rgl. 9.

PSALMUS 99. (hebr. 100.)

Adorate Dominum omnes terrae!

Auctor, argumentum et occasio. — Vates sacer — ignotus — e citat omnes ad agnoscendum et colendum Deum creatorem et gubernat rem clementissimum. De tempore et occasione exarationis nil certi consta

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Psalmus, in confessione.	1. Carmen laudativum.
2. Iubilate Deo omnis terra:	Iubilate Domino omnes terræ!
servite Domino in lætitia.	2. Cum lætitia colite Dominum,
Introite in conspectu eius,	cum iubilo venite in conspectu
in exultatione.	Eius!
3. Scitote, quoniam Dominus ipse	3. Scitote, Dominum esse Deum,
est Deus: ipse fecit nos, et	Ipse fecit nos; Ipsius ergo sumus
non ipsi nos. Populus eius, et	populus Eius et grex pascui Eius
oves pascuæ eius:	sumus.
4. introite portas eius in confes-	4. Cum gratiarum actione intrate por
sione, atria eius in hymnis:	tas Eius,
confitemini illi.	cum laudibus atria Eius,
Laudate nomen eius,	gratias agite Ei, celebrate nome
	Eius!
5. quoniam suavis est Dominus:	5. Nam benignus est Dominus,
in æternum misericordia eius,	in æternum manet gratia Eius,
et usque in generationem et	et in omnes ætates fides Eius.
generationem veritas eius.	

Psalmus in confessione; LXX. εἰς ἐξομολόγησιν = carmen laud tivum; vide psl. 6, 6.; Vulgata (non LXX.) trahit exordium v. 1 ad v. 2dus

v. 2. **omnis terra** = omnes terræ; vide psl. 95, 1.

in laetitia — in exultatione; **in**; pro: *cum*; vide 3, 3. Rgl. 1

var. v. 3. **et non ipsi nos**; pro: *„ipsius ergo sumus“*. — Sensus in non mutatur. Divergentia orta est errore auditus; *„lo“* cum alef (א) denotat „non“, cum vau (ו) „eius“ — Genitivum possessoris; vide psl. 3, Rgl. 9. — **oves** = grex; vide 94, 7. — **pascua** = pascuum; vide 78, 1

v. 4. **in confessione — in hymnis**; pro: *cum* gratiarum action — *cum* laudibus; vide psl. 3, 3. Rgl. 10. et 6, 6. — **confitemini illi** = gratias agite ei; vide psl. 6, 6.

v. 5. **suavis** = benignus; vide psl. 85, 5. — **misericordia** = gratia vide 5, 8. — **in generationem et generationem** = per omnes ætates vide psl. 11, 3. Rgl. 32*b*). — **veritas** = fides; vide psl. 35, 6.

PSALMUS 100. (hebr. 101).

Proposita regis pii.

Auctor, argumentum et occasio. — Psaltes regius — David — onit consilia sua recte vivendi et iuste regnandi; inprimis non tondi ministros imperii sceleratos, calumniatores et arrogantes; — dit propositum — protegendi probos. Occasionem huic psalmo praebuit absdubio tempus, cum David electus esset rex duodecim tribuum. (II. Sam. c. 5.)

Textus Vulgatæ.

Psalmus, ipsi David.

Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine: psallam, et intelligam in via immaculata, quando venies ad me.

Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.

Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes prævaricationes odivi. Non adhæsit mihi
cor pravum: declinantem a me malignum non cognoscebam.

Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.

Superbo oculo et insatiabili corde, cum hoc non edebam.

Oculi mei ad fideles terræ, ut sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.

In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Versio textus hebraici.

1. Psalmus Davidis.
   Benignitatem et iustitiam canam,
   Te, o Domine, fidibus canam!
2. Ad integram vitæ rationem attendam,
   quando, quæso, ad me venies?
   In animi integritate incedam in domo mea!
3. **R**em turpem non ponam ante oculos meos,
   agendi rationem delinquentium odi;
   id non adhærebit mihi.
4. Animus perversus discedat a me,
   pravum diligere nolo.
5. Calumniantem in occulto proximum suum perdam;
   eum, cuius oculi sunt elati et animus inflatus,
   non possum ferre.
6. Oculi mei directi erunt in fidos terræ, ut habitent mecum;
   qui in via integra incedit, is ministrabit mihi.
7. Non habitabit in domo mea, qui struit fraudem;
   qui mendacia loquitur, non consistet coram oculis meis.
8. Quovis mane perdam omnes impios terræ,
   ut exstirpem ex urbe Domini omnes maleficos.

Psalmus ipsi David = psalmus Davidis; vide psl. 15, 1. — **mi sericordia** = benignitas; Schegg: „Huld"; vide 5, 8. — **iudicium** = iustitia; vide 7, 7. „mišfat" — **psallo** = fidibus cano; vide 67, 26.

v. 2. **intelligam in via** = attendam ad viam seu vivendi rationem vide psl. 2, 12. — **in medio domus** = in domo; idem v. 7.; vide Rgl.

v. 3. **propono** = pono; vide psl. 53, 5. — **res iniusta** = re turpis; — de „*dabar*" et „*belijjaal*" vide psl. 40, 9. et 17, 5. — **faciente**

var. **praevaricationes odivi** = τὸ agere seu agendi rationem delinquentium od Græcus LXX. adiunxit impunctato עשה — vocales Participii loc Infinitivi; „*prævaricationes*"; pro: „prævaricantes;" סטים *(setim)*, (plural tantum) denotat perfidos, delinquentes; confer psl. 39, 5. „*insaniæ*"; apu Os. 5, 2. intelligendi sunt hoc nomine „*iudices iniusti*".

v. 4. Sensus Vulgatæ est: cor pravum et malignum, quod ab agen ratione mea declinat, sperno et abhorreo. Idem dicit etiam textus masor ticus verbis: „*animus perversus discedat a me, pravum diligere nolo*".

v. 5. **persequor**; pro: perdo; antecedens et consequens. — **superbu corde** = *latus quoad cor*; i. e. cuius cor (animus) modestiæ finibus no est contentum, non satiatur = insolens, ambitiosus, inflatus. — **cum h**

var. **non edebam**; i. e. nullam communionem cum eo habeo; pro: *non possu* scilicet *ferre* — Græcus LXX. legit אתו „*ito*" = „*cum eo*", loco „*oto*" = „*eum*"; et אוכל „*okal*", i. e. „*comedo*", loco „*ukal*", i. e. „*possum*".

v. 6. **ad fideles**, scilicet directi sunt.

v. 7. **superbia**; pro: „fraus, dolus"; hebr. רְמִיָּה (r'mijja) ipsa Vu gata vertit: „*dolus*" in psl. 31, 2.; 51, 4.; 119, 2. 3. — **iniqua** = me dacia; genus et species. — **non direxit**; i. e. „non consistet;" Schegg: „beſte nicht". — כּוּן (kun) in forma „niktal" denotat: „*erexit se*", „*stetit firmus*" „*constitit*". — Vulgata vertit: „*parata est*"; v. c. in psl. 92, 3.

in conspectu oculorum = coram oculis; vide Rgl. 4. pag. 16.

v. 8. **in matutino**; i. e. quovis mane seu singulis matutinis; vi psl. 72, 14., ubi Vulgata eandem vocem hebraicam vertit: „in matutinis

disperdo; pro: perdo, exstirpo; vide Rgl. 5. pag. 16.

PSALMUS 101. (hebr. 102.) (V. poenitentialis.)

Domine miserere mei! marcesco enim sicut gramen!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — e hibet in hoc psalmo ardentes preces pro liberatione ex captivitate B bylonica appropinquante termino iam praedicto (a Ieremia propheta 25, 1 29, 10., confer Dan. c. 9, 2.). Hac liberatione et restituto Ierosolymae cul sacro conciliabitur Deo gloria inter gentes. — Collatis vv. 15. et sequentib imprimis 20mo, exaratus est psalmus hic ad finem exilii Babylonici. —

Textus Vulgatae.

Oratio pauperis, cum anxius fuerit, et in conspectu Domini effuderit precem suam.

Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam a me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me.

Quia defecerunt, sicut fumus, dies mei, et ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, et aruit cor meum,

quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi, et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei, et qui laudabant me, adversum me iurabant.

Quia cinerem tamquam panem manducabam, et potum meum cum fletu miscebam,

a facie iræ et indignationis tuæ,

quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt, et ego sicut fœnum arui.

Tu autem, Domine, in æternum permanes,

et memoriale tuum in generationem et generationem.

Versio textus hebraici.

1. Oratio miseri cum tabescit, et coram Domino querelam suam effundit.
2. **D**omine! audi orationem meam,
et vociferatio mea veniat ad Te!

3. Ne occultes faciem Tuam a me,
die, quo in angustiis versor, inclina ad me aurem Tuam!
propere exaudi me vociferantem!

4. **N**am dies mei evanuerunt sicut fumus,
et ossa mea comburuntur ut torris!
5. Percussum est ut herba cor meum et adustum est,
ita ut obliviscar comedere panem meum!
6. Præ voce gemitus mei —
adhærent ossa mea pelli meæ!
7. **S**imilis sum pelicano deserti,
sum ut noctua in ruinis (degens)!

8. Non possum dormire,
et sum sicut avis solitaria in tecto!
9. Tota die probris me afficiunt hostes mei,
execrantur me, qui sæviunt in me!
10. Comedo enim cinerem instar panis,
et potum meum misceo lacrimis meis —
11. propter iram Tuam et indignationem,
nam extulisti me et proiecisti!
12. Dies mei sunt ut umbra inclinata,
atque ego sicut gramen marcesco.
13. **T**u vero, Domine, regnas in sempiternum,
et memoria Tui manet per omnes ætates.

14. Tu exsurgens misereberis Sion,
quia tempus miserendi eius,

quia venit tempus.

15. Quoniam placuerunt servis tuis
lapides eius,
et terræ eius miserebuntur.

16. Et timebunt gentes nomen tuum, Domine,
et omnes reges terræ gloriam tuam.

17. Quia ædificavit Dominus Sion,
et videbitur in gloria sua.

18. Respexit in orationem humilium, et non sprevit precem eorum.

19. Scribantur hæc in generatione altera,
et populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

20. Quia prospexit de excelso sancto suo,
Dominus de cœlo in terram aspexit:

21. ut audiret gemitus compeditorum, ut solveret filios interemtorum:

22. ut annuntient in Sion nomen Domini, et laudem eius in Ierusalem,

23. in conveniendo populos in unum, et reges, ut serviant Domino.

24. Respondit ei in via virtutis suæ: Paucitatem dierum meorum nuntia mihi,

25. ne revoces me in dimidio dierum meorum:
in generationem et generationem anni tui.

26. Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli:

14. Tu exsurges, — misereberis Sionis
nam tempus est iam, ut misereari illius;
venit enim tempus constitutum!

15. Sane servi Tui delectantur lapidibus illius;
et ruderum eius miserentur!

16. Et reverebuntur gentes nomen Domini
et maiestatem Tuam omnes reges terræ;

17. cum ædificaverit Dominus Sionem
et apparuerit in maiestate sua

18. convertens se ad preces inopis,
nec contemnens preces eorum.

19. Literis mandabitur hoc ætati posteræ,
ut populus, qui creabitur, laudet Dominum,

20. quod prospexit de altitudine sua sancta,
quod prospexit Dominus de cœlo in terram,

21. ut audiret gemitum captivorum,
ut vinculis solveret morti destinatos; —

22. ut prædicent nomen Eius in Sion
et laudes Eius Hierosolymis,

23. cum una congregant se populi
et regna, — ut colant Dominum.

24. Consumpsit in via vires meas,
decurtavit dies meos.

25. Dico: Deus mi, ne auferas me
medio dierum meorum, —
anni Tui permanent per omnes ætates!

26. Olim terram fundasti,
et opus manuum Tuarum sunt cœ

"

Ipsi peribunt, tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur:
tu autem idem ipse es.
et anni tui non deficient.
Filii servorum tuorum habitabunt, et semen eorum in sæculum dirigetur.

27. Ipsi interibunt, Tu vero permanebis,
omnes illæ res instar vestis veterascent.
tamquam amictum mutas eas et ipsæ mutant se —
28. Tu vero manes idem.
et anni Tui finem non habent!
29. Posteri servorum Tuorum habitabunt (terram sanctam).
et semen eorum coram Te consistet.

pauper = miser, afflictus; vide psl. 9. 10. **precem** = querelam.
v. 2. **averto faciem** = occulto faciem; vide psl. 12. 1.
v. 4. **deficio** = evanesco; vide psl. 36. 20. — **cremium** = torris (torreo); brennendes Scheit, Holz — oharek. hořící poleno; *cremia, -orum* (rale) vocantur Latinis ligna tenuia et arida. quia facile cremantur: Vulponit singularem iuxta LXX. φρύγιον a φρύγω = torreo:
aruerunt = comburuntur: causa et effectus.
v. 5. **foenum** = herba: vide psl. 71. 16. — **aruit** = adustum est; Schegg: „welkt". — **quia**: pro: „ita ut:" hebr. כִּי (ki): Schegg: „denn ich".
v. 6. **a voce** = præ voce; hebr. מִן (min); vide psl. 37. 9.
v. 7. **caro**: pro: pellis. — **nycticorax** = noctua: (b. Hieron.: „bo"). — **in domicilio**; scilicet diruto = in ruinis; Græc. LXX. ἐν ἐρήμῳ = in area domus; Schegg: „im Gemäuer".
v. 8. **vigilo** = insomnis sum. — **passer** = avis; vide psl. 10. 2.
v. 9. **exprobro alicui** = probris afficio eum; vide psl. 78. 12. — **laudabant me** (ironia) = qui sæviunt in me. Græcus habuit in textu var. מ loco מהוללי; ו omissum erat post I. radicalem ה. —
adversum me iurabant = exsecrantur me.
v. 11. **a facie irae** = propter iram: vide Rgl. 4. pag. 16. — **al-** = proiicio: effectus et causa. All. et Schegg: niederwerfen; conf. 87. 16.
v. 12. **declino** = diminuor (tropice). Ovid. Met. 9. 460. Plin. 24. 1. 24.
v. 13. **memoriale** = memoria: All.: „Andenken", památka.
v. 14. **in generationem et generationem** = per omnes ætates:
v. 25.: vide psl. 32. 11. — **tempus**; scilicet constitutum.
v. 15. **quoniam**; pro: „sane"; כִּי (ki) vide psl. 90. 3. — **lapides** , i. e. Sionis, Hierosolymæ. — **terra** = pulvis; hebr. „afar": vide 21, 30. Schutt, Trümmer = rudera.
v. 16. **timeo** = revereor.
v. 17. **quia**; pro: cum; כִּי (ki). — **videor** = appareo; vide 83. 8.
v. 18. **humilis** = inops, pauper; confer psl. 30. 8.
v. 19. **scribantur haec**; scilicet restauratio Sionis.
v. 20. **quia**; pro: quod: — **excelsum** = altitudo: vide 34. 6. Rgl. 50.
v. 21. **compeditus** = captivus; **filii interemptorum** = morti deti; vide psl. 78, 11. „compediti:" et „filii mortificatorum".

Rgl. 57. **Regula 57.** *Latina Vulgata non raro utitur adiectivo generis neutri ceu nomine abstracto;* v. c. *sanctum* pro: sanctitas; vide psl. 59, 8. *Istu neutrum vel attributo subordinato determinatur,* v. c. 62, 10. „inferiora terræ" psl. 138, 9. „extrema maris"; — *vel vero vices gerit attributi subordinat* v. c. psl. 109, 3. 4. „splendores sanctorum"; „terra multorum" etc. — **ut solveret,** scilicet vinculis.

v. 22. **annuntio** = nuntio; vide Rgl. 5. pag. 16.

v. 23. **in conveniendo populos in unum** = cum una congrega se populi; vide psl. 9, 4. Rgl. 23. — **reges;** pro: regna.

var. v. 24. **respondit ei in via virtutis suae: paucitatem dieru meorum nuntia mihi;** i. e. Deo (ei) dicit *unusquisque nostrum,* du adhuc vivit et vires ei præsto sunt: Indica mihi, quam paucum rest mihi tempus vitæ! — **respondit ei,** i. e. dicit ei; scilicet Deo = rog Deum unusquisque nostrum; nempe ego vates et contribules mei; heb „*'anâ*" hic loci non potest verti: „*respondit*", quia statim sequuntur prec pronuntiatæ; inde vertit; Schegg: „er ſpricht". — **in via,** scilicet vitæ = dum adhuc vivit; **in via virtutis** = in via virium, i. e. dum adhuc viv et vires sufficientes ei præsto sunt. — **paucitas dierum meorum** = paucum mihi restat tempus vitæ.

In textu masoret. est: „*consumpsit in via vires meas; decurtavit di meos*". (v. 25.) „*Dico: Deus mi*". Sensus est planus: „Afflictionibus Deo pe missis abbreviata est vita nostra". In re non est differentia; nam secundu Vulgatam rogat *vates nomine contribulium afflictorum,* ut indicet eis Deu quam paucum restet eis adhuc tempus vitæ. Divergentia orta est hoc modo: — Græcus LXX. legit ענה — „*'anâ*" = „respondit," „dixit" pr „*innâ*" i. e. „afflixit, comsumpsit"; dein habuit in textu כחו *(kochô)* „virtus eius." „virtus sua," — loco בחי *(kochi)* = „virtus mea, vires meæ ergo ו loco י. — Dein legit pro: קצר — „*kocer*" = „abbreviatio (pa citas)," loco „*kiccer*" = „abbreviavit, decurtavit." — Insuper traxit hunc versum duas voces, quæ ad *sequentem* versum pertinent, et legit: אמר „*'mor elaj*" = „dic mihi, *nuntia mihi,*" pro: „*omer-eli*" = „dico: Deus m

add. v. 26. **initio** = olim. — **Domine;** addit Vulgata iuxta LXX. „κύρι

v. 27. **ipsi;** scilicet cœli et terra. — **vestimentum veterascit;** i. vetustate dissuitur et rumpitur. — **opertorium** = amictus. — **mu buntur,** i. e. mutant se (medium); scilicet sicut vestis, quæ usu deteri quando Tibi visum fuerit mutare ea tollereque. — *muto, -are,* (pro: movi -are) est frequentativa forma verbi „movere", inde primum denotat „l movere", „aliquo transferre"; hinc „mutare se" = se movere de loco locum; ita etiam *passive* dicitur; — *de vestimentis* significat „mutare" exuere vestem et aliam induere; Kleider wechſeln, ablegen, — ändern, legen; šaty změniti, převléci, jiné vzíti.

v. 28. **deficio** = finem habeo; vide 71, 20. — **filii** = posteri; vide 41

v. 29. **habitabunt;** scilicet terram patriam, terram promissam; v psl. 20, 5. Rgl. 41. — **dirigor** = firmor, firmus sto, consisto; vide j

var. 7, 10. — **in saeculum** = in æternum; pro: „*coram te*", scilicet cu anni finem non habent; sensus est idem.

PSALMUS 102. (hebr. 103.)

Laudate Dominum maxime misericordem!

Auctor, argumentum et occasio. — Auctor huius cantici eucharistici David, celebrat Jehovae summam beneficentiam (1.—5.) misericordiam (6.—9.) clementiam et indulgentiam erga homines imbecilles et lapsos — (10.—16.) nec non immutabilem gratiam erga cultores suos (17.—19); dein excitat angelos omnesque creaturas ad laudem Dei (20.—22.). De occasione exarationis huius psalmi nil certi statui potest.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Ipsi David.	1. A Davide.
Benedic, anima mea, Domino,	Lauda, anima mea, Dominum,
et omnia, quæ intra me sunt,	et omnia interiora mea — nomen
nomini sancto eius.	sanctum Eius!
2. Benedic, anima mea, Domino,	2. Lauda, anima mea, Dominum,
et noli oblivisci omnes retributiones eius:	neve obliviscaris ullius beneficiorum
	Eius!
3. qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.	3. Ipse enim condonat tibi omnem culpam,
	Ipse medetur omnibus morbis tuis.
4. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia et miserationibus.	4. Ipse redimit vitam tuam de interitu,
	Ipse coronat te gratia et misericordia.
5. Qui replet in bonis desiderium tuum: renovabitur ut aquilæ iuventus tua.	5. Ipse satiat desiderium tuum bonis,
	ita, ut se renovet instar aquilæ pueritia tua.
6. Faciens misericordias Dominus, et iudicium omnibus iniuriam patientibus.	6. Dominus exercet iustitiam
	et iudicium omnibus iniuriam patientibus;
7. Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israël voluntates suas.	7. Mosi notas fecit vias suas,
	filiis Israëlis facinora sua.
8. Miserator, et misericors Dominus, longanimis, et multum misericors.	8. Dominus est misericors et benignus,
	longanimis et magnæ gratiæ.
9. Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur.	9. Non castigat in perpetuum,
	neque servat iram in sempiternum.
10. Non secundum peccata nostra fecit nobis,	10. Non secundum peccata nostra fecit nobis,
neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.	nec rependit nobis secundum nostra delicta.

11. Quoniam secundum altitudinem cœli a terra,
corroboravit misericordiam suam super timentes se.
12. Quantum distat ortus ab occidente,
longe fecit a nobis iniquitates nostras.
13. Quomodo miseretur pater filiorum,
misertus est Dominus timentibus se;
14. quoniam ipse cognovit figmentum nostrum. Recordatus est, quoniam pulvis sumus:
15. homo, sicut fœnum dies eius, tamquam flos agri sic efflorebit.
16. Quoniam spiritus pertransibit in illo, et non subsistet,
et non cognoscet amplius locum suum.
17. Misericordia autem Domini ab æterno, et usque in æternum super timentes eum.
Et iustitia illius in filios filiorum,
18. his qui servant testamentum eius: et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.
19. Dominus in cœlo paravit sedem suam,
et regnum ipsius omnibus dominabitur.
20. Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.
21. Benedicite Domino omnes virtutes eius,
ministri eius, qui facitis voluntatem eius.

11. Sed, quam alti sunt cœli supr terram,
tam efficax fuit gratia Eius cult ribus Eius.
12. Quam longe remotus est oriens a occidente,
tam longe removit a nobis delict nostra.
13. Quemadmodum pater miseretur fil orum,
sic miseretur Dominus cultoru suorum.
14. Is enim novit naturam nostram, memor est, pulverem nos esse.
15. Aetas hominis est sicut gramen, ut flos campi — sic floret.
16. Si ventus transit super eum, n est amplius,
et non agnoscit eum amplius loc eius.
17. Gratia autem Domini ab æter in æternum est super cultorib Eius,
et iustitia Eius contingit filiis fil rum,
18. iis, qui servant fœdus Eius,
et qui præceptorum Eius sunt m mores observando ea.
19. Dominus statuit in cœlis thron suum,
et imperium Eius in cuncta dom natur.
20. Laudate Dominum angeli Eius, vos heroës fortes, qui exsequimi mandata Eius,
obedientes voci verbi Eius!
21. Laudate Dominum omnes exercit Eius,
ministri Eius, qui exsequimini v luntatem Eius!

Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino.

22. Laudate Dominum omnia opera Eius,
in omnibus locis imperii Eius!
Lauda, anima mea, Dominum!

v. 1. **ipsi David** = a Davide; vide psl. 15, 1. — **benedico Do-o** = *laudo* Dominum; idem in v. 2. 20. 21. 22.; „laudo" vertit etiam ɡata hebraica „*barak*" v. c. psl. 99, 4. „*laudate* nomen eius."
v. 2. **retributiones** = tributiones = beneficia; vide psl. 7, 5. — **li oblivisci omnes"** = ne obliviscaris ullius; vide 9^2, 11. Rgl. 27.
v. 3. **iniquitas** = culpa; vide psl 38, 11.
v. 4. **in misericordia** = gratiā; idem v. 17.; vide psl. 5, 8. et 2, 9. Rgl. 7. — **miserationes** = misericordiā; vide psl. 68, 17.
v. 5. **renovatur** = renovat se; medium. — **iuventus** = pueritia;
v. 6. **misericordia**; pro: iustitia; vide psl. 32, 5. „c'dakâ".
v. 7. **voluntates** = facinora; vide psl. 77, 11. „benefacta".
v. 8. **misericors** = benignus. — *multum misericors* = magnæ gratiæ; psl. 5, 8.
v. 9. **irascor** = castigo; causa et effectus.
comminor = minor = servo iram.
v. 11. **quoniam**; pro: „sed"; vide psl. 74, 8. — **corroboro** = effim reddo; vide psl. 116, 2. — **timentes se**; idem v. 13. (in v. 17. ntes *eum*;) = „colentes *eum*"; vide psl. 14, 4. et 17, 31. Rgl. 37.;
v. 12. **longe facio** = removeo, averto; vide psl. 87, 9.
v. 14. **figmentum** = natura, Natur, Beſchaffenheit, povaha.
v. 15. **homo sicut foenum dies eius** = ætas hominis *est* sicut ıen; vide psl. 71, 16.; psl. 10, 4. Rgl. 29.; Rgl. 2. pag. 16.
efflоreo = floreo; vide Rgl. 15. pag. 16.
v. 16. **spiritus** = ventus; vide psl. 47, 8. — **pertransibit in illo** ransit super eum, scilicet florem. — **non subsistet** = non est am-; — **locum suum**; pro: locus eius; — „*Locus*" est *subiectum.*
v. 17. **in filios filiorum** = filiis filiorum; vide psl. 3, 3. Rgl. 9.
v. 18. **testamentum** = fœdus; vide psl. 54, 21. — **ad faciendum** pro: observando ea; ל (l') cum Infinitivo vide psl. 9, 4. Rgl. 23.
v. 19. **paravit** = statuit; **sedes** = thronus; **regnum** = imperium.
v. 20. **omnes angeli**; — „*omnes*" addit Vulgata iuxta LXX. — add. **ntes** = heroës. — **potentes virtute** = heroës fortes; vide psl. 4, 2. 11. — **facio** = exsequor; idem v. 25. — **verbum** = mandatum; ectivum); de „*dabar*" vide psl. 40, 9. — **ad audiendam**: pro: audientes bedientes; vide psl. 9, 4. Rgl. 23.
v. 21. **virtutes** = exercitus; vide psl. 23, 10.

PSALMUS 103. (hebr. 104.)

Hymnus in honorem Creatoris et Conservatoris omnium.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — celebrat hymno hocce elegantissimo Deum creatorem et conservatorem universi. — De tempore exarationis huius hymni nil certi constat.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. Ipsi David.	
Benedic, anima mea, Domino:	1. Lauda, anima mea, Dominum!
Domine Deus meus, magnificatus es vehementer. Confessionem et decorem induisti,	Domine Deus mi, Tu es magnus nimis.
	indutus gloriā et maiestate!
2. amictus lumine sicut vestimento: extendens cœlum sicut pellem:	2. Luce velas Te tamquam veste.
	cœlos expandis ut pannum.
3. qui tegis aquis superiora eius.	3. Ipse superstruit aquis superiora conclavia sua.
Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum.	nubes facit — currum suum,
	super alis venti incedit.
4. Qui facis angelos tuos, spiritus, et ministros tuos ignem urentem.	4. Ventos facit — nuntios suos,
	ignem flammantem — ministros su
5. Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in sæculum sæculi.	5. Terram fundavit super fundamen eius.
	ea in æternum non nutat.
6. Abyssus, sicut vestimentum, amictus eius:	6. Tu operuisti eam oceano tamqu vestimento.
super montes stabunt aquæ.	super montibus stabant aquæ.
7. Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt.	7. Præ increpatione Tua fugeru præ voce tonitrus Tui trepide gerunt (aquæ).
8. Ascendunt montes, et descendunt campi in locum, quem fundasti eis.	8. Ascenderunt montes, descenderu valles —
	in locum, quem assignasti eis.
9. Terminum posuisti, quem non transgredientur, neque convertentur operire terram.	9. Terminum posuisti, quem non tra gredientur,
	non amplius operient terram.
10. Qui emittis fontes in convallibus: inter medium montium pertransibunt aquæ.	10. Tu erumpere facis fontes in riv qui inter montes manant,

Potabunt omnes bestiæ agri:
exspectabunt onagri in siti sua.
Super ea volucres cœli habitabunt, de medio petrarum dabunt voces.
Rigans montes de superioribus suis:
de fructu operum tuorum satiabitur terra:
producens fœnum iumentis,
et herbam servituti hominum,
ut educas panem de terra,
et vinum lætificet cor hominis:
ut exhilaret faciem in oleo,
et panis cor hominis confirmet.
Saturabuntur ligna campi, et cedri Libani, quas plantavit:
illic passeres nidificabunt.
Herodii domus dux est eorum:
montes excelsi cervis:
petra refugium herinaciis.
Fecit lunam in tempora:
sol cognovit occasum suum.
Posuisti tenebras, et facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ.
Catuli leonum rugientes, ut rapiant, et quærant a Deo escam sibi.
Ortus est sol, et congregati sunt, et in cubilibus suis collocabuntur.
Exibit homo ad opus suum, et ad operationem suam usque ad vesperum.

11. potum præbentes omni bestiæ agresti;
onagri frangunt sitim suam.
12. Ad illos habitant aves cœli.
edunt vocem e mediis frondibus.
13. Tu irrigas montes e conclavibus Tuis,
terra satiatur fructu operum Tuorum.
14. **T**u progerminare facis gramen quadrupedibus,
et herbam in usum hominum,
ut producant sibi panem e terra.
15. Vinum etiam, quod lætificet cor hominis;
oleo splendidior reddenda est facies eius,
pane autem reficiendum est robur hominis.
16. Satiantur arbores Domini,
cedri Libani, quas plantavit,
17. in quibus aves nidificant;
cupressi sunt domus ciconiæ.
18. Montes illi alti sunt ibicibus,
rupes muribus iaculis — refugium.
19. **L**unam fecit ad constituenda temporum momenta;
sol novit occasum suum.
20. Facis tenebras et est nox,
qua prorepit omnis bestia silvæ.
21. Leunculi rugiunt appetentes prædæ,
poscentes a Deo cibum suum.
22. Oriente sole recipiunt se,
et abiiciunt se in lustra sua.
23. Homo exit ad negotium suum,
atque ad laborem suum usque ad vesperam.

24. Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua.

25. Hoc mare magnum, et spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus.
Animalia pusilla cum magnis:

26. illic naves pertransibunt.
Draco iste, quem formasti ad illudendum ei:

27. omnia a te exspectant,
ut des illis escam in tempore.

28. Dante te illis, colligent:
aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

29. Avertente autem te faciem, turbabuntur:
auferes spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum revertentur.

30. Emittes spiritum tuum, et creabuntur;
et renovabis faciem terræ.

31. Sit gloria Domini in sæculum:
lætabitur Dominus in operibus suis:

32. qui respicit terram et facit eam tremere: qui tangit montes, et fumigant.

33. Cantabo Domino in vita mea, psallam Deo meo, quamdiu sum.

34. Iucundum sit ei eloquium meum: ego vero delectabor in Domino.

35. Deficiant peccatores a terra, et iniqui ita, ut non sint: benedic, anima mea, Domino.

24. Quam multa sunt opera Tua, o Domine!
Tu sapienter fecisti ea omnia.
creaturis Tuis plena est terra!

25. Hoc mare magnum et latum utrinque;
ibi sunt reptilia innumera,
bestiæ parvæ cum magnis:

26. ibi naves eunt.
bellua ingens, quam creasti.
ut ludat in eo (mari).

27. Illa omnia Te exspectant.
ut des cibum iis tempore suo.

28. Das eis, — colligunt:
aperis manum Tuam. — satiantur bonis.

29. Si occultas faciem Tuam, — perculuntur;
si aufers spiritum vitalem iis, — exspirant
et in pulverem suum revertuntur.

30. Si emittis spiritum Tuum, — nascuntur,
et Tu renovas faciem terræ.

31. Gloria Domini manet in æternum.
Dominus lætatur operibus suis.

32. Si adspicit terram, ea contremiscit;
si tangit montes — fumant.

33. Canam Domino quousque vivam.
fidibus canam Deo meo, quousque superstes ero.

34. Utinam placeat Ei meditatio mea
ego lætor in Domino!

35. Deleantur peccatores de terra.
et impii ne sint amplius!
Lauda, anima mea, Dominum!
Halleluia!

v. 1. **ipsi David** = Davidis: addit Vulgata iuxta LXX. — **bene-** add.
o = laudo: idem v. 35.; vide psl. 102, 1. — **magnificatus** = magnus: **confessio** = gloria: vide psl. 6, 6. **decor** = maiestas; vide 92, 1.

v. 2. **pellis**; pro: pannus: sensu eodem.

v. 3. **tego** = superstruo. — **superiora**; scilicet conclavia; — **eius** sua: confer v. 13.: vide psl. 17, 31: Rgl. 37.. — **pono** = facio; vide 20, 10. — Participia hebraica et græca resolvit Vulgata II. personā. **ascensus** = currus = b. Hieron.

v. 4. **angelus** (græcismus) = nuntius. — **spiritus** = ventus; vide 102, 16. In epistola ad Hebr. 1, 7. citatur locus hic secundum LXX. intelligitur de angelis ceu entibus cœlestibus. Quæ textus hebr. de entiis mundi *physici* asserit, refert Alexandrinus ad potestates *spiritu-* seu *angelicas*. Ex *obiecto* textus hebraici fecit *subiectum* et vice versa. nisi hoc modo convenit hic locus *consilio* auctoris epistolæ ad Hebræos nsuri. quanto maior Filius Dei sit angelis. Sensus huius loci in epi-a ad Hebræos est: Deus angelis suis non minus quam ventis et mi-ris suis (iisdem angelis) non minus quam fulguribus utitur, i. e. angeli minus quam venti et fulgura imperio eius parent.

v. 5. **stabilitas** = fundamenta (b. Hieron.: „basis"). — **inclinor** nuto. — **in saeculum saeculi** = in æternum; vide psl. 82, 18.

v. 6. **super montes** = super montibus: confer psl. 8, 2.

v. 7. **ab increpatione**; **a voce** = præ increpatione: præ voce; e psl. 37, 9. — **fugient**; i. e. fugerunt (aquæ). — **„tonitrui"**; pro: nitrus": vide psl. 76, 19. — **formido**; pro: trepide fugio.

v. 8. **campi**; i. e. valles. — **fundo**; i. e. assigno.

v. 9. **neque convertentur operire** = non amplius operient; *„con-i"* est hic loci verbum auxiliare: vide psl. 6, 11. Rgl. 20.

v. 10. **emitto** = erumpere facio: All.: „hervorquellen lassen". — **con-lis** = rivus: hebr. נַחַל (nachal) denotat: 1. rivus, torrens; 2. vallis a rivo vel torrente. — **inter medium montium** = inter mortes; vide . 4. — **aquae**: addit Vulgata iuxta LXX. — **pertranseo** = mano, fluo. add.

v. 11. **potabunt** = bibunt. — **exspectabunt in siti sua**, i. e. ex-ctant sitim suam, scilicet securi: pro: *„frangunt sitim suam"*; sensu eodem. var
Græcus LXX. derivavit יִשְׁבְּרוּ a radice *„sabar"* = „exspectavit" loco *bar"* = „fregit": legit ergo שׁ loco שׂ; insuper addit εἰς, „in" (siti sua). add.

v. 12. **super ea**; i. e. ad illos; de עַל (al) vide psl. 22, 2., confer n. 4, 6.: „Iesus sedebat *super* fontem": All.: „setzte sich an den Brunnen". **de medio petrarum**; pro: *„e mediis frondibus"*. var.
Græcus LXX. legit כִּפְאִים = „petræ" (confer Κηφᾶς = Πέτρος) — עֲפָאִים = „frondes": כ (kaf) permutatum est errore auditus cum ע n), quod in quibusdam vocibus sonat *„g"*. v. c. Gaza, Gomora etc. —

v. 14. **produco** = germinare facio: **foenum** = gramen; vide psl. . 15. — **servituti** = usui = ad usum. — **educo** = produco; Vulgata nitivum hebraicum et græcum resolvit IIda persona loco IIItiae — „ut ducat"; scilicet homo sibi panem de terra.

v. 15. **et vinum laetificet**: i. e. vinum etiam, quod lætificet.

Regula 58. *In hebraica poësi relativum persæpe omittitur.* Rgl. 58.

in oleo = oleo; *„in"* instrumentale: vide psl. 2, 9. Rgl. 7. — **splen-a facies** = hilaris facies. — *exhilaro faciem oleo* = splendidam oleo

facio; seu respectu ad statum faciei præcedentem = *splendidiorem* ea reddo oleo. — **confirmo** = reficio; confer psl. 71. 16. „firmamentum"

var. v. 16. **ligna campi**; pro: arbores *Domini*, i. e. arbores, quæ singulari cultura ex parte hominis non gaudent.

Græcus LXX. legit שדי = *„s'dê"*, i. e. „campi"; pro: *„šaddaj"*, quo loco masoretici יהוה — *„I'hova"* = „Dominus" absque dubio substitutu erat. Commutatum ergo ש cum שׂ.

var. v. 17. **passer** = avis: vide psl. 10, 2. — **herodii domus dux es eorum**; *herodio, -onis* (Lev. 11. 19.; Iob 39. 13); *herodius, -i.* in Deu 14, 16. et hic loci 103, 7. denotat *„ciconiam"*. — **herodii domus** = ciconiæ nidus. — **dux est eorum**, scilicet nidorum. — *Sensus Vulgatæ es* In cedris nidificant aves; nidus ciconiæ eminet inter nidos.

Textus masoreticus habet: „cupressi *sunt domus ciconiæ"*; sensus quoa rem non mutatur. Græcus LXX. legit *„b'rošam"* = „caput eorum"; (

(b') essentiæ vide psl. 67, 5.; רֹאשׁ (roš) = „caput, dux"; ם (am) = eorun — loco masoretici *„b'rošim"* = „cupressi".

v. 18. **cervis**; pro: ibicibus, rupicapris, den Steinböcken; divokým kozám — Vulgata ipsa hebr. יַעֵל (ja'el) vertit *„ibex"* Iob. 39. 1. Est autem „ibex genus capræ silvestris, celeritatis eximiæ: Plin. 8, 53, 79.

herinaciis; pro: muribus iaculis; den Springhaſen. — Sensus no mutatur; est enim sermo de feris in solitudine, in rupibus degentibus.

v. 19. **in tempora**, scilicet mensuranda = ad constituenda temporu momenta; — **cognosco** = novi; vide psl. 17. 45.

v. 20. **pono** = facio: vide psl. 20. 10. — **pertranseo** = prorepo

v. 22. **congregantur** = recipiunt se; consequens pro antecedente — **collocantur** = collocant se (medium), abiiciunt se.

in cubiculis suis = in lustra sua: vide psl. 7, 21. Rgl. 21.

v. 24. **magnificata** = magna = multa: confer 5, 8. — **in sapienti** = sapienter: vide psl. 4, 9. Rgl. 14. - **possessio tua** = creaturæ Tuæ

v. 25. **spatiosum manibus** (LXX. εὐρύχωρος) = latum utrimque, i. e in utramque partem, late patens, i. e. longum et latum.

v. 26. **pertranseo** = transeo = eo: vide Rgl. 5. pag. 16. — **drac** = bellua ingens; vide psl. 73, 13. — **illudo** = ludo; *ad illudendum e* i. e. mari = ut ludat in eo (scilicet mari); Schegg: „darin zu ſpielen".

v. 27. **a te exspectant**; pro: te exspectant. — Idem verbum יָבַר (sabar) sequente לְ (= אֶל hic loci) vertit Vulgata Accusativo v. c. psl 118, 166. „exspectabam salutare tuum"; idem in Is. 38. „non exspectabun veritatem tuam". — **in tempore**; i. e. in tempore suo: Schegg: „zur rechte

omis. Zeit". — Vulgata iuxta LXX. omisit pronomen possessivum „suo".

v. 28. **bonitas**; pro: bona, -orum; vide psl. 10, 8. Rgl. 30.

v. 29. **avertit faciem** = occultat faciem; i. e. subtrahit ei gratiam suam, victum; vide psl. 12, 1. — **turbor** = percellor, territus deficio vide psl. 89, 7. — **auferes spiritum eorum** = si aufers eis spiritu *vitalem*, qui a Deo prodit; vide v. 30. — **deficio** = exspiro: vide 9, 7

v. 30. **creabuntur** = nova nascuntur; i. e. in existentiam vocantu nova animantia.

v. 31. **sit**; i. e. manet. — **in saeculum** = in æternum: vide psl 74, 10. — **laetabitur in operibus** = lætatur operibus; idem v. 3

"

v. 32. **qui respicit** = si adspicit; hebr. et græc. Participium resolvit ata *relativo* pronomine. — **facit eam tremere**; pro: „ea contremiscit.“ var.
:us LXX. adiunxit textui impunctato vocales formæ *hiktil*; sensus est
. — **qui tangit** = *si* tangit; Participium græcum resolvit Vulgata
ivo. — **fumigant** = fumant: scilicet anxii.
v. 33. **in vita mea** = quousque vivam. — **psallo** = fidibus cano;
psl. 67, 26.
v. 34. **eloquium** = meditatio.
v. 35. **deficiant** = deleantur; vide psl. 72, 19. — **a terra** = *de*
.. — **ita ut non sint**; scilicet amplius; vide Præfatio pag. 11. 2. omis.
„**Halleluia!**“ omisit Vulgata iuxta LXX.

PSALMUS 104. (hebr. 105.)

Hymnus in gratiarum actionem pro mirabilibus beneficiis.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer celebrat beneficia
hova populo electo collata inde ab Abrahami aetate usque ad occu-
onem terrae Canaan.
Prima hujus psalmi pars (v. 1.—15.) legitur etiam in I. Par. 16, 8.—
ubi auctor ejus disserte (v. 7.) nominatur David; inde concluditur:
a) vel in I. Par. c. 16. non contineri integrum canticum; —
b) vel adjectos esse versus ultimos hujus psalmi (v. 16.—45.) ab
o ignoto auctore recentiori. — Confer etiam dicta ad psl. 95. (hebr. 96.).

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
Alleluja.	
Confitemini Domino, et invocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius.	1. Laudate Dominum, invocate nomen Eius, annuntiate inter populos opera Eius!
Cantate ei, et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius.	2. Canite Ei, fidibus canite Ei! meditamini de omnibus mirabilibus Eius!
Laudamini in nomine sancto eius: lætetur cor quærentium Dominum.	3. Gloriamini nomine Eius sancto, lætetur cor cultorum Domini!
Quærite Dominum, et confirmamini: quærite faciem eius semper.	4. Scrutamini Dominum et potentiam Eius, quærite continuo faciem Eius!
Mementote mirabilium eius, quæ fecit: prodigia eius, iudicia oris eius.	5. Memores estote mirabilium Eius, quæ fecit, signorum Eius et iudiciorum oris Eius!

6. Semen Abraham, servi eius:
filii Iacob electi Eius.
7. Ipse Dominus Deus noster:
in universa terra iudicia eius.

8. Memor fuit in sæculum testamenti sui,
verbi, quod mandavit in mille generationes:
9. quod disposuit ad Abraham,
et iuramenti sui ad Isaac:
10. et statuit illud Iacob in præceptum, et Israël in testamentum æternum,
11. dicens: Tibi dabo terram Chanaan,
funiculum hereditatis vestræ.
12. Cum essent numero brevi,
paucissimi et incolæ eius,
13. et pertransierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum.
14. Non reliquit hominem nocere eis,
et corripuit pro eis reges.
15. Nolite tangere christos meos,
et in prophetis meis nolite malignari.
16. Et vocavit famem super terram, et omne firmamentum panis contrivit.
17. Misit ante eos virum: in servum venumdatus est Ioseph.
18. Humiliaverunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius,
19. donec veniret verbum eius.
Eloquium Domini inflammavit eum:
20. misit rex, et solvit eum:
princeps populorum, et dimisit eum.

6. Vos semen Abrahami, servi Ei
filii Iacobi, electi Eius.
7. Is — Dominus Deus noster est,
per universam terram exercent
iudicia Eius.
8. Fœderis sui memor est in perp
tuum,
verbi, quod mandavit in mille
tates,
9. eius, quod pepigit cum Abraham
et iurisiurandi, quod præstitit Isaac
10. et quod constituit Iacobo in st
tutum,
Israëli in fœdus æternum
11. dicens: „Tibi dabo terram Can
næam,
partem peculii vestri.“
12. Quum essent faciles numeratu,
pauci tantum et peregrini in ea
13. quum migrarunt de populo ad p
pulum,
de uno regno ad nationem alian
14. non concessit cuiquam opprime
eos,
et castigavit eorum causa reges:
15. „Ne tangatis unctos meos,
et vatibus meis, ne faciatis male

16. Et vocavit famem super terram,
omnem baculum panis fregit;

17. misit ante eos virum,
in servum venditus est Iosepht
18. compede afflixerunt pedes eius,
in catenas ferreas intravit perso
eius,
19. usque ad tempus, quo eventum h
buit verbum eius,
donec dictum Domini probavit eu
20. misit rex et solvit eum
dominator populorum, et vincu
expedivit eum;

Constituit eum dominum domus suæ,
et principem omnis possessionis suæ;
ut erudiret principes eius sicut semetipsum,
et senes eius prudentiam doceret.
Et intravit Israël in Aegyptum,
et Iacob accola fuit in terra Cham.
Et auxit populum suum vehementer,
et firmavit eum super inimicos eius.
Convertit cor eorum, ut odirent populum eius,
et dolum facerent in servos eius.
Misit Moysen servum suum:
Aaron, quem elegit ipsum.
Posuit in eis verba signorum suorum
et prodigiorum in terra Cham.
Misit tenebras, et obscuravit,
et non exacerbavit sermones suos.
Convertit aquas eorum in sanguinem, et occidit pisces eorum.
Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum.

Dixit, et venit cœnomyia,
et sciniphes in omnibus finibus eorum.
Posuit pluvias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorum.
Et percussit vineas eorum, et ficulneas eorum, et contrivit lignum finium eorum.

21. constituit eum dominum super domum suam,
et dominatorem in omnem possessionem suam,
22. ut vinciret principes eius secundum beneplacitum suum,
et ut doceret sapientiam — senatores eius.
23. Dein venit Israël in Aegyptum,
et Iacob commorabatur hospes in terra Chami.
24. Et fecundum reddidit populum suum nimis,
et fecit eum validiorem adversariis eius.
25. Et mutavit animum eorum, ut odio haberent populum Eius,
ut fraudulenter agerent in servos Eius.
26. Misit Mosen servum suum,
Aronem, quem elegerat.
27. Hi fecerunt inter eos mirabilia Illius,
et signa in terra Chami.
28. Misit tenebras et caliginem fecit,
et ii non repugnaverunt verbis Eius.

29. Mutavit aquas eorum in sanguinem,
et occidit pisces in eis.

30. Terra eorum scatuit ranis,
hæ erant in ipsis conclavibus regum eorum.
31. Iussit et venit musca canina,
culices in omnes fines eorum.

32. Fecit imbres eorum grandinem,
ignem flammarum in terra eorum.

33. Et percussit vitem eorum et ficum,
et confregit arbores regionis eorum.

34. Dixit et venit locusta, et bruchus, cujus non erat numerus:
35. et comedit omne fœnum in terra eorum, et comedit omnem fructum terræ eorum.
36. Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum.
37. Et eduxit eos cum argento et auro,
et non erat in tribubus eorum infirmus.
38. Lætata est Aegyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos.
39. Expandit nubem in protectionem eorum, et ignem, ut luceret eis per noctem.
40. Petierunt, et venit coturnix, et pane cœli saturavit eos.
41. Dirupit petram, et fluxerunt aquæ: abierunt in sicco flumina:
42. quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum.
43. Et eduxit populum suum in exultatione,
et electos suos in lætitia.
44. Et dedit illis regiones gentium, et labores populorum possederunt,
45. ut custodiant iustificationes eius, et legem eius requirant.

34. Iussit et venit locusta.
et insectum vorax innumerabile.
35. Et absumpsit omnem herbam in terra eorum,
et comedit fructum agri eorum.
36. Dein percussit omne primogenitum in terra eorum,
primitias omnium virium eorum.
37. Dein eduxit eos cum argento et auro,
neque erat in tribubus ejus — infirmus.
38. Aegyptii lætati sunt exitu eorum; nam ceciderat pavor eorum super illos.
39. **E**xpandit nubem, ut esset tegumentum,
et ignem, ut illustraret noctem.
40. Postularunt et adduxit coturnices, et pane cœlesti satiavit eos.
41. Aperuit petram et fluxerunt aquæ, manarunt fluvii instar — per loca deserta.
42. **N**am memor fuit verbi sui sancti, quod dederat Abrahamo servo suo.
43. Atque ita eduxit populum suum inter gaudia,
inter jubila electos suos;
44. et dedit iis terras gentium, et occuparunt laborem populorum,
45. ideo ut observarent statuta Eius, et servarent præcepta Eius.
Halleluja!

add. v. 1. **Alleluia**; addit Vulgata iuxta LXX.
confiteor Domino = laudo Dominum; vide psl. 6, 6.
v. 2. **psallo** = fidibus cano; vide psl. 67, 26. — **narro** = meditor; hebr. שִׂיחַ (siach) vide psl. 76, 4., ubi Vulgata vertit: „exercitatus sum".
v. 3. **laudor** = glorior (medium); vide psl. 9², 3.; sich rühmen, honositi se. — **in nomine**; de „*in*" vide psl. 2, 9. Rgl. 7.
quaerens Dominum = cultor Domini; vide psl. 9, 11.

v. 4. **quaerite**; scilicet meditantes de potentia Eius. — **confirma-** var.
i; pro: „*potentiam eius*“; b. Hieron.: „et virtutem Eius“. — Græcus
. legit עזו „u´zu“ *(Imperativum)* loco „u´zo“ (nomen cum suffixo).

v. 8. **in saeculum** = in perpetuum; vide psl. 74, 10.
testamentum = fœdus; idem v. 10.; vide psl. 54, 21.

v. 9. **disposuit ad Abraham** = pepigit cum Abrahamo; vide 82, 6.

v. 10. **praeceptum** = statutum; vide 7, 7. —

v. 11. **funiculus** = pars, quæ funiculo mensorio determinatur; vide
77, 54. — **hereditas** = peculium; vide psl. 77, 71.

v. 12. **numero brevi sunt** = sunt faciles numeratu. — In hebr.
id ad verbum: „*homines numeri*“ (b. Hieron.: „pauci viri“). — **in-**
e eius; LXX. πάροικοι = „peregrini in ea“; Schegg: „Fremdlinge darin.“

v. 13. **pertranseo** = migro. — **in gentem** = *ad* gentem.

v. 14. **relinquo** = permitto, concedo. — **homo** = quisque; præ-
nte negatione = *nullus, nemo;* vide psl. 9 2, 11. Rgl. 27. — **nocere**
primere; genus et species. — **corripio** = castigo; Schegg: „züchtigen.“

v. 15. **christus** (græcismus) = **unctus**; vide psl. 2, 2.
malignor in aliquo = male facio alicui.

v. 16. **firmamentum** = fulcrum, baculus; b. Hieron.: „virga“; vide
71, 16. — **contero** = frango; confringo; idem v. 33.

v. 18. **humilio** = affligo; vide psl. 34, 13.; „*in*“ instrumentale; vide
2, 9. Rgl. 7. — **ferrum pertransiit animam eius;** i. e. in ferrum
n catenas ferreas) venit persona eius. — **ferrum** = vincula ferrea. —
ia eius = persona eius; confer: die Zahl der Seelen, počet duší.

v. 19. **donec venit verbum eius** = usque ad tempus, quo eventum
it verbum eius; scilicet quo pincernæ regio et pistori in carcere
ia erat interpretatus. — **venit** = eventum habuit; Ill.: „es traf ein“.
inflammavit = probavit (= b. Hieron.). — *inflammare* LXX. πυρόω
amma purgare; durchs Feuer reinigen, läutern = probare; bewähren;
ěiti. — „**eloquium Domini**“ est interpretatio somniorum, quam Do-
s Iosepho manifestavit (Gen. 40, 16.).

v. 20. **dimisit eum** = vinculis expedivit eum; Schegg: „befreite ihn“.

v. 22. **erudio** = vincio (trop.); Schegg: „leiten“; confer Gen. 41, 44.
sitiones, præcepta, leges vocantur tropice „vincula“. — **sicut semet-**
m; scilicet Pharaonem, seu domum Pharaonis; confer Gen. 41, 40. —
„*secundum beneplacitum suum.*“ — Sensus est idem: „Josephus omnia se-
um beneplacitum disponere potestatem habuit“. — **senes;** i. e. senatores.

v. 23. **accola fuit** = hospes commorabatur.

v. 24. **firmavit eum super inimicos eius** = fecit eum validiorem
sariis eius. — *de Comparativo* vide psl. 4, 8. Rgl. 13.

v. 26. **quem elegit ipsum;** „*ipsum*“ redundat; vide 18, 4. Rgl. 38.

v. 27. **posuit in eis verba signorum suorum et prodigiorum**
osuit in Moyse et Arone signa sua et prodigia; i. e. dedit Moysi et
potestatem faciendi signa et prodigia; de „*ponere*“ confer Numeri
8. „Numquid loqui potero aliud, nisi quod Deus *posuerit in ore meo.*“
Secundum *textum masoreticum* mentio fit *executionis* huius acceptæ
tatis; sensus manet idem.

verba signorum = facta signantia, signa mirabilia; vide 40, 9. „da-
conf. 64, 4. — **in eis** = inter eos; scil. Aegyptios; vide 3, 3. Rgl. 10.

v. 28. **obscuro** = caliginem facio; Schegg: „mache Dunkel". — **ex acerbo** = irrito, irritum facio = repugno; causa et effectus; conf. 106, 11
Sensus est: Nec Moyses, nec Aron verbis Domini repugnavit, i. e. Moyses et Aron obediebant mandatis Domini; (b. Hieron.: „non fuerun increduli verbis Eius"). — In hebraico est *pluralis* sensu eodem.
sermones suos; pro: „sermones *eius*" vide psl. 17, 31. Rgl. 37.
v. 29. **pisces eorum** = pisces earum; scil. aquarum = pisces in ei
v. 30. **edidit ranas** = scatuit ranis. — **penetralia** = conclavia
v. 31. **dico** = iubeo; idem v. 34. — **coenomyia**; LXX. κυνομυῖα = musca canina. — **sciniphes**; LXX. σκνῖπες = culices; muscæ minutissimæ sed aculeis permolestæ. — **in omnibus finibus** = in omnes fines.
v. 32. **pono** = facio; vide psl. 20, 10. — **ignis comburens** = ignis flammarum, i. e. fulmina. Sensus est: „Loco pluviorum immisit grandinem cum fulminibus"; vide Exod. 9, 22.—25.
v. 33. **vinea**; pro: „vitis"; continens pro contento; psl. 77, 47. — **ficulnea** = ficus. — **lignum** (collectivum) = arbores. — **fines** = regiones
v. 34. **bruchus**; LXX. βροῦχος (a βρύκω = rodo.) = insectum vorax
v. 35. **foenum** = herba; vide psl. 71, 16.; — **terra** i. e. ager.
v. 36. **omnis laboris** = omnium virium; vide psl. 77, 51.
v. 38. **profectio** = exitus. — **incubuit**; pro: „cecidit"; subsequens pro antecedente. — **pavor eorum**; scilicet Israëlitarum; — Israëlitæ erant *obiectum* pavoris propter plagas, quibus Deus populi electi causa Aegyptios afflixit; vide psl. 5, 8. Rgl. 17.

add. v. 39. **protectio** = tegumentum; metafora. — **eorum**; in II. hemistichio „**eis**"; addit Vulgata iuxta LXX.

var. v. 40. **venit**; pro: „adduxit", scilicet Deus; sensu eodem Græcus LXX. legit formam „*kal*" loco „*hiktil*". — **coturnix** (collectivum) = coturnices. — **panis coeli** = panis cœlestis; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.
v. 41. **dirupit** = aperuit, scilicet rumpendo. — **abierunt in sicc** = manarunt per sicca loca = deserta; de „*in*" vide psl. 3, 3. Rgl. 1
v. 42. **puer** = servus; vide psl. 17, 1.
v. 43. **in exultatione** = *inter* gaudia; **in laetitia** = *inter* iubil
v. 44. **possideo** = occupo; subsequens pro antecedente; vide 43,
v. 45. **iustificationes** = statuta, præcepta *Dei*; Vulgata ipsa vert
hebr. חֹק (chok, plur. chukkim,) LXX. δικαιώματα:
præcepta; v. c. psl. 2, 6.; Ex. 15, 25.; Ios. 24, 25.; Deut. 4, 5.; Ma 4, 4.; Ez. 20, 25. etc. —
mandata; v. c. Deut. 26, 16.; sæpe autem etiam vertit:
iustificationes, ut hic loci et psl. 118.; confer etiam: Luc. 1, 6 Rom. 9, 1. „iustificationes culturæ," i. e. præcepta de cultu divino; v
iustitiæ v. c. psl. 18, 9., psl. 88, 32.; alias:
„*ceremoniæ*" v. c. Deut. 4, 8. 14.; 6, 1. 20.; 11, 32.; Nehem. 9, 13. 14
„*legitima*" v. c. Deut. 6, 24. etc. —

omis. **requiro** = servo (= b. Hieron.); respondet τῷ „*custodire*" I. membr
„Halleluia" in fine psalmi omisit Vulgata iuxta LXX.

PSALMUS 105. (hebr. 106.)

Dominus fidem servabit populo suo ingrato.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — ore exilii vivens (coll. v. 47.) commemorat beneficia Hebraeis a Deo tita — inde ab exitu ex Aegypto usque in aevum Iudicum; ad (v. 47.) precatur verbis ex psalmo Davidis I. Par. 16, 35 de-is, ut Deus populum inter gentes dispersum reducere dignetur. — Nota. — Versus 48. (= I. Par. 16, 36.) est doxologia, qua liber psal- quartus terminatur.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Alleluia.	Halleluiah!
onfitemini Domino, quoniam onus, quoniam in sæculum isericordia eius.	1. Laudate Dominum, nam benignus est, nam in æternum manet gratia Eius!
uis loquetur potentias Do-ini, auditas faciet omnes udes eius?	2. Quis eloquetur fortia facta Domini, et quis prædicabit omnes laudes Eius?
eati, qui custodiunt iudicium, faciunt iustitiam in omni mpore.	3. Beati, qui observant legem, beatus, qui exercet iustitiam omni tempore!
emento nostri, Domine, in neplacito populi tui: isita nos in salutari tuo: videndum in bonitate elec-rum tuorum, ad lætandum lætitia gentis tuæ, ut lau-eris cum hereditate tua.	4. Memento mei, Domine, propter be-nevolentiam erga populum Tuum; adesto mihi auxilio Tuo! 5. ut videam felicitatem electorum Tuorum, ut læter lætitia populi Tui, et glorier cum peculio Tuo.
eccavimus cum patribus no-ris: iniuste egimus, iniqui-tem fecimus.	6. Peccavimus — ut patres nostri, prave fecimus, impie egimus.
atres nostri in Aegypto non tellexerunt mirabilia tua, n fuerunt memores multitu-nis misericordiæ tuæ. Et irritaverunt ascendentes mare, Mare rubrum. salvavit eos propter no-en suum, ut notam faceret tentiam suam.	7. Patres nostri in Aegypto non atten-derunt mirabilia Tua, non memores fuerunt multitudinis beneficiorum Tuorum, et rebellarunt ad mare, ad mare algosum. 8. Ille vero liberavit eos propter no-men suum, ut notam faceret potentiam suam.

9. Et increpuit Mare rubrum, et exsiccatum est,
et deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
10. Et salvavit eos de manu odientium, et redemit eos de manu inimici.
11. Et operuit aqua tribulantes eos:
unus ex eis non remansit.
12. Et crediderunt verbis eius,
et laudaverunt laudem eius.
13. Cito fecerunt, obliti sunt operum eius, et non sustinuerunt consilium eius.
14. Et concupierunt concupiscentiam in deserto, et tentaverunt Deum in inaquoso.
15. Et dedit eis petitionem ipsorum, et misit saturitatem in animas eorum.
16. Et irritaverunt Moysen in castris: Aaron, sanctum Domini.
17. Aperta est terra, et deglutivit Dathan, et operuit super congregationem Abiron.
18. Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.
19. Et fecerunt vitulum in Horeb, et adoraverunt sculptile.
20. Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.
21. Obliti sunt Deum, qui salvavit eos, qui fecit magnalia in Aegypto,
22. mirabilia in terra Cham, terribilia in Mari rubro.

9. Increpavit mare algosum et exsic
catum est,
et duxit eos per fluctus velut pe
aridam.
10. Et liberavit eos e manu osoris,
et redemit eos e manu hostis.
11. Aquæ nempe operuerunt persecu
tores eorum,
ne unus quidem ex illis remansi
12. Tum fidem habuerunt verbis Eius
et cecinerunt laudes Eius.
13. Mox obliti sunt operum Eius,
non exspectaverunt decretum Eius
14. Cepit eos cupido in deserto,
et tentaverunt Deum in terra vast
15. Et concessit iis petitum eorum,
et misit maciem in ipsos.
16. Inviderunt Mosi in castris,
Aaroni, sacerdoti Domini.
17. Et aperuit se terra et devora
Dathanem,
et operuit turbam Abirami.
18. Et exarsit ignis in turba eorum,
flamma absumpsit impios.
19. Fecerunt vitulum ad Horebum,
et prostraverunt se coram simu
lacro fuso;
20. et permutarunt decus ipsorum,
cum imagine iuvenci vorantis herba
21. Obliti sunt Dei, liberatoris ipsorum
qui magnalia fecerat in Aegypt
22. mirabilia in terra Chami,
terribilia ad mare algosum.

Et dixit, ut disperderet eos,
si non Moyses electus eius
stetisset in confractione in
conspectu eius, ut averteret
iram eius, ne disperderet eos:
et pro nihilo habuerunt ter-
ram desiderabilem:
non crediderunt verbo eius,
et murmuraverunt in taber-
naculis suis: non exaudierunt
vocem Domini.
Et elevavit manum suam super
eos, ut prosterneret eos in
deserto:
et ut deiiceret semen eorum
in nationibus, et dispergeret
eos in regionibus.
Et initiati sunt Beelphegor,
et comederunt sacrificia mor-
tuorum.
Et irritaverunt eum in adin-
ventionibus suis, et multipli-
cata est in eis ruina.
Et stetit Phinees, et placavit,

et cessavit quassatio.
Et reputatum est ei in iusti-
tiam, in generationem et ge-
nerationem usque in sempi-
ternum.
Et irritaverunt eum ad Aquas
contradictionis, et vexatus est
Moyses propter eos,

quia exacerbaverunt spiritum
eius.
Et distinxit in labiis suis:

non disperdiderunt gentes,
quas dixit Dominus illis.
Et commisti sunt inter gentes,
et didicerunt opera eorum.

23. Tum decrevisset delere eos,
nisi Moses, electus Eius, stetisset
in ruptura coram Eo,
ut averteret iram Eius a minata
pernicie.
24. Et spreverunt terram desiderabi-
lem,
non fidem habuerunt verbo Eius.
25. Et fremuerunt in tentoriis suis,
non obtemperaverunt voci Domini.

26. Propterea elevavit manum suam iis,
se prostraturum esse eos in deserto,

27. et proiecturum se esse semen eo-
rum inter gentes
et dispersurum eos per terras.
28. Adhæserunt Baal-Peoro,
et comederunt sacrificia mortuorum,

29. et concitaverunt Eum facinoribus
suis,
et irrupit in eos plaga.
30. Tum surrexit Pinchas et vindictam
exercuit,
et cohibita est plaga ista.
31. Et hoc imputatum est ei pro iu-
stitia —
per omnes ætates in æternum.

32. Etiam in iram concitaverunt Eum
ad aquas rixæ,
et male actum est illorum causa
cum Mose;
33. nam repugnaverunt voluntati eius
ita,
ut inconsiderate locutus sit labiis
suis.
34. Non deleverunt populos,
quos dixerat Dominus iis;
35. sed permiscuerunt se cum populis,
et didicerunt opera eorum.

36. et servierunt sculptilibus eorum: et factum est illis in scandalum.

37. Et immolaverunt filios suos et filias suas dæmoniis.

38. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, et filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan. Et infecta est terra in sanguinibus,

39. et contaminata est in operibus eorum, et fornicati sunt in adinventionibus suis.

40. Et iratus est furore Dominus in populum suum, et abominatus est hereditatem suam.

41. Et tradidit eos in manus gentium: et dominati sunt eorum, qui oderunt eos.

42. Et tribulaverunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum:

43. sæpe liberavit eos. Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo, et humiliati sunt in iniquitatibus suis.

44. Et vidit, cum tribularentur, et audivit orationem eorum.

45. Et memor fuit testamenti sui, et pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.

46. Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium, qui ceperant eos.

47. Salvos nos fac, Domine Deus noster, et congrega nos de na-

36. Et coluerunt idola eorum, quæ facta sunt iis — laqueus.

37. Sacrificarunt filios suos, et filias suas — diis fictitiis.

38. Et fuderunt sanguinem insontem, sanguinem filiorum suorum et fi arum suarum, quos sacrificarunt idolis Cananæ ita ut profanata esset terra dibus.

39. Et polluebant se operibus suis, et scortabantur facinoribus suis.

40. Propterea exarsit ira Domini populum suum, et abominatus est hereditatem am.

41. Tradidit eos in manum gentium, et dominati sunt in eos osor eorum.

42. Et oppresserunt eos hostes eoru et subiecti sunt sub manum eoru

43. Multoties eripuit eos, illi autem repugnarunt Ei consi suo, et inde corruerunt culpā suā.

44. Et tamen adspexit angustias eoru cum audisset clamorem eorum,

45. et recordatus est iis fœderis s et misertus est pro magnitudi gratiæ suæ.

46. Et fecit, ut misericordiam inve rent, coram omnibus, qui eos capti tenebant.

47. Libera nos Domine, Deus nost et collige nos ex gentibus,

ionibus, ut confiteamur nomini
ancto tuo, et gloriemur in
aude tua,
Benedictus Dominus Deus
Israël a sæculo et usque in
sæculum, et dicet omnis po-
pulus: Fiat, fiat.

ut celebremus nomen Tuum san-
ctum;
ut gloriemur laudibus Tuis!
48. Laudetur Dominus, Deus Israëlis,
ab æternitate usque ad æternita-
tem!
et dicat omnis populus: Amen!
Hallelujah!

Confiteor Domino = laudo Dominum; *idem* v. 47. vide psl. 6, 6. **onus** = benignus: vide psl. 53, 8. — **in saeculum** = in æternum; psl. 74, 10. — **misericordia** = gratia; vide psl. 5, 8.

v. 2. **potentiae** = fortia facta; vide psl. 16, 7. Rgl. 35. **loquor** = eloquor. — **auditum facio** = prædico.

v. 3. **iudicium** = lex; de hebr. „mišfat" vide psl. 24, 9.

v. 4. **memento nostri**; pro: „memento *mei*"; (זכרנו loco זכרני) per- var.
tum est ' cum ו; sensus non mutatur. — **in beneplacito populi tui** ropter benevolentiam *erga* populum tuum; vide psl. 68, 14. et 3, 3. 10. — **visita nos** = adesto nobis; pro: „adesto *mihi*". — **in sa-** var.
ri = auxilio; vide psl. 9, 16. et 2, 9. Rgl. 7.

v. 5. **in bonitate** = in felicitate = felicitatem. — **ut lauderis**; pro: lorier; vide psl. 9², 3. Schegg: „daß wir uns rühmen". — Vulgata In- vum hebr. et græc. revolvit II. personā. — **hereditas** = peculium.

v. 6. **cum patribus** = *ut* patres; wie unſere Väter; jako otcové naši. **iniquitatem** = impie, inique; vide psl. 11, 3. Rgl. 31.

v. 7. **intelligo** = attendo; vide psl. 5, 2. — **misericordia**; i. e. *icia*; vide psl. 16, 7. Rgl. 35. — **irritaverunt ascendentes in mare**; var.
„rebellarunt ad mare". Alexandrinus legit impunctatum עלים „o'lim", „*ascendentes*" loco „'al-jam", i. e. „*ad mare*"; inde LXX. vocem „mare" tantum vice ponit (Vulgata autem bis). — **in mare** = ad mare; . על ('al); confer psl. 22. 2.; idem v. 22. — **mare rubrum** = mare um. — All.: Schilf-Meer; *idem* v. 9., v. 22.

v. 9. **deduco** = duco; vide Rgl. 5.; vide psl. 30, 4. — **in abyssis** i **deserto** = „*per* fluctus" — „*per* aridam;" vide 3, 3. Rgl. 10. et 32, 7.

v. 11. **et** = nempe; vide Rgl. 3. pag. 16. — **tribulo** = persequor; „dränge". — **unus ex eis non remansit** = ne unus quidem ex remansit; vide psl. 9², 11. Rgl. 27.

v. 12. **laudo laudem eius** = cano laudes eius; All.: „ſangen ſein Lob".

v. 13. **cito fecerunt, obliti sunt** = mox obliti sunt. Hebr. מָהֵר er) „festinavit" est verbum auxiliare; vide 30, 3. Rgl. 46. — **sustineo** xspecto; vide psl. 55, 7. = **consilium** = decretum.

v. 14. **concupierunt concupiscentiam** = cepit eos cupido; Schegg: wurden lüſtern". — **inaquosum** = terra vasta; vide psl. 77, 17.

v. 15. **do** = concedo, permitto; vide psl. 15, 10. — **petitio** = pe- ı; abstractum pro concreto. — **saturitas**, LXX. πλησμονή; i. e. super- var.

saturitas; Übersättigung. — In textu masoretico est: „*macies*“; Schwindsucht; er machte ihr Leben hinschwinden. — Sensus non mutatur; nam supersaturati morte puniti sunt. Alexandrinus legisse videtur מזון (mazon) = „esca,“ (Dan. 4. 9.) loco רזון (razon) = „macies;“ permutatum est ר cum מ.

animae eorum = ii, ipsi; vide psl. 3, 3.

v. 16. **irrito** = invideo. — **sanctus**; i. e. sacerdos.

v. 17. **aperta est** (medium) = aperuit se. — **operuit super congregationem** = operuit turbam.

v. 18. **synagoga** = turba; vide psl. 85, 14.

v. 20. **gloriam suam** = decus ipsorum. — **foenum** = herba; vide psl. 71, 16. Alll.: „Gras“.

v. 23. **dixit** = decrevit. — **disperdo** = perdo, deleo; *idem* v. 34. vide Rgl. 5. pag. 16. — Constructio „*ut*“ — loco Infinitivi in Vulgata sæpe occurrit; vide v. 26. et 27. — **confractio** = fractio, ruptura.

v. 25. **exaudio vocem** = audio vocem = obedio voci.

v. 26. **et** = propterea; vide psl. 64, 9. et Rgl. 3. pag. 16. — **elevavit manum suam super eos** = eis = iuravit eis. —

v. 27. **deiicio** = proïicio. — **in nationibus** = *inter* gentes.

in regionibus = *per* terras; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

v. 28. **initior** = adhæreo. — **„mortui“** vocantur idola, dei falsi; Deus verus est Deus *vivus*.

v. 29. **irrito** = concito ad iram; *idem* v. 32. — **in adinventionibus** = facinoribus; *idem* v. 39.; vide psl. 76, 13.; 2, 9. Rgl. 7. — **multiplicata est in eis** = irrupit in eos. — **ruina** = plaga.

v. 30. **stetit** = surrexit; vide psl. 17, 39. — **placavit;** pro: vindictam exercuit; effectus pro causa. — **quassatio** = plaga ista. De hac re vide Num. 25, 1—8.

v. 31. **reputo** = imputo. — **in iustitiam** = pro iustitia. — **in generationem et generationem** = per omnes ætates; vide psl. 32, 11.

v. 32. **et** = etiam; **vexatus est Moyses** = male actum est Mosi.

v. 33. **exacerbo** = repugno; *idem* v. 43. vide psl. 104, 28. — **spiritus eius** = voluntas eius. — **distinxit**; i. e. *inconsiderate locutus est* יִבְטָא (j'battê). — Latinum „distinguere“ (LXX. διαστέλλω) denotat proprie punctis rem a re discriminare; dein — res appositis *notis* illustrare, variare. — Moyses mandatum divinum exsecuturus coram populo rebelle inconsiderate dubium apposuit (confer Num. 20, 10.); inde *ad rem* recte vertit Alll.: „er zweifelte“. — Pro „distinxit“ ponit Vulgata „*protulit*“, „*sermone firmavit*“ in Lev. 5, 4.; Confer etiam 65, 14. „distinxerunt“ פָּצוּ (facu).

in labiis = labiis; „*in*“ instrumentale; vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

v. 35. **et** = sed; vide Rgl. 3, pag. 16. — **commisti sunt** (medium) = permiscuerunt se. — **inter gentes** = cum populis; vide 3, 3. Rgl. 10.

v. 36. **scandalum** = laqueus; confer psl. 68, 23.

v. 37. **daemoniis** = diis fictitiis; vide psl. 90, 6.

v. 38. **effundo** = fundo; vide Rgl. 5. — **infecta est** = profanata est. — **in sanguinibus** = cædibus; vide psl. 50, 16. et 2, 9. Rgl. 7.

v. 39. **contaminata est,** scilicet terra. pro: „*polluebant se*“, scilicet Israëlitæ; continens pro contento; sensus manet idem.

v. 40. **et** = propterea; vide Rgl. 3. pag. 16.

iratus est furore Dominus = exarsit ira Domini.

v. 42. **tribulo** = opprimo: confer v. 11.
humilior = subiicior, corruo: idem v. 43.
v. 43. **in iniquitatibus suis** = culpā sua: vide 50. 7.; 2. 9. Rgl. 7.
v. 44. **et** = et tamen; vide Rgl. 3. pag. 16. — **video** = adspicio: de psl. 67. 25. — **oratio** = clamor.
v. 45. **memor fuit** = recordatus est. — **testamentum** = fœdus: de 54. 21. — **poenituit eum** = misertus est.
multitudo misericordiae = magnitudo gratiæ: vide psl. 5. 8.
v. 46. **et dedit eos in misericordias** = et fecit, ut misericordiam venirent: vide 76. 10. — **do** = facio: vide 67. 12. — **in conspectu** = ram: vide Rgl. 4. — **capio**; pro: captivos teneo: causa pro effectu.
v. 47. **congrega** = collige. — **et gloriemur**: „et" addit Vulgata add. on LXX.). —
in laude tua = laudibus tuis: „*in*" instrumentale.
v. 48. **benedictus**, scilicet „sit". = laudetur: vide psl. 102. 1. et gl. 2. pag. 16. — **saeculum** = æternitas: vide psl. 74. 10. —
fiat, fiat; pro: Amen! Halleluiah!

LIBER QUINTUS.

(Psl. 106—150. (hebr. 107—150.)

PSALMUS 106. (hebr. 107.)

Gratiarum actio pro miraculoso Iehovae auxilio.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus, — excitat ad gratias agendas Deo (1.—3.), qui miraculosum auxilium praestitit in deserto (4.—9.), in carcere et vinculis (10.–16.), in morbo periculoso (17.—22.), in immani maris procella (23.—32.), — Deo, cujus providentia manifesta apparet in fatis regionum et nationum (33.—43.).

De tempore et occasione exarationis certi quid statui nequit.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Alleluia.	
1. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.	1. „Laudate Dominum, nam benignus est, nam in æternum manet gratia Ejus!“
2. Dicant, qui redemti sunt a Domino, quos redemit de manu inimici, et de regionibus congregavit eos:	2. Dicant redemti a Domino, quos redemit a manu adversarii!
3. a solis ortu et occasu, ab aquilone et mari.	3. et quos collegit e terris, ab oriente et ab occidente, a septemtrione et a mari!
4. Erraverunt in solitudine in inaquoso: viam civitatis habitaculi non invenerunt,	4. Erraverunt per desertum, per solitudinem inviam, non invenerunt urbem, ubi habitare possent.
5. esurientes, et sitientes: anima eorum in ipsis defecit.	5. Esurientes fuerunt et sitientes, et defecit in eis anima eorum.
6. Et clamaverunt ad Dominum, cum tribularentur, et de necessitatibus eorum eripuit eos.	6. Tum clamaverunt ad Dominum in angustiis suis; ex angustiis eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam,
ut irent in civitatem habitationis.
Confiteantur Domino misericordiæ eius, et mirabilia eius filiis hominum.

Quia satiavit animam inanem,
et animam esurientem satiavit bonis:
sedentes in tenebris et umbra mortis: vinctos in mendicitate et ferro.
Quia exacerbaverunt eloquia Dei, et consilium Altissimi irritaverunt.
Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit, qui adiuvaret.
Et clamaverunt ad Dominum, cum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberavit eos.
Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis, et vincula eorum disrupit.
Confiteantur Domino misericordiæ eius, et mirabilia eius filiis hominum.

Quia contrivit portas æreas, et vectes ferreos confregit.
Suscepit eos de via iniquitatis eorum:
propter iniustitias enim suas humiliati sunt.
Omnem escam abominata est anima eorum, et appropinquaverunt usque ad portas mortis.
Et clamaverunt ad Dominum, cum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberavit eos.

7. Et duxit eos in viam rectam,
ut venirent in urbem, in qua habitare possent.
8. Utinam celebrent Dominum propter gratiam Ejus,
et propter miracula Ejus in favorem hominum!
9. quod satiavit animam sitientem,
et quod bonis replevit animam esurientem!
10. Sederunt nempe in tenebris et in umbra mortis —
miseriâ et ferro constricti;
11. quia repugnaverunt mandatis Dei,
et spreverunt consilium Altissimi.

12. Et humiliavit animam eorum ærumnis,
collapsi sunt et non adfuit adjutor.
13. Tum clamaverunt ad Dominum in angustiis suis;
ex angustiis eorum liberavit eos.

14. Eduxit eos e tenebris et umbra mortis,
et disrupit vincula eorum.
15. Utinam celebrent Dominum propter gratiam Ejus,
et propter miracula Ejus in favorem hominum!
16. quod confregit januas æneas,
et vectes ferreos concidit.
17. Stulti propter agendi rationem suam desciscentem,
et propter delicta sua afflictos se reddiderunt.
18. Anima eorum abominata est omnem cibum,
et pervenerunt ad portas mortis.
19. Tum clamaverunt ad Dominum in angustiis suis;
ex angustiis eorum liberavit eos.

20. Misit verbum suum, et sanavit eos, et eripuit eos de interitionibus eorum.
21. Confiteantur Domino misericordiæ eius, et mirabilia eius filiis hominum.
22. Et sacrificent sacrificium laudis, et annuntient opera eius in exultatione.
23. Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis:
24. ipsi viderunt opera Domini, et mirabilia eius in profundo.
25. Dixit, et stetit spiritus procellæ, et exaltati sunt fluctus eius.
26. Ascendunt usque ad cœlos, et descendunt usque ad abyssos; anima eorum in malis tabescebat.
27. Turbati sunt, et moti sunt sicut ebrius, et omnis sapientia eorum devorata est.
28. Et clamaverunt ad Dominum, cum tribularentur, et de necessitatibus eorum eduxit eos.
29. Et statuit procellam eius in auram,
et siluerunt fluctus eius.
30. Et lætati sunt, quia siluerunt, et deduxit eos in portum voluntatis eorum.
31. Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.
32. Et exaltent eum in ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum.

20. Misit mandatum suum et sanavit eos,
et eripuit eos ex foveis eorum.
21. Utinam celebrent Dominum propter gratiam Ejus,
et propter miracula Ejus in favorem hominum!
22. et offerant sacrificia gratiarum,
et læti enarrent opera Ejus!
23. Qui navibus descenderunt in mare, qui fecerunt opus in aquis magnis;
24. illi viderunt opera Domini,
et mirabilia Ejus in profundo.
25. Ipse voluit, et excitavit procellam, quæ sustulit in altum fluctus ejus.
26. Ascenderunt in cœlum, descenderunt in abyssos,
in quo discrimine diffluxit animus eorum.
27. Vertigine correpti sunt et titubarunt sicut ebrius,
et omnis sapientia eorum periit.
28. Tum clamaverunt ad Dominum in angustiis suis;
et eduxit eos ex angustiis eorum.
29. Mutavit procellam in auram tranquillam,
et tacuerunt fluctus eius (maris).
30. Et lætati sunt, quod siluerunt;
et perduxit eos ad portum desideratum.
31. Utinam celebrent Dominum propter gratiam Ejus,
et propter miracula Ejus in salutem hominum!
32. exaltantes Eum in cœtu populi,
et magnificantes Eum in consessu seniorum.

Posuit flumina in desertum,
et exitus aquarum in sitim:
terram fructiferam in salsuginem, a malitia inhabitantium in ea.
Posuit desertum in stagna aquarum, et terram sine aqua in exitus eorum.
Et collocavit illic esurientes, et constituerunt civitatem habitationis.
Et seminaverunt agros, et plantaverunt vineas, et fecerunt fructum nativitatis.
Et benedixit eis, et multiplicati sunt nimis, et jumenta eorum non minoravit.
Et pauci facti sunt, et vexati sunt a tribulatione malorum et dolore.
Effusa est contemtio super principes, et errare fecit eos in invio, et non in via.
Et adjuvit pauperem de inopia et posuit sicut oves familias.
Videbunt recti, et lætabuntur, et omnis iniquitas oppilabit os suum.
Quis sapiens et custodiet hæc, et intelliget misericordias Domini?

33. Convertit fluvios in desertum,
et fontes aquarum in terram aridam.
34. Terram frugiferam in salsam,
propter pravitatem incolarum ejus.

35. Convertit desertum in stagnum aquarum,
et terram aridam in fontes aquarum.
36. Et habitare fecit ibi esurientes,
qui fundarunt urbem, in qua habitarent;
37. Et conseverunt agros et plantarunt vineas,
et acquisiverunt largum proventum.
38. Et benedixit eis et aucti sunt valde,
et pecus eorum non minuit.

39. Quum vero minuerentur et deprimerentur,
oppressione, injuria et ærumnis,
40. effudit contemptum in principes,
et errare fecit eos in deserto invio.

41. Pauperem autem ex miseria extulit;
et numerosas reddidit familias instar gregis.
42. Vident id justi et lætantur,
et omnis pravitas claudit os suum.

43. Quicunque sapit, observet hæc;
ii attendant beneficia Domini!

v. 1. **Alleluia** — addit Vulgata (non LXX.). — **confiteor Domino** add. laudo Dominum; idem v. 8.; vide psl. 6, 6. — **bonus** = benignus; psl. 53, 8. — **in saeculum** = in æternum; scilicet est, manet; vide 2. pag. 16. — **misericordia** = gratia; vide psl. 5, 8.

v. 3. Versus 3^tii partem I. trahit Vulgata (non LXX.) ad v. 2^dum.

v. 4. **in inaquoso: viam**; pro: „in solitudine invia". Vocem „via" it Vulgata iuxta LXX. ad II. membrum, quin sensus mutetur. — **civi- habitaculi** (v. 7. 36. „habitationis") = civitas, in qua habitare possent.

v. 5. **esurientes**, scilicet fuerunt; vide Rgl. 2. pag. 16.

v. 6. **et** = tum; vide Rgl. 3. pag. 16.; idem v. 13. 19. 28. — **ne- sitas** = angustiæ; idem v. 13. — **deduco** = duco; vide Rgl. 5. pag. 16.

v. 7. **ut irent**: pro: ut venirent: causa pro effectu.

v. 8. **misericordiae**: non est subiectum, sed *obiectum* ad „confiteantur"; etiam antiqua Psalteria (Corb. Carn. Sang.) habent „misericordias". — **misericordia** = gratia: vide psl. 5, 8. — **filiis hominum** = hominibus: i. e. in favorem hominum: Dativus commodi.

Hic versus repetitur adhuc *ter* in hoc psl. 15., 21., 31. —

v. 9. **animam inanem** = animam sitientem.

v. 10. **sedentes** = sederunt nempe; sic Participium est resolvendum. — **vinctos**: pro *Nominativo*: vincti = constricti (= capti). — **in mendicitate** = miseriā: de „*in*" vide psl. 2. 9. Rgl. 7.

v. 11. **exacerbo eloquia Dei** = repugno mandatis Dei; vide 104. 28. — **irrito**, i. e. irritum facio (effectus): pro: „sperno" (causa): vide 5, 11.

v. 12. **in laboribus** = ærumnis: de *in* vide psl. 2. 9. Rgl. 7.

infirmor: pro: „collabor": causa et effectus.

var. v. 17. **suscepit eos de via iniquitatis eorum**, i. e. fecit, ut viam iniquam desererent: pro: *„Stulti propter agendi rationem suam desciscentem"*. Sensus est quoad rem idem: „propter peccata sua afflicti sunt". Vulgata in I. hemistichio dicit, eos non semper in istis miseriis mansisse, quod etiam textus masoreticus in sequentibus docet. — Græcus LXX. legit for: *„ʿjalam"* = „suscepit eos" (confer psl. 21, 1. *„susceptio"* et 3, 4. *„susceptor"*), loco *„ʿvilim"*, i. e. „stulti": ו cum י commutatum est.

de; i. e. propter; de hebr. מִן (min) vide psl. 5. 11. Rgl. 19. — **via iniquitatis** = agendi ratio iniqua seu desciscens: vide psl. 4, 9. Rgl. 11.

v. 20. **verbum** = mandatum: vide psl. 102. 20.

de interitionibus: pro: „ex foveis": abstractum pro concreto.

v. 22. **sacrificium laudis** = sacrificia gratiarum. — **annuntio** = enarro; vide psl. 95, 2. — **in exultatione** = læti: vide 4, 9. Rgl. 14.

v. 23. **descendunt mare in navibus** = descenderunt in mare navibus. — **operatio** = opus; negotiatio. — **multis** = magnis; confer 5, 8.

v. 24. **in profundo**, scilicet maris: vide psl. 34. 6. Rgl. 50.

var. v. 25. **dixit** = voluit. — **stetit spiritus procellae**; i. e. stitit se spirans procella; scilicet Deo volente; ſtellte ſich ein, dostavil se; idem dicit textus masor. forma causativa; „excitavit procellam" idem valet etiam de II. hemistichio. — **spiritus procellae** = procella spirans = procella.

eius, i. e. maris.

v. 26. **mala** = discrimen; vide psl. 70, 20. = **tabesco** = diffluo. — **anima** = animus: vide 9^2, 3.

v. 27. **turbati sunt** = vertigine correpti sunt. — **moveor** = titubo. nuto; vide psl. 35, 12. — **devorata est** = periit.

v. 29. **statuit**; pro: mutavit. — **aura** = aura tranquilla.

v. 30. **deduco** = perduco. — **portus voluntatis eorum** = portus desideratus; vide psl. 1, 2. et psl. 4, 2. Rgl. 11.

v. 32. **ecclesia** (græcismus) = cœtus; vide psl. 21, 23. — **cathedra** (græcismus) = consessus; vide psl. 1, 1.

v. 33. **pono** = facio = converto; idem v. 35.; vide psl. 20, 10. — **exitus** = fontes; idem v. 35. — **sitis**; pro: terra sitiens, arida.

v. 34. **salsugo**; pro: salsa, i. e. sterilis; abstractum pro concreto. — **a malitia** (v. 17. „de") = propter malitiam; vide psl. 38, 11.

v. 35. **terra sine aqua** = terra arida.

v. 36. **constituerunt** = fundarunt.

v. 37. **semino** = consero. — **facio** = acquiro. — **nativitas** = ventus": hebr. vox תְּבוּאָה (t'buâ) designat omne, quod ex agro, vinea, o domum portatur. Vulgata vertit hic loci „*nativitas*"; alias vel „*fru-*" (Lev. 25. 3.) vel „*omnes fructus*" (Lev. 23. 29.) vel „*fruges*" (Lev. 20. 22.) vel „*quæ nascuntur*" (Lev. 25. 7.) etc. — **fructus nativitatis** argus proventus; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.

v. 38. **minoro** = minuo.

v. 39. **et** = quum; vide Rgl. 3. pag. 16. — **vexor** = deprimor. **a tribulatione malorum et dolore:** i. e. oppressione, iniuriâ et mnis. — **a** = מִן (min) vide psl. 5, 11. — **tribulatio** = oppressio. **a. -orum** = iniuria; vide psl. 101. 21. Rgl. 57. — **dolor** (collecti-) = ærumnæ; vide psl. 7, 17.

v. 40. **effusa est.** scil. Deo sic permittente: pro: „*effudit*", scil Deus: var cus LXX. legit שָׁפַךְ „*šafuk*" („effusus est"). pro: „*šofek*" („effudit"). — **emtio** = contemptus. — **invium et non via** = desertum invium.

v. 41. **et** = autem; vide Rgl. 3. pag. 16. — **adiuvit;** pro: extulit; a pro effectu. — **inopia** = miseria; vide 87. 10. — **pono** =facio, lo: scilicet numerosas; vide psl. 29. 10. — **oves** = grex; vide 94. 7.

v. 42. **videbunt.** scilicet „id": obiectum notum; vide 20. 5. Rgl. 41. **ppilo** = claudo.

v. 43. **quis sapiens et custodiet haec:** hebraismus = quicunque t. observet hæc; confer 24. 12.; 33. 13.; 88. 49. — **intelligo** = ado; vide psl. 5, 2. — **misericordiae** = beneficia; vide psl. 16. 17.

PSALMUS 107. (hebr. 108.)

Exaudi me Domine!

Psalmus hic, cuius auctor nominatur — David. — compositus est — is hic illic mutatis ex psalmo 56. 8—12. et 59. 6[2].—14. (hebr. 57. 12. et 60. 7.—14.); qua de causa respiciatur argumentum eorum. De tempore, quo id factum est, nil certi statui potest.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Canticum Psalmi, ipsi David.	1. Canticum, Psalmus Davidis.
Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum: cantabo, et psallam in gloria mea.	2. Intrepidum est cor meum, o Deus! canam voce et fidibus: O Gloria mea!
Exsurge gloria mea, exsurge psalterium, et cithara: exsurgam diluculo.	3. Expergiscere lyra et cithara, excitabo auroram!

4. Confitebor tibi in populis, Domine, et psallam tibi in nationibus.
5. Quia magna est super cœlos misericordia tua, et usque ad nubes veritas tua.
6. Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua,
7. ut liberentur dilecti tui.
   Salvum fac dextera tua, et exaudi me:
8. Deus locutus est in sancto suo:
   Exultabo, et dividam Sichimam, et convallem tabernaculorum dimetiar.
9. Meus est Galaad, et meus est Manasses, et Ephraim susceptio capitis mei. Iuda rex meus,
10. Moab lebes spei meæ.
    In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.
11. Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumæam?
12. Nonne tu, Deus, qui repulisti nos, et non exibis Deus in virtutibus nostris?
13. Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis.
14. In Deo faciemus virtutem, et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

4. Celebrabo Te inter populos, o Domine,
   canam Te inter nationes!
5. nam magna — super cœlos est gratia Tua,
   et usque ad nubes postremas fides Tua!
6. Exaltare super cœlos, o Deus,
   et super omnem terram sit gloria Tua!
7. Ut liberentur dilecti Tui,
   opem fer dexterā Tua et exaudi me!
8. Deus promisit per sanctitatem suam
   quod exultabo, quod distribuam Sichemum,
   et metiar vallem Succot!
9. quod mihi est Gilead, mihi Manasses
   Ephraim munimentum capitis mei
   Iuda — sceptrum meum;
10. quod Moab est pelvis lotionis mea
    quod in Idumeam proiicio calceum meum,
    quod de Philistea iubilabo.
11. Quis ducit me ad urbem munitam
    quis deducit me usque ad Idumeam
12. Nonne Tu, o Deus, qui reiecisti nos
    numquid non proficisceris, o Deus cum exercitibus nostris?
13. Da nobis auxilium ab adversario
    nam vanum est auxilium hominum
14. Deo adiuti agemus fortiter,
    Isque pedibus comminuet adversarios nostros.

v. 1. **Canticum psalmi ipsi David** = Canticum, Psalmus Davidis vide psl. 65, 1. et 15, 1.

v. 2. **paratum cor meum**, scilicet est; i. e. firmatum est cor meum add. scilicet fiducia in Deum = intrepidum; *repetit* hoc Vulgata iuxta LXX — **cantabo et psallam** = canam voce et fidibus; vide psl. 67, 26. et ψάλλω 2, pag. 7. — **in gloria mea**; = *de* gloria mea = *de* Deo.

"

v. 3. **exsurge gloria mea;** addit Vulgata iuxta LXX. — **exsurge;** add.
: expergiscere; vide 56, 9. — **psalterium** = lyra: vide 91, 4. — **ex-**
gam diluculo; pro: *„excitabo auroram“*. Sensus est idem; vide 56, 9. var.
v. 4. vide psl. 56, 10. — **psallo** = cano; vide psl. 65, 4.
v. 5. **misericordia** = gratia. — **veritas** = fides; vide 5, 8. et 35, 6.
v. 6. **gloria tua**; scilicet sit; vide Rgl. 2, pag. 16.
Versus 7.–14. = psl. 59, 6[2].—14., (hebr. 60, 7.—14.); vide ibi
as necessarias, quibus hic loci accedunt:
v. 8. **in sancto suo** = per sanctitatem suam; vide psl. 101, 21.
57. — **convallis** = vallis; vide psl. 59, 8.
v. 9. **susceptio** (psl. 59, 9. „fortitudo“), i. e. munimentum; confer
sceptor“ psl. 3, 4. — **rex**; pro: *„sceptrum“* — insigne regis.
v. 10. **lebes** (psl. 59, 10. „olla“) *spei meæ;* pro: pelvis lotionis mea;
„lebes“ (λέβης) dicitur olla *ænea;* cetera vide in psl. 59, 10.—14.

PSALMUS 108. (hebr. 109.)

Impium feriet maledictio.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer, — David, — prae-
modo imprecatorio, qualia manent iniustos eorumque posteros se-
lum sanctionem Legis (Deuteron. cap. 27. et 28.). Utrum David psalmum hunc
averit contra inimicos suos in aula Sauli, an contra Achitofelem (coll. v. 8.)
Simei (conf. II. Sam. 16, 5.—13.), decerni nequit
Nota. In finem rectae interpretationis versuum 6.—15., 19.—20. et 29.
cienda sunt dicta de psalmis imprecatoriis pag. 11. c.)

Textus Vulgatae.

In finem, Psalmus David.
Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est.
Locuti sunt adversum me lingua dolosa, et sermonibus odii circumdederunt me, et expugnaverunt me gratis.
Pro eo, ut me diligerent, detrahebant mihi:
ego autem orabam.
Et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea.

Versio textus hebraici.

1. Præfecto musicæ; Psalmus Davidis.
Deus laudum mearum, ne taceas!
2. nam aperiunt contra me os improbum et fraudulentum,
loquuntur contra me linguā mendaci.
3. Et verbis odiosissimis circumdant me,
et impugnant me sine causa.
4. Pro amore meo hostiliter me persequuntur,
ego vero preces fundo.
5. Et tribuunt mihi malum pro bono,
et odium pro amore meo.

6. Constitue super eum peccatorem, et diabolus stet a dexteris eius.
7. Cum iudicatur, exeat condemnatus, et oratio eius fiat in peccatum.
8. Fiant dies eius pauci, et episcopatum eius accipiat alter.
9. Fiant filii eius orphani, et uxor eius vidua.
10. Nutantes transferantur filii eius, et mendicent, et ejiciantur de habitationibus suis.
11. Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, et diripiant alieni labores eius.
12. Non sit illi adjutor: nec sit, qui misereatur pupillis eius.
13. Fiant nati eius in interitum: in generatione una deleatur nomen eius.
14. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini, et peccatum matris eius non deleatur.
15. Fiant contra Dominum semper: et dispereat de terra memoria eorum:
16. pro eo, quod non est recordatus facere misericordiam.
17. Et persecutus est hominem inopem, et mendicum, et compunctum corde mortificare.
18. Et dilexit maledictionem, et veniet ei;
et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo.
Et induit maledictionem sicut vestimentum,

6. Immitte ei improbum (hominem), qui stet ad dexteram eius adversarius.
7. Quum iudicatur, exeat reus, et preces eius imputentur ipsi pro peccato!
8. Dies eius sint pauci, munus eius accipiat alius!
9. Liberi eius sint orphani, et uxor eius sit vidua!
10. Liberi eius vagentur et mendicent, et stipem cogant procul a rude-ribus suis!
11. Laqueos injiciat fenerator omnibus facultatibus eius, et alieni dirripiant mercedem eius!
12. Ne sit illi ullus, qui servet benevolentiam ei, Neve sit, qui misereatur orphanorum eius!
13. Posteritas eius deleatur, in generatione altera extinguatur nomen eius!
14. In memoriam revocetur apud Dominum culpa patrum eius, et peccatum matris eius ne extinguatur!
15. ea sint coram Jehova in aeternum. et Ipse deleat de terra memoriam eorum!
16. Eo quod non cogitavit præstare benevolentiam, et persecutus est hominem afflictum et pauperem, et fractum animo — interfecturus eum.
17. Amavit exsecrationem; — ea supervenit ei, aversatus est benedictionem; — ea itaque procul abest ab eo.
18. Induebat maledictionem ut vestimentum suum,

"

et intravit sicut aqua in interiora eius,
et sicut oleum in ossibus eius.
Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur, et sicut zona, qua semper præcingitur.
Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum, et qui loquuntur mala adversus animam meam.
Et tu, Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum, quia suavis est misericordia tua. Libera me,
quia egenus et pauper ego sum, et cor meum conturbatum est intra me.
Sicut umbra, cum declinat, ablatus sum, et excussus sum sicut locustæ.
Genua mea infirmata sunt a ieiunio, et caro mea immutata est propter oleum.
Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, et moverunt capita sua.
Adiuva me, Domine Deus meus: salvum me fac secundum misericordiam tuam.
Et sciant, quia manus tua hæc,
et tu, Domine, fecisti eam.
Maledicent illi, et tu benedices: qui insurgunt in me, confundantur: servus autem tuus lætabitur.
Induantur, qui detrahunt mihi, pudore: et operiantur sicut diploide confusione sua.
Confitebor Domino nimis in ore meo, et in medio multorum laudabo eum:

ea ergo intravit aquarum instar in intima eius.
et olei instar in ossa eius.
19. Ea sit illi ut vestis, qua tegit se, et instar cinguli, quo perpetuo se cingit.
20. Hæc sit a Domino merces adversariorum meorum,
et eorum, quì contra me loquuntur malum!
21. **T**u vero Iehova Domine age causam meam propter nomen Tuum, nam eximia est gratia Tua; — eripe me!
22. Nam afflictus et pauper sum ego, et vulneratum est in me cor meum.
23. Evanesco ut umbra, cum inclinat, excutior — ut locusta.
24. Genua mea præ ieiunio labant, et caro mea deficit, ut non amplius sit pinguis.
25. Et sum contumelia iis; vident me, motitant caput suum.
26. Adiuva me, Domine Deus mi, libera me secundum gratiam Tuam!
27. Ii vero cognoscant, Tuam manum hanc esse.
Te, o Domine, illud fecisse!
28. Illi exsecrantur, Tu vero benedicis, illi surgunt, ast afficientur pudore; servus autem Tuus lætabitur.
29. Induant ignominiam adversarii mei, et tegant se contumeliā, quasi tunicā sua!
30. Celebrabo nimis Dominum ore meo, et laudabo Eum in medio multorum;

31. quia astitit a dexteris pauperis, ut salvam faceret a persequentibus animam meam.

31. quod stat ad dexteram pauperis, ut liberet eum ab iis, qui damnant eum.

In finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1.
Psalmus David; i. e. psalmus Davidis; vide psl. 3, 1.
Vulgata (non LXX.) trahit II. partem v. 1^mi^ ad 2. et v. 2^di^ ad 3.

v. 2. **Deus laudem meam**; pro: Deus laudum mearum, i. e. Deus, *obiectum* laudis meæ = Deus, quem laudo. „*Laus*" est hic loci attributum subordinatum vocis „Deus". — **os peccatoris**; **et os dolosi** = os improbum et fraudulentum; vide psl. 4, 2. Rgl. 11. et psl. 24, 10. Rgl. 43.

v. 3. **lingua dolosa** = lingua mendax. — **sermones odii** = verba odiosissima; vide psl. 4, 2. Rgl. 11. — **expugno**; i. e. impugno. — **gratis** = sine causa; vide psl. 34, 7.

v. 4. **pro eo, ut me diligerent**; i. e. pro amore *mei*; hebraicum verti potest etiam „pro amore *meo*"; vide psl. 5, 8. Rgl. 17. — **detraho alicui** = persequor aliquem, adversor alicui; idem v. 20. 29. — *detrahens* = adversarius; vide psl. 37, 21.

v. 5. **posuerunt adversum me mala** = tribuunt mihi malum.

v. 6. **constitue super eum** = immitte ei . .; fac, admitte, ut sit ei . .; — **et**, scilicet „is" = qui. — **diabolus**; i. e. adversarius. Sic Vulgata ipsa hebraicam vocem שָׂטָן (satan) vertit in I. Sam. 29, 4.; I. Reg. 11, 14. 22. Quia hebr. „satan" hic loci *articulo* caret, *non* designat diabolum.

Sensus est: „immitte Domine adversario meo hominem improbum, qui eum reum faciat." Apud Hebræos *stabat* coram judice et *actor* (der Kläger, žalobník) et *reus* (der Geklagte, žalovaný), et quidem actor ad *dexteram* rei. Actor dicebatur „satan" (confer Zach. 3, 1—3.)

v. 7. **condemnatus**; pro: reus (ſchuldig; vinen;) effectus pro causa. — **fiat in peccatum** = imputetur ipsi pro peccato, scelesti facto.

v. 8. **episcopatus**; i. e. præfectura, munus.

v. 9. **filii eius** = liberi; vide psl. 41, 1.

v. 10. **nutantes transferantur** (medium); pro: „vagentur;" (b. Hieron. „instabiles vagentur"). — Verbo determinato — „*vagari*" præmissus est Infinitivus absolutus eiusdem verbi ad indicandam emphasim; vide psl. 39, 2. Rgl. 53.; inde Vulgata apponit „*nutantes*", b. Hieron.: „*instabiles*". —
var. **transferor**; i. e. transfero me = vagor. — **et eiiciantur de habitionibus suis**; pro: „*et stipem cogant procul a ruderibus suis;*" causa pro effectu. — Sensus non mutatur. Græcus LXX. habuit radicem גָּרַשׁ *(garaš)* = „expulit" — pro דָּרַשׁ *(daraš)* = „quæsivit"; permutatum est ד cum ג.

de habitationibus suis, i. e. de domo sua paterna.

var. v. 11. **scrutetur foenerator**, i. e. fenerator exploret sollicite, quo modo facultates eius sibi acquirat; pro: „*laqueos iniiciat fenerator*".

Græcus LXX. legit radicem בָּקַשׁ (bakaš) = „quæsivit"; pro: נָקַשׁ (nakaš) = „laqueos iniecit alicui" (in forma kittel); permutatum est ב cum נ. — **substantia** = facultates; ad verbum: „omnia, quæ possidet". — Sensus est: „feneratoribus cedant omnes facultates eius."

labores; pro: „mercedem;" causa pro effectu.

v. 12. **adiutor** = qui eius misereatur = qui ei benevolentiam servet.

pupilli = orphani; vide psl. 81, 3.
v. 13. **fiant in interritum** = deleantur. — **una**; pro: „altera." — ecus LXX. legit אֶחָד (echad) „unus" loco אַחֵר (acher) „alter"; ד pro ר. var.
v. 14. **iniquitas** = culpa; vide psl. 38, 11.
in conspectu Domini = apud Dominum; vide Rgl. 4. pag. 16.
v. 15. **fio** = sum; *idem* v. 19. 25.; vide psl. 79, 18. — **contra Do-ium**, LXX. ἐναντίον = coram Iehova. All. et Loch: „vor dem Herrn"; fer 50, 5.; 43, 16. — **dispereat** = pereat; scilicet Deo sic dispo- var. te; pro: *Ipse* scil. *Dominus deleat de terra memoriam eorum.* Græcus t impunctatum יכרת — „*jikrat*" loco „*jakret*", quin sensus mutetur.
v. 16. **recordor**; i. e. cogito; confer psl. 77, 39. — **facio miseri-diam** = præsto benevolentiam; do „chesed" vide psl. 5, 8.
v. 17. Vulgata, non LXX., ex parte II. et III. v. 16ti facit v. 17mum v. 17mum textus hebraici coniungit cum v. 18vo; vide Rgl. 6. pag. 16.
v. 17. **inops** = afflictus; vide psl. 11, 6. — **compunctus corde** = ctus animo. — **mortifico** = interficio; vide psl. 36, 32.
v. 18. **elongor ab eo** = procul sum ab eo; vide psl. 70, 12. — **timentum**; Vulgata iuxta LXX. omisit „suum". — **in ossibus eius**; omis. in ossa eius; (sicut præcedit: „*in interiora*"); vide psl, 7, 12. Rgl. 21.
v. 20. **opus**; pro: merces; All.: „Lohn"; causa et effectus.
anima mea = ego; vide psl. 3, 3. Rgl. 8.
v. 21. **et** = autem: vide Rgl. 3. pag. 16. — **Domine, Domine** = ova Domine; in hebraico: „Iehova adonaj". — **fac mecum** = age sam meam; All.: „sei mit mir". — **suavis** = eximia. — **misericordia** gratia; *idem* v. 26.; vide psl. 5, 8.
v. 22. **egenus** = afflictus; vide psl. 34, 10. — **conturbatum** = neratum; vide psl. 6, 8.
v. 23. **ablatus sum** = evanesco; vide 71, 7. — **declino** = inclino.
v. 24. **infirmata sunt**; pro: „labant"; vide psl. 106, 12. — **a ieiunio** *præ* ieiunio; מִן (min); vide psl. 37, 9. — **immutor**; scilicet *in malum* deficio. = **propter oleum**; scilicet deficiens; pro: „*ut non amplius pinguis*"; de מִן (min) *privativo* vide psl. 48, 15. „a gloria". — Ieiu-tes unctionem intermittebant.
v. 25. **opprobrium** = contumelia; vide psl. 38, 9.
moveo caput = motito caput; vide psl. 21, 8.
v. 26. **Deus meus** = Deus mi: vide psl. 7, 2.
v. 27. **quia**; pro Constructione Accusativi cum Infinitivo; vide 9, 21. 25. — **fecisti eam** = fecisti „*illud*;" All.: „es"; vide 26, 4. Rgl. 45.
v. 29. **pudor** = ignominia; effectus et causa; vide psl. 70, 13.
v. 29. **diplois**; i. e. tunica (scilicet ampla, absque manicis — vestis erna). All.: „Mantel". — **confusio** = contumelia; vide psl. 68, 8.
v. 30. **confitebor Domino in ore meo** = celebrabo Dominum ore ; vide psl. 6, 6.; et psl. 2, 9. Rgl. 7.
v. 31. **asto** = sto. — **persequor**; pro: damno; causa pro effectu.
animam meam = me; scilicet pauperem; pro: animam *eius* = eum; var. icet pauperem *quemque*; sensus manet idem. — Divergentia orta est mutatione ו cum י; vide psl. 2, 6. *b*).

PSALMUS 109. (hebr. 110.)

Victoria regis Messiae et sacerdotium Eius.

Auctor, argumentum et occasio. Regius psaltes — David — canit certam victoriam regis Messiae et sacerdotium Eius ad exemplum prisci Melchisedechi. (Gen. 14, 18—20.) —

Psalmo hoc cani Messiam ipsum, certum est ex verbis Christi Domini (Matth. 22, 41.—46 . . .), apostolorum Petri (Act. 2, 34.) et Pauli (I. Cor. 15, 25.; Ephes. 1, 20.—22., Hebr. 1, 13.); unde uno ore ss. Patres eum de Messia explicant. Etiam antiqui Iudaei regni Messiani laetissimam propagationem hoc psalmo cani statuebant.

Occasionem praebuit Davidi absque dubio illa divina promissio de regno perpetuo (II. Sam 2, 7 . . .; I. Par. 17.), quam cum promissionibus Abrahamo, Isaco et Iacobo factis de benedictione omnium gentium et cum loco Gen. 49, 10. („non auferetur sceptrum de Iuda . . .") contulerit.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Psalmus David.	Psalmus Davidis.
1. Dixit Dominus Domino meo: Sede a dexteris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.	1. Dixit Dominus ad dominum meum: „Sede ad dexteram meam, usque dum posuero hostes Tuos scabellum pedibus Tuis!"
2. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.	2. Sceptrum potentiæ Tuæ, protendit Dominus ex Sione, „Impera in mediis hostibus Tuis!"
3. Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum genui te.	3. Populus Tuus promptissimus est die expeditionis indutus ornatu sancto, prima aurorā sistet se Tibi instar roris — iuventus Tua.
4. Iuravit Dominus, et non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.	4. Iuravit Dominus, et non pœnitebit Eum: „Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedechi!"
5. Dominus a dexteris tuis confregit in die iræ suæ reges.	5. Dominus ad dexteram Tuam, percutit in die irae suæ reges.
6. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.	6. Exercet iudicium inter gentes, plena est terra cadaveribus, percutit capita in campo late patente.
7. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.	7. E torrente in via bibit, et hinc tollit caput.

v. 1. **Psalmus David** = psalmus Davidis; vide psl. 3, 1.

domino meo; in hebraico: „adoni".

v. 2. **virga virtutis** = sceptrum potentiæ; vide 2, 9. et 67, 36. —
itto = protendo. — **dominare**; i. e. certe dominaberis; „dominare"
Imperativus *fidenter promittentis.*

v. 3. **tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus** var.
ctorum; in textu masoretico est: „*populus Tuus promptissimus est die editionis bellicæ indutus ornatu sancto*". —

tecum; pro: „*populus tuus*" Græcus LXX. legit impunctatum עמך —
m'ka" = „tecum", pro „*amm'ka*" = „populus tuus", i. e. fideles cul-
es tui.

principium = principatus; All.: „Herrſchaft". — Sicut græco ἀρχή,
etiam latino „*principium*" denotatur non tantum principatus *ordinativus*
initium), sed etiam *potestativus* (= principatus). Confer Suet. Cal.
: Augusti *principium* (= principatum) clade Variana, Tiberii ruina spe-
culorum memorabile factum. Sic et Plin. 9, 35. 54. —

Quemadmodum Vulgata iuxta LXX. in psl. 50, 14. vertit „spiritus
ncipalis" pro: „animus *promptus*", sic etiam hic loci vertit „*principium*"
„*principatus*" pro: „*prompta voluntas*", „promptitudo", seu „promptus,
-um"; — Quod loco citato de significatione vocis „*nadib*" dictum est,
et etiam de „*n'diba*" (nobilitas), ut LXX. legisse videtur, et de „*n'daba*"
pluralis „n'dabot" — („promptitudo", „spontaneitas"); *plurali* „n'dabot"
rimitur Superlativus; „*promptissimus*"; vide psl. 5, 10. Rgl. 18.

in die virtutis tuae = die expeditionis bellicæ; „*in*" temporale.

Hebr. חַיִל (chajil) = 1. *robur, vis;* 2. *copiæ, exercitus*, ut Vulgata
vertit Ex. 14, 28.: „*exercitus* Pharaonis"; II. Sam. 24, 2.: „dux *exer-
s*". Si hæc vox accedit tamquam attributum subordinatum ad nomen
r", „*filius*" (vide psl. 5, 7. Rgl. 15.) significatur hoc: „*miles*", „*mili-*
; Vulgata ipsa vertit: „*aptus ad prælium*" (I. Sam. 14, 52.); „*viri*
usti" (Deut. 3, 18.). — Si vero accedit vox „*chajil*" tamquam attri-
um subordinatum ad nomen „*dies*", significat *diem, quo robur militiæ sese*
erit — *diem expeditionis bellicæ*, quod Vulg. hic loci vertit „*dies virtutis*".

in splendoribus sanctorum, i. e. in ornatu sancto = indutus or-
u sancto. — *sancta* (neutrum pluralis) = sanctitas; vide psl. 101, 21.
. 57. — „Ornatus sacer" dicuntur *vestes*, in quibus *militia sacra* ad
dicandam rem *divinam*, sub auspiciis *Dei* ad bellum *sacrum* proficiscitur.
fer psl 95, 9., ubi Vulgata vertit „in *atrio* sancto" et in I. Par. 16. 29.
decore sancto".

Hebraico הָדַר (hadar) significatur: 1. *ornatus, decus;* 2. *honos.* Vulgata
vertit „*decor*" (psl. 103, 1. Ex. 16. 14.); 3. *magnificentia* (psl. 28, 4.);
ulchritudo (psl. 44, 5.; psl. 95, 6.). —

LXX. (*non* Vulgata) habet „sanctorum *tuorum*"; τῶν ἁγίων σου.

ex utero ante luciferum genui te; in textu masoret. est: „*prima* var.
orā sistet se Tibi instar roris — iuventus Tua."

uterus aurorae seu gremium auroræ vocatur „*prima* aurora:" hic
ergo — *ingruens* ille dies expeditionis. *Initium* illius diei cœpit præ-
atione evangelii; *dies ipse* durabit usque ad finem sæculi huius.

Græcus LXX. impunctatum משחר legit: „*miššachar*", inde versio:
te luciferum", i. e. ante tempus matutinum; pro masoretico: „*mišchar*",
. „aurora", „mane"; „*šachar*" enim et „*mišchar*" *idem* significant.

omis. Sequentes voces textus masoretici לְךָ טַל (l'ka tal) = *„tibi ros“* seu *„tibi instar roris“*, scilicet „sistit se“ — nec Græcus LXX. nec Theodotion in textu suo habuit; inde non vertit.

genui te; in textu masor. est: *„iuventus tua“*; i. e. iuveniles milites tui. — Græcus LXX. habuit in textu suo: ילדתיך — *„j'lidtika“*, i. e. „genui te“, pro masoretico: ילדתך — *„jalduteka“*, = *„iuventus tua“*, i. e. pubes tua bellica. (In textu masoret. non est ' ante ך suffixum.)

Est ergo sensus v. 3tii secundum Vulgatam: Tecum est principatus (= a Te principatus non recedet) inde a die expeditionis bellicæ in ornatu sancto (i. e. inde ab inchoata prædicatione evangelii); quia Tu es filius meus naturalis inde ab æterno.

ex utero luciferum genui te = ab æterno genui te. Messiæ ergo competit victoria et dominatio in mediis hostibus, quia est filius Dei naturalis inde ab æterno. — *Idem* docet etiam textus masoret. in psl. 2, 7.—9. — Ad debellandos autem hostes et ad dilatandum imperium necessario requiritur etiam *sufficiens exercitus* regi addictus, et hoc indicat textus masoret. hic loci, dum dicit: *„prima aurora* (seu ingruente die expeditionis) *sistet se tibi iuventus tua* (seu exercitus electorum tuorum) *instar roris“* (seu multitudine par roris guttis i. e. innumerabilis).

v. 4. **non poenitebit eum;** anthropopathismus, i. e. decretum suum non mutabit.

v. 6. **iudicabit in nationibus** = iudicium exercet inter gentes, i. e. puniet eas afferenda illis clade. — **implebit ruinas**; i. e. implebit cadaveribus; scilicet terram; in hebraico est constructio impersonalis: *„omnia* (i. e. terra) *plena sunt cadaveribus“*, quod ad idem redit.

In hebraico ponitur res, qua aliquid superfluit vel abundat, in *Accusativo;* inde explicatur „ruinas“ Vulgatæ, πτώματα LXX. pro — „ruinis.“

ruina = cadaver; hebraica vox גְּוִיָּה (g'vijjâ) designat *„corpus“* sive vivum, sive mortuum (cadaver). Vulgata ipsa vertit hanc vocem *„corpus“* (Gen. 47, 18. I., Sam. 31. 10., Iud. 14, 9., Ez. 1, 11. 23.); *„cadaver“* (v. c. I. Sam. 31, 12., Iud. 14, 8.).

in terra multorum = in campo late patente. — **terra** = campus. — **„multorum“** est neutrum plur. pro abstracto „multitudinis“ = „magnitudinis,“ „latitudinis“ (confer psl. 5, 8.); vide psl. 101, 21. Reg. 57. — In hebraico textu est hic loci adiectivum generis *feminini*, quia pertinet ad nomen *„terra“* seu campus. — **exaltabit caput,** i. e. aquæ potu ex torrente obvio refectus hostes persequi pergit.

PSALMUS 110. (hebr. 111.)

Laudemus Dominum!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — celebrat in psalmo hoc alphabetico opera et beneficia divina populo electo praestita. — De tempore exarationis nil certi statui potest.

Textus Vulgatæ.

Alleluia.

Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo: in consilio iustorum, et congregatione.

Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates eius.

Confessio et magnificentia opus eius,
et iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors et miserator Dominus:

escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testamenti sui:

virtutem operum suorum annuntiabit populo suo,

ut det illis hereditatem gentium: opera manuum eius veritas, et iudicium.

Fidelia omnia mandata eius, confirmata in sæculum sæculi,

facta in veritate et æquitate.

Redemptionem misit populo suo, mandavit in æternum testamentum suum. Sanctum, et terribile nomen eius:

initium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in sæculum sæculi.

Versio textus hebraici.

Halleluiah!

1. א Celebrabo Dominum toto animo,
ב in consessu iustorum et cœtu.

2. ג Magna sunt opera Domini
ד et exoptata omnibus, qui iis delectantur!

3. ה Gloriosa et magnifica est agendi ratio Eius,
ו et iustitia Eius constat in æternum!

4. ז Memoriam fecit mirabilibus suis,
ח benignus et misericors est Dominus!

5. ט Victum dedit cultoribus suis,
י in æternum memor est fœderis sui!

6. כ Potentiam operum suorum notam fecit populo suo,
ל dando illis peculium gentium.

7. מ Opera manuum Eius sunt fidelia et iusta,
נ firma sunt omnia præcepta Eius;

8. ס Confirmata in æternum, in sempiternum,
ע fundata in veritate et rectitudine.

9. פ Redemptionem misit populo suo,
צ in æternum sancivit fœdus suum;
ק sanctum et terribile est nomen Eius.

10. ר Initium sapientiæ est timor Domini;
ש Recta intelligentia est omnibus, qui faciunt ea. (præcepta)
ת Gloria Eius manet in æternum!

v. 1. **Confitebor tibi** = celebro te; vide psl. 6, 6. — **in corde** = mo; „*in*“ instrumentale; vide psl. 2, 9. Rgl. 7. — **consilium** = -con-ium = consessus; in psl. 63, 3. vertit Vulgata „conventus“.

v. 2. **exquisita in omnes** = exoptata omnibus. — **voluntates** var. **is**; pro: „qui *iis* delectantur“.

Græcus LXX. pro suffixo III. personæ *pluralis* vertit suffixum III. personæ *singularis* et refert ad *Deum*, ita ut sit sensus II. membri: „et conveniunt omni voluntati eius"; sie finð ganz ſeinem Willen angemeſſen.

Ast vox hebraica est Participium „*chafeẓ*" (quod Vulgata ipsa vertit „volens" psl. 5. 5.), = ille, qui delectatur; et nequaquam nomen „*chéfeẓ*" = voluntas, delectatio (confer psl. 1, 2.); inde sensus II. hemistichii: „*et exoptata omnibus, qui iis* (scilicet operibus Dei) *delectantur*". —

Unum alteri non repugnat, nam quæ voluntati divinæ sunt consentanea, convenientia, his etiam cultores eius delectantur.

v. 3. **confessio et magnificentia opus eius** = gloriosa et magnifica est agendi ratio eius; vide psl. 5, 10. Rgl. 18. — **in saeculum saeculi** = in æternum; idem v. 8. et 10.; vide psl. 82, 18.

v. 4. **misericors** = benignus; hebr. חַנּוּן (channun); idem in 102. 8.

v. 5. **timens** = cultor; vide psl. 14, 4. — **in saeculum** = in æternum; vide 74, 10. — **testamentum** = fœdus; idem v. 9.; vide 54, 21.

v. 6. **virtus** = potentia; vide psl. 77, 61.

annuntio = notam facio; vide psl. 39, 6.

Vulgata (non LXX.) trahit II. membrum v. 6ti ad v. 7. et v. 7mi ad v. 8.

v. 7. **ut det**; i. e. dando; Infinitivus cum ל (l') directionis. — **hereditas** = peculium; vide psl. 77, 71. — **veritas et iudicium** = fidelia et iusta; vide psl. 24, 9. 10. et psl. 5, 10. Rgl. 18.

v. 8. **fidelia**; scil. sunt; i. e. firma sunt; causa et effectus.

v. 9. **mandavit testamentum** = sancivit fœdus.

var. v. 10. **facientibus eum:** pro „*ea*", scil. præcepta coll. vv. 7. et 8. Græcus LXX. vertit suffixum III. personæ *singularis* et refert illud ad σοφίαν (Vulgata „*intellectus*"); in textu masor. est autem suffixum III. *pers. pluralis*, et refertur ad „*præcepta*"; — **laudatio eius** = gloria eius.

PSALMUS 111. (hebr 112.)

Beatus, qui timet Dominum.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — delineat in hoc psalmo alphabetico felicitatem hominis clementis et probi. Occasio huius psalmi ignoratur.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
Alleluia reversionis Aggæi et Zachariæ.	Halleluiah!
1. Beatus vir, qui timet Dominum· in mandatis eius volet nimis.	1. א **Beatus homo, qui timet Dominum,** ב qui valde delectatur præceptis Eius!

. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.
. Gloria et divitiæ in domo eius,
et iustitia eius manet in sæculum sæculi.
. Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors, et miserator, et iustus.
. Iucundus homo, qui miseretur et commodat, disponet sermones suos in iudicio:
. quia in æternum non commovebitur.
. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Paratum cor eius sperare in Domino,
. confirmatum est cor eius: non commovebitur,
donec despiciat inimicos suos.
. Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi, cornu eius exaltabitur in gloria.
. Peccator videbit. et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet: desiderium peccatorum peribit.

2. ג Potens in terra erit semen Eius,
ד genus proborum benedicetur.

3. ה Opes et divitiæ sunt in domo eius,
ו et iustitia eius constans est omni tempore.
4. ז Iustis oritur in tenebris lux,
ח Benignus et Misericors et Iustus.

5. ט Beatus homo, qui gratificatur et mutuum dat,
י tuebitur causas suas in iudicio!
6. כ Nam in perpetuum non nutabit,
ל memoriæ æternæ manebit iustus.
7. מ A nuntio malo non timet,
נ intrepidus est animus eius, confisus Domino.
8. ס Confirmatus est animus eius, non timet,
ע usque dum oculos pascet adversariis suis.
9. פ Largiter distribuit pauperibus,
צ iustitia eius constans est omni tempore,
ק cornu eius effert se cum honore.
10. ר Impius videt id et moeret,
ש dentibus suis frendit et liquescit,
ת desiderium impiorum evanescit.

„Reversionis Aggaei et Zachariae“; addit Vulgata (non LXX.). add.

vir = homo; vide psl. 1, 1. — **volet in mandatis** = delectatur præptis; vide psl. 1, 2. — *„volet“* est Futurum Vulgatæ.

v. 3. **gloria**; pro: opes; (b. Hieron.: „substantia“); effectus et causa. **manet in saeculum saeculi** = constans est omni tempore; (b. Hieron.: „perseverans semper“); *idem* v. 9.

v. 4. **exorior**; pro simplici: „orior“. — **lumen** = lux; hæc est ago rerum secundarum. — **„tenebrae“** = imago rerum adversarum; le psl. 26, 1. — **misericors**; i. e. benignus; vide psl. 110, 4.

v. 5. **iucundus**; LXX. χρηστός; i. e. beatus; effectus et causa; Ill.: lückselig“. — **misereor** = gratificor; vide psl. 36, 21.

v. 6. **commodo** = mutuum do. — **disponet sermones suos**; i. e. tuebitur causas suas; causa pro effectu; de „dabar“ vide psl. 40, 9. Vulgata (non LXX.) trahit II. hemistichium v. 6ti ad v. 7mum.

v. 7. **ab auditione** = a nuntio. — **paratum cor eius** = intrepidus seu firmus est animus eius; vide 56, 8. — **spero** = confido (b. Hieron.).

v. 8. **non commovebitur**; LXX. οὐ μὴ φοβηθῇ; i. e. non timet (= b. Hieron.); effectus et causa. — **donec despiciat inimicos suos** = usque dum oculos pascat inimicis suis; sensu eodem; vide psl. 91, 12.

v. 9. **dispersit, dedit**; i. e. largiter distribuit; „dispergo“ est verbum auxilare; vide psl. 30, 3. Rgl. 46. — **exaltor** = effero me; (medium); vide psl. 65, 7. — **in gloria** = cum honore; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

v. 10. **videbit**; scilicet *„id;“* vide psl. 20, 5. Rgl. 41. — **irascor**; i. e. mœreo. — **fremo** = frendo; synonyma; Ill.: „knirſchen“. — **pereo** = evanesco; vergehen; scházeti, chřadnouti.

PSALMUS 112. (hebr. 113.)

Laudate Dominum!

Auctor, argumentum et occasio. — Vates sacer — ignotus — celebrat hocce hymno Deum, qui humiles exaltat et sterili herae benedictionem impertitur. — Occasio exarationis ignoratur.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
Alleluia.	Halleluiah!
1. Laudate, pueri, Dominum: laudate nomen Domini.	1. **L**audate servi Domini, laudate nomen Domini!
2. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, et usque in sæculum.	2. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc usque in sæculum!
3. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini.	3. A solis ortu usque ad occasum eius, laudetur nomen Domini!
4. Excelsus super omnes gentes Dominus, et super cœlos gloria eius.	4. **E**xcelsus est super omnes gentes Dominus, super cœlos gloria Eius.
5. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat,	5. Quis sicut Dominus Deus noster, qui, licet in altis habitat,
6. et humilia respicit in cœlo et in terra?	6 in profunda despicit in cœlo et in terra?
7. Suscitans a terra inopem, et de stercore erigens pauperem,	7. **Q**ui erigit ex pulvere tenuem, et e fimeto extollit pauperem,

. ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.

. Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

8. ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.

9. Qui facit, ut sterilis hera habitet domi — læta filiorum mater (facta).

v. 1. **puer** = servus; vide psl. 17, 1.
v. 3. **ad occasum**; „eius" omisit Vulgata iuxta LXX. omis.
v. 4. **et super**; „et" addit Vulgata, non LXX. add.
v. 6. **humilia respicit**; i. e. in profunda despicit; blicket tief hinab; tří do hloubí; vide psl. 30, 3. Rgl. 46.
v. 7. **suscito** = erigo. — **a terra** = ex pulvere; vide psl. 21, 30. **stercus** = fimetum. — **erigo** = extollo; consequens et antecedens.
v. 8. **sterilis**; scilicet hera; **in domo** = domi. — **laetans**; i. e. ta facta. Erſt als Mutter findet ſich die Frau heimiſch im Hauſe des Gatten.

PSALMUS 113. (hebr. 114.)

Gloria Dei in exitu Israëlis ex Aegypto.

Auctor, argumentum et occasio. — Vates sacer — ignotus — celebrat cce hymno gloriam Dei in exitu Israëlis ex Aegypto, in transitu per ure rubrum, et in Arabia Petraea, ubi Deus populo suo aquas ex petra aebuit. — Tempus exarationis ignoratur.

Textus Vulgatæ.

Alleluia.

. In exitu Israël de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro,
. facta est Iudæa sanctificatio eius, Israël potestas eius.
. Mare vidit, et fugit: Iordanis conversus est retrorsum.
. Montes exultaverunt ut arietes, et colles sicut agni ovium.
. Quid est tibi, mare, quod fugisti, et tu Iordanis, quia conversus es retrorsum?

Versio textus hebraici.

1. Quum exiret Israël ex Aegypto, domus Iacobi e populo barbare loquente,
2. factus est Iuda sacer Eius, Israël imperium Eius.
3. Mare videns id fugit, Iordanes vertit se retrorsum.
4. Montes subsilierunt ut arietes, colles ut agnelli.
5. Quid est tibi mare, quod fugis, Iordanes, quod vertis te retrorsum?

6. Montes, exultastis sicut arietes, et colles, sicut agni ovium.
7. A facie Domini mota est terra,
a facie Dei Iacob.
8. Qui convertit petram in stagna aquarum,
et rupem in fontes aquarum.

6. Montes, quod subsilitis ut arietes, colles ut agnelli?
7. **Præ** conspectu Domini treme, o terra,
præ conspectu Dei Iacobi,
8. qui convertit petram in lacum aquarum,
silicem in locum aquis irriguum!

add. v. 1. **Alleluia** addit Vulgata iuxta LXX. — **in exitu Israël** = cum exiret Israël; vide 9, 4. Rgl. 23. — **barbarus** = barbare loquens.
v. 2. **Iudaea**; pro Iuda; i. e. populus Israël. — **sanctificatio**; pro: sacer; abstractum pro concreto; vide psl. 10, 8. Rgl. 30.
v. 3. **conversus est** = vertit se; idem v. 5.; vide psl. 72, 10.
add. v. 4. **exulto** = subsilio; idem v. 6. — **et colles**; „et" addit Vulg. iuxta LXX.; hic et in v. 6to. — **agnus ovium** = agnellus; idem v. 6.
var. v. 7. **a facie** (bis) = præ conspectu. — **mota est**; in textu masoretico est — „treme" (Imperativus) sensu eodem.
v. 8. **stagna**; i. e. lacus. — **rupes** = silex. — **fontes aquarum**; i. e. locus aquis irriguus; contentum pro continente.

PSALMUS 113.ª (hebr. 115)

Domine, Deus vive, age causam honoris Tui!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — rogat Deum, ut populo suo opem ferat, ne gentes idololatrae blasphement Iehovam ceu imbecillem, cum tamen est omnipotens creator universi, idola autem inania et ridenda (1.—8.). Dein excitat ad fiduciam collocandam in Domino, res populi electi fortunaturo, inde laudibus celebrando. (v. 9.—18.). — Tempus exarationis ignoratur.

Textus Vulgatæ.

1. Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.
2. Super misericordia tua, et veritate tua,
nequando dicant gentes: Ubi est Deus eorum?
3. Deus autem noster in cœlo omnia, quæcumque voluit, fecit.

Versio textus hebraici.

1. **N**on nobis, o Domine, non nobis, sed nomini Tuo da gloriam propter gratiam Tuam, propter fidem Tuam!
2. Cur dicant gentes:
„Ubinam est Deus eorum?"
3. **E**t tamen Deus noster est in cœlis, quæcunque voluerit, facit.

"

Simulacra gentium, argentum, et aurum, opera manuum hominum.
Os habent, et non loquentur: oculos habent, et non videbunt.
Aures habent, et non audient: nares habent, et non odorabunt.
Manus habent, et non palpabunt: pedes habent, et non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.
Similes illis fiant, qui faciunt ea, et omnes, qui confidunt in eis.
Domus Israël speravit in Domino: adiutor eorum et protector eorum est.
Domus Aaron speravit in Domino: adiutor eorum et protector eorum est.
Qui timent Dominum, speraverunt in Domino: adiutor eorum et protector eorum est.
Dominus memor fuit nostri, et benedixit nobis:
benedixit domui Israël, benedixit domui Aaron:
benedixit omnibus, qui timent Dominum, pusillis cum majoribus.
Adiiciat Dominus super vos: super vos, et super filios vestros.
Benedicti vos a Domino, qui fecit cœlum et terram.
Cœlum cœli Domino: terram autem dedit filiis hominum.
Non mortui laudabunt te, Domine: neque omnes, qui descendunt in infernum.

4. Simulacra illarum sunt argentum et aurum,
sunt opus manuum hominis.
5. Os habent, sed non loquuntur,
oculos habent, sed non vident;
6. aures habent, sed non audiunt,
nasum habent, sed non odorantur;
7. manus eorum non palpant,
pedes eorum non incedunt,
sonum non edunt gutture suo.
8. Similes illis erunt, qui faciunt ea,
et omnes, qui fiduciam collocant in eis.
9. **I**sraël fiduciam collocā in Domino,
ipse est auxilium et clipeus eorum!
(Israëlitarum.)
10. Domus Aaronis fiduciam collocate in Domino,
Ipse est auxilium et clipeus eorum!
11. Qui colitis Dominum, fiduciam collocate in Domino,
Ipse est auxilium et clipeus eorum!
12. **D**ominus, nostri memor, benedicit nobis,
benedicit domui Israëlis,
benedicit domui Aaronis,
13. benedicit cultoribus Iehovæ,
parvis et magnis.
14. Dominus augeat vos,
vos et filios vestros!
15. **B**enedicti estote vos a Domino,
qui creavit cœlum et terram!
16. Cœlum est Domini cœlum,
terram vero hominibus concessit.
17. Non mortui laudant Dominum,
nec, quicunque descenderunt in loca silentia.

18. Sed nos, qui vivimus, benedicimus Domino ex hoc nunc et usque in sæculum.	18. Nos igitur celebremus Dominum ab hoc usque in æternum. Halleluiah!

v. 2. Vulgata (non LXX.) trahit partem III. v. I^{mi}. ad v. II^{dum}.
super = propter; עַל (al); confer psl. 65, 5. — **misericordia** gratia; — **veritas** = fides; vide psl. 5, 8. 35, 6. **nequando**; pro: c
v. 4. **simulacra gentium**; pro: simulacra illarum.
v. 7. **in gutture** = gutture; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.
v. 9. **adiutor**; pro: auxilium; idem v. 10., 11.; vide psl. 26, 9. **protector**; pro: clipeus; idem v. 10., 11.; vide psl. 17, 3.
Pro Perfectis v. 9., 10., 11. et 15. Vulgatæ ponendi sunt *Imperati*
v. 10. **domus Aaron**; sic vocantur sacerdotes A. T.
v. 11. **timeo Dominum** = colo Dominum; idem v. 13.; vide 14,
add. v. 13. **omnibus,** addit Vulgata, non LXX. — **pupillus** = parvu
— **maioribus** (LXX. μεγάλων) pro: magnis; vide psl. 36, 25.
v. 14. **adiiciat super vos**; scilicet benedictionem; i. e. augeat vo crescere faciat vos; confer psl. 70, 14. „adiiciam super laudem".
v. 16. **coelum coeli Domino**; pro: cœlum *est* — Domini cœlu Copula „est" omissa, vide Rgl. 2. pag. 16. — **„Domino"** positum est p „*Domini*", quod est Genitivus auctoris, possessoris; confer psl. 15, 1. „i David" et vide psl. 3, 3. Rgl. 9. — **filius hominis** = homo; vide 11,
add. v. 17. **te Domine** = Dominum; „*te*" addit Vulgata iuxta LXX. **infernus**; pro: loca silentia; in inferno enim silere putabantur.
add. v. 18. **qui vivimus**; addit Vulgata iuxta LXX. — **benedico D mino** = celebro Dominum; vide psl. 102, 1.
omis. Vulgata iuxta LXX. omisit „Halleluiah" in fine psalmi.

PSALMUS 114. (hebr. 116, 1.—9.).

Quomodo rependam Domino beneficia Eius in me?

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus gratias agit Deo pro liberatione ex magnis afflictionibus et ex peculo vitae. — Tempus et occasio exarationis ignoratur.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Alleluia.	
1. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.	1. Gratum mihi est, quod audit Dominus — vocem meam, orationem meam;

Quia inclinavit aurem suam
mihi, et in diebus meis in-
vocabo.
Circumdederunt me dolores
mortis, et pericula inferni
invenerunt me. Tribulationem
et dolorem inveni:
et nomen Domini invocavi. O
Domine, libera animam meam:
misericors Dominus, et iustus,
et Deus noster miseretur.
Custodiens parvulos Dominus:
humiliatus sum, et liberavit me.
Convertere anima mea, in
requiem tuam, quia Dominus
benefecit tibi.
Quis eripuit animam meam de
morte:
oculos meos a lacrymis,
pedes meos a lapsu.
Placebo Domino
in regione vivorum.

2. nam inclinavit aurem suam ad me,
per totam vitam meam invocabo
Eum.
3. Cingebant me funes mortis,
et angustiæ orci irruebant in me,
calamitatem et ærumnas experie-
bar.
4. Et invocavi nomen Domini:
„Domine eripe animam meam“!
5. Dominus est benignus et iustus,
et Deus noster miseretur.
6. Dominus tuetur imperitos;
exhaustus fui et adiuvit me.
7. Redi anima mea ad quietem tuam,
nam Dominus benefecit tibi!

8. Nam Tu, o Domine, liberasti ani-
mam meam a morte,
oculum meum a lacrimis,
pedem meum a lapsu!
9. Ambulo coram Domino,
in terra inter vivos.

v. 1. **Alleluia;** addit Vulgata iuxta LXX. — **diligo;** pro: gratum add.
est; effectus pro causa. — **exaudio** = audio; vide Rgl. 5. pag. 16.
ocem orationis meae; pro: „vocem *meam*, orationem meam“. — var.
us LXX. in codice suo legit קול („kol“) loco קולי („koli“).
v. 2. **invocabo;** scilicet eum; vide psl. 20, 5. Rgl. 41.
v. 3. **circumdo** = cingo; vide psl. 3, 7. — **dolores;** pro: funes,
i; vide 17, 5. — **pericula;** pro: angustiæ. — **dolor;** pro: ærumnæ;
psl. 7, 17. — **invenerunt me** = irruebant in me; causa et effectus.
veni = experior = expertus sum.
v. 5. **misericors** = benignus; vide psl. 102, 8.
v. 6. **custodio** = tueor. — **parvulus** = imperitus; vide psl. 18, 8.
miliatus; i. e. exhaustus; b. Hieron: „attenuatus“; vide psl. 141, 7.
v. 7. **convertor** = revertor, redeo; vide psl. 58, 7.
in requiem = ad quietem; vide psl. 17, 45. „in auditu“.
v. 8. **quis eripuit**; pro: „*eripuisti o Domine*“ sensu eodem. var.
v. 9. **placeo Domino**; pro: ambulo coram Domino; effectus pro
. — **in regione vivorum** = in terra inter vivos.

PSALMUS 115. (hebr. 116, 10.—19.).

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
Alleluia.	
10. Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.	10. Fidem habui, cum dicerem: „Valde afflictus sum ego“.
11. Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax.	11. Dicebam in consternatione mea: „Omnis homo fallit“.
12. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?	12. Quomodo rependam Domino omnia beneficia Ejus in me?
13. Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo.	13. Attolam calicem (in gratiarum actionem) pro accepta salute, et nomen Domini invocabo.
14. Vota mea Domino reddam coram omni populo eius:	14. persolvam vota mea Domino, coram universo populo Eius.
15. pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.	15. Pretiosa est in oculis Domini, mors cultorum Eius.
16. O Domine, quia ego servus tuus: ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ. Dirupisti vincula mea:	16. Quæso, Domine! — nam ego sum servus Tuus, servus Tuus sum ego — filius ancillæ Tuæ; Tu solvisti vincula mea.
17. tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.	17. Tibi sacrificabo sacrificium gratiarum actionis, et invocabo nomen Domini.
18. Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius:	18. Vota mea Domino persolvam — coram universo populo Eius.
19. in atriis domus Domini, in medio tui, Ierusalem.	19. In atriis domus Domini, in medio tuo Ierosolyma. Halleluiah!

add. v. 10. **„Alleluia“**; addit Vulgata iuxta LXX. — **credo** = fidem habeo. — **propter quod**; pro: cum. — **humilior** = affligor; vide 9^2, 10.
v. 11. **excessus** = consternatio. — **mendax**; scilicet est = fallit.
v. 12. **quid retribuam** = quomodo retribuam; — **quae retribuit mihi** = quæ tribuit mihi; i. e. beneficia Eius in me; vide psl. 7, 5.
v. 13. **accipiam**; i. e. attollam, scilicet in gratiarum actionem.
calix salutaris = calix pro accepta salute.
v. 14. **reddo** (de votis) = solvo; idem v. 18.; vide psl. 55, 12.
v. 15. **in conspectu**; pro: in oculis. — **sanctus** = cultor; vide 4, 4.
v. 16. **disrumpo** = rumpo, solvo; vide psl. 2, 2.
v. 17. **hostia laudis** = sacrificium gratiarum actionis; vide 106, 22.
v. 18. **in conspectu** = coram; vide Rgl. 4. pag. 16.

omis. Vulgata omisit iuxta LXX. *„Halleluiah“* in fine psalmi.

PSALMUS 116. (hebr. 117)

Dominum adorate omnes populi!

Auctor, argumentum et occasio. — Vates sacer — ignotus — exad laudandum Iehovam ob clementiam Eius et ob fidem Eius in ndis promissis. Tempus et occasio exarationis ignoratur.

Textus Vulgatæ	Versio textus hebraici.
Alleluia.	
audate Dominum omnes gen- es: laudate eum omnes po- uli.	1. **L**audate Dominum omnes gentes, celebrate Eum omnes nationes!
Quoniam confirmata est super os misericordia eius, et ve- itas Domini manet in æter- um.	2. Nam potentem se exhibuit nobis gratia Eius, et fides Domini manet in æternum! Halleluiah!

v. 1. **„Alleluia"**; addit Vulgata iuxta LXX. add.
v. 2. **misericordia** = gratia; vide psl. 5, 8. — **confirmata est**; potentem se exhibuit; causa et effectus; in psl. 102, 11. vertit Vulidem verbum active *„corroboravit"*. — **super nos**; i. e. nobis, in fam nostrum. — **veritas** = fides; fidelitas; vide psl. 35, 6.
Vulgata iuxta LXX. omisit *„Halleluiah"* in finem psalmi. omis.

PSALMUS 117. (hebr. 118.)

In dedicatione templi.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer, cuius nomen ignoir, composuit hoc canticum triumphale, quo victor comitante populo anctuarium procedens, Deo gratias agit pro liberatione ab hoss, et animos recipit vincendi etiam alios quoscumque populos hostiles. — tempore et occasione exarationis nil certi constat.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
Alleluia.	(Processio sacra inchoat).
Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum miseri- cordia eius.	1. **C**elebrate Dominum, nam benignus est, nam in æternum manet gratia Eius!

2. Dicat nunc Israël:
Quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.
3. Dicat nunc domus Aaron:
Quoniam in sæculum misericordia eius.
4. Dicant nunc, qui timent Dominum: quoniam in sæculum misericordia eius.

5. De tribulatione invocavi Dominum, et exaudivit me in latitudine Dominus.
6. Dominus mihi adiutor: non timebo, quid faciat mihi homo.
7. Dominus mihi adiutor, et ego despiciam inimicos meos.
8. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine:
9. bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus.

10. Omnes gentes circuierunt me, et in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

11. Circumdantes circumdederunt me, et in nomine Domini, quia ultus sum in eos.
12. Circumdederunt me sicut apes, et exarserunt sicut ignis in spinis, et in nomine Domini, quia ultus sum in eos.
13. Impulsus eversus sum, ut caderem, et Dominus suscepit me.
14. Fortitudo mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem.
15. Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum.
16. Dextera Domini fecit virtutem,

2. Dicat Israël:
„In æternum manet gratia Eius."
3. Dicant domus Aaronis:
„In æternum manet gratia Eius."
4. Dicant cultores Domini:
„In æternum manet gratia Eius."

(Procedentes ad templum canunt.)
5. Ex angustiis invocavi Dominum, exaudivit me Dominus in spatium amplum educens me.
6. Dominus mihi astat, — non timeo quid poterit facere mihi homo?
7. Dominus mihi adest adiuvans me ideo pasco oculos osoribus meis.
8. Melius est confugere ad Dominum quam fiduciam collocare in hominibus.
9. Melius est confugere ad Dominum quam fiduciam collocare in principibus.
10. Et si circumdederint me omnes gentes,
in nomine Domini certe exstirpabo eas.
11. Et si circumdederint me undique in nomine Domini certe exstirpabo eas.
12. Et si circumdederint me velut apes extinguentur ut ignis spinarum, in nomine Domini certe excindam eas.
13. Valide impulisti me, ut caderem, sed Dominus adiuvit me!
14. Gloria mea et cantio est Dominus, erat enim mihi saluti.

15. Vox iubili et salutis resonat in tentoriis iustorum,
dextera Domini præstat se fortem

dextera Domini exaltavit me:
dextera Domini fecit virtutem.
Non moriar, sed vivam,
et narrabo opera Domini.
Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iustitiæ,
ingressus in eas confitebor Domino:

hæc porta Domini,
iusti intrabunt in eam.
Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, et factus es mihi in salutem.
Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.
A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris.
Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus, et lætemur in ea.
O Domine, salvum me fac,
o Domine, bene prosperare:
benedictus, qui venit in nomine Domini.
Benediximus vobis de domo Domini.
Deus Dominus, et illuxit nobis. Constituite diem solemnem in condensis usque ad cornu altaris.

Deus meus es tu, et confitebor tibi: Deus meus es tu, et exaltabo te.
Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, et factus es mihi in salutem.

16. Dextera Domini exaltavit se,
dextera Domini præstat se fortem.
17. Non moriar, sed vivam,
et narrabo opera Domini.
18. Dure castigavit me Dominus,
sed morti non tradidit me.

(Ante templi portam.)

19. **A**perite mihi portas iustitiæ,
ingrediar per eas, celebrabo Dominum!

(Chorus ad portam templi exspectans populum.)

20. **H**æc est porta Domini,
iusti ingrediuntur per eam.
21. Celebro Te, quod exaudivisti me,
et fuisti mihi auxilium.

22. Lapis, quem reiecerant ædificantes,
factus est caput anguli.

23. A Domino factum est hoc;
id admirabile est in oculis nostris.
24. Hic est dies, quem fecit Dominus,
exultemus et lætemur eo!

25. Adiuva, quæsumus, Domine,
prospera, quæsumus, Domine!
26. Benedictus sit, qui venit in nomine Domini,
bona precamur vobis e domo Domini!

27. Deus est Dominus, et dedit nobis lucem,
ligate funibus victimas festivas ad cornua altaris usque!

(Processio respondet choro.)

28. **D**eus meus es Tu, propterea celebrabo Te,
Te, Deus mi, laudibus exaltabo!

	(Omnes simul.)
29. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.	29. Celebrate Dominum, nam benignus est, nam in æternum manet misericordia Eius!

add. v. 1. **„Alleluia"**; addit Vulgata iuxta LXX. — **confiteor Domino** = celebro Dominum; vide psl. 6, 6.; *idem* v. 19. 21. 28. et 29. — **bonus** = benignus; confer psl. 53, 8.; *idem* v. 29. — **misericordia** = gratia; *idem* v. 2. 3. 4., vide psl. 5, 8. — **in saeculum** = in æternum; *idem* v. 2., 3. 4. et v. 29.; vide psl. 74, 10.

add. v. 2. **„quoniam bonus"**; addit Vulgata iuxta LXX. — **quoniam,** hebraicum כִּי (ki); græcum ὅτι, non est vertendum, quia signum est orationis *directæ;* confer Matth. 26, 27. „Negavit cum iuramento: Quia (ὅτι) non novi hominum." Ioan. 9, 9. „Ille vero dicebat: „Quia ego sum".

v. 5. **in latitudine exaudivit me**; est constructio prægnans pro: „exaudivit me in spatium amplum educens me".

v. 6. **adiutor;** scilicet est = mihi adstat = me adiuvat. — **quid faciat** = quid poterit facere; de Potentiali vide psl. 5, 8. Rgl. 16.

v. 7. **despicio inimicos meos** = pasco oculos inimicis meis; vide psl. 91, 12. et 111, 8. — **et** = propterea; vide Rgl. 3. pag. 16.

v. 8. **bonum est**; pro: melius est; *idem* v. 9., vide 4, 8. Rgl. 13. — **confido in aliquo** = confugio ad eum. — **homo,** collectiv. = homines.

v. 9. **spero in aliquo** = fiduciam colloco in eo, confugio ad eum.

v. 10. **circumeo aliquem** = circumdo eum. — **ulciscor in eos** = exstirpo eos; idem v. 11., 12.; ultio hæc consistit in exstirpatione; genus et species. — **quia**; pro: certe, sane, profecto; hebr. כִּי (ki).

v. 11. **circumdantes circumdederunt me** = circumdederunt me undique; Ill.: „umringen mich ringsum".

var. v. 12. **et exarserunt**; pro: extinguentur (= b. Hieron.); antecedens pro consequente; sensus manet idem.

Græcus LXX. legit fors בָּעֲרוּ (ba'aru) = exarserunt, loco דָּעֲכוּ (do'aku); i. e. exstinguentur. Permutatum est כ et ב, nec non ר cum ד.

var. v. 13. **impulsus eversus sum,** scilicet ab adversario meo; i. e. valide impulsus sum. — Hebr. verbo finito præpositus est Infinitivus absolutus; vide 39, 2. Rgl. 53.; textus masoret. dicit idem active: „valide impulisti me"; scil. „inimice mi". — **suscipio** = tueor, adiuvo; vide 3, 6.

v. 14. **fortitudo**; pro: gloria; causa pro effectu. — **laus** = cantio. — **fortitudo mea et laus mea**; *„mea"* in latino semel tantum ponendum est; vide psl. 24, 10. Rgl. 43.

v. 15. **iustorum,** scilicet est, vel resonat; vide Rgl. 2. pag. 16.

II. partem versus 15. trahit Vulgata (non LXX.) ad v. 16^{tum}.

v. 16. **fecit virtutem** *(bis)* = præstat se fortem; vide psl. 59, 14.

var. — **exaltavit me**; pro: „exaltavit se" (= b. Hieron. „excelsa est"); sensus non mutatur permutatione suffixi III. et I. personæ; causa et effectus.

v. 18. **castigans castigavit me**; i. e. dure castigavit me; Ill.: „hart"; vide psl. 39, 2. Rgl. 53. — **et** = sed; vide Rgl. 3, pag. 16.

v. 19. **in eas** = per eas; *idem* v. 20.; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

v. 21. **salus** = auxilium; vide psl. 17, 51. — **„fio in"**; *idem* v. 22. vide psl. 7, 14. Rgl. 22.

v. 24. **in ea** = eā (die); de „*in*," hebr. בְּ (b') vide psl. 9, 16.

v. 25. **salvum me fac**; pro: adiuva; vide psl. 11, 2. „**me**" addit add.
ılgata (*non* LXX.). — **bene prosperare** = prospera, prosperum fac.
ılgata adhibet hoc verbum *deponentialiter;* „*bene*" abundat; pleonasmus.

v. 26. **benedictus**; scilicet sit; vide Rgl. 2. pag. 16.
Vulgata (non LXX.) trahit II. partem v. 26ti. ad v. 27.

v. 27. **benedico** = bona precor. — **illuxit nobis** = dedit nobis
em; lux est imago felicitatis. Sensus est: dedit nobis prospera omnia.
constituite diem solemnem in condensis usque ad cornu al-
is; i. e. ordinate diem festum ornantes frondibus (viam) ad cornu al-
is usque. — Versio textus hebraici sonat: „*ligate funibus victimas festivas*
cornua altaris usque". — In re non est differentia, nam et Vulgata et
tus masoreticus agit — *de festo condigne celebrando.*
constituite; pro: „*ligate*"; hebr. אָסַר (asar) denotat: 1. ligavit, alli-
it, ut ipsa Vulgata in psl. 149, 8. vertit; 2. ligavit *obligatione* seu reli-
ne quadam, i. e. constituit, ordinavit.
diem solemnem; LXX. ἑορτήν; i. e. *festum, diem festum;* pro: „*victi-*
s festivas" vel collective „victivam festivam". — Hebraicum חַג (chag) de-
at: 1. festum; 2. sacrificium festivum, victimam festivam (per metony-
m. v. c. Malach. 2, 3. „dispergam super vultum vestrum stercus sole-
itatum (i. e. *victimarum*) vestrarum". All.: „den Koth der Feſte"; d. i.
r Opferthiere, die an den Feſten geopfert werden". Ex. 23, 18. „Nec rema-
it adeps solemnitatis (i. e. *victimæ*) meæ usque mane." Confer etiam
scha" quod significat: 1. *victimam* „agnum paschalem" et 2. *diem, quo*
t offerendus, i. e. 14tum mensis Nisan.
in condensis; (i. e. densis frondibus, ramis frondentibus, mit Laub-
igen, ratolestmi; hisce ornanda est via usque ad altare) — pro: „*funi-*
". — Plurali vocis עֲבֹת (ʿbot) designantur:

1. „*funes*", „*vincula*", ut ipsa Vulgata vertit in Iud. 15, 13. 14. —
3, 25.; 4, 8. (in psl. 2, 3. vertit „*iugum*");
2. *ramus densæ frondis* — Vulgata vertit: *a)* „*frondes*" Ez. 19, 11.;
„*frondes condensæ*" Ez. 31, 3.; *c)* „*condensa*" hic loci et Ez. 31, 10.;
ique *d)* „*nemorosa et condensa*" Ez. 31, 14.

v. 28. **et** = propterea; vide Rgl. 3. — **exaltabo,** scilicet laudibus.
confiteor tibi, quoniam exaudisti me, et factus es mihi in add.
atem; addit Vulgata iuxta LXX. i. e. repetit hic loci versum 21.

PSALMUS 118. (hebr. 119.)

Tuus sum, o Domine; serva me!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus ce-
ans praecepta et promissa divina, beatum praedicat eum, qui ea
ervat et simul ex toto corde optat, ut lumine divino illustratus eorum
emper studiosissimus. — De tempore et occasione exarationis nil certi
potest.

Psalmus hic constat viginti duobus octostichis. Omnes 8 versus primi octostichi incipiunt litera א (alef); secundi octostichi litera ב (bet), et sic porro iuxta alfabetum hebraicum (vide pag. 15. „Nota“).

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Alleluia.	
Alèph.	א
1. Beáti immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.	1. **B**eati, quorum vita est immaculata; qui ambulant in lege Domini.
2. Beati, qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.	2. Beati, qui observant præcepta Eius, toto corde quærunt Eum;
3. Non enim, qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulaverunt.	3. etiam iniquitatem non operantur, in viis Eius ambulant.
4. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.	4. Tu proposuisti præcepta Tua, ut accurate observentur.
5. Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.	5. Utinam dirigant se viæ meæ, ad observandum statuta Tua!
6. Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis.	6. Tunc pudore non afficiar, si curavero omnia mandata Tua.
7. Confitebor tibi in directione cordis, in eo, quod didici iudicia iustitiæ tuæ.	7. Celebrabo Te sincero corde, si didicero iusta iudicia Tua.
8. Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas usquequaque.	8. Statuta Tua observabo, ne derelinquas me prorsus!
Beth.	ב
9. In quo corrigit adolescentior viam suam? In custodiendo sermones tuos.	9. **Q**ua ratione puram servabit invenis vitam suam? (Resp.) Custodiendo eam secundum sermonem Tuum.
10. In toto corde meo exquisivi te, ne repellas me a mandatis tuis.	10. Toto corde meo colo Te, ne permittas, ut aberrem a præceptis Tuis!
11. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.	11. In corde meo recondo sermonem Tuum, ne peccem in Te.
12. Benedictus es, Domine: doce me iustificationes tuas.	12. Celebratus sis Tu, Domine! doce me statuta Tua!

13. In labiis meis pronuntiavi
omnia iudicia oris Tui.
14. In via testimoniorum tuorum
delectatus sum,
sicut in omnibus divitiis.
15. In mandatis tuis exercebor,
et considerabo vias tuas.
16. In iustificationibus tuis me-
ditabor: non obliviscar ser-
mones tuos.

Gimel.

17. Retribue servo tuo, vivifica
me: et custodiam sermones
tuos.
18. Revela oculos meos, et consi-
derabo mirabilia de lege tua.
19. Incola ego sum in terra: non
abscondas a me mandata tua.
20. Concupivit anima mea desi-
derare
iustificationes tuas in omni
tempore.
21. Increpasti superbos: maledi-
cti, qui declinant a mandatis
tuis.
22. Aufer a me opprobrium et
contemtum,
quia testimonia tua exquisivi.
23. Etenim sederunt principes,
et adversum me loquebantur:
servus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
24. Nam et testimonia tua me-
ditatio mea est, et consilium
meum iustificationes tuæ.

Daleth.

25. Adhæsit pavimento anima
mea: vivifica me secundum
verbum tuum.
26. Vias meas enuntiavi, et exau-
disti me:
doce me iustificationes tuas.

13. Labiis meis enarro —
omnia iudicia oris Tui.
14. De via præceptorum Tuorum
lætor,
velut de quibuscunque divitiis.
15. De edictis Tuis meditari volo,
et respicere vias Tuas.
16. Statutis Tuis oblecto me,
non obliviscar verbi Tui.

ג

17. **P**ropitius esto servo Tuo, ut vivam,
et custodiam verbum Tuum!

18. Retege oculos meos, ut adspiciam
mirabilia ex lege Tua.
19. Peregrinus ego sum in terra,
ne occultes a me mandata Tua!
20. Comminuta est anima mea desi-
derio —
præceptorum Tuorum omni tem-
pore.
21. Increpas insolentes maledictos,
qui declinant a mandatis Tuis.

22. Devolve a me opprobrium et con-
temptum,
nam præcepta Tua observo!
23. Licet consideant principes contra
me colloquentes,
servus Tuus meditatur de statutis
Tuis.
24. Præcepta Tua sunt simul deliciæ
meæ,
consiliarii mei.

ד

25. **P**ulveri adhæret anima mea,
vivifica me secundum verbum
Tuum!
26. Vias meas propono (Tibi) et ex-
audies me,
doce me statuta Tua!

27. Viam iustificationum tuarum instrue me, et exercebor in mirabilibus tuis.
28. Dormitavit anima mea præ tædio:
confirma me in verbis tuis.

29. Viam iniquitatis amove a me, et de lege tua miserere mei.

30. Viam veritatis elegi:
iudicia tua non sum oblitus.
31. Adhæsi testimoniis tuis, Domine: noli me confundere.

32. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

He.

33. Legem pone mihi, Domine, viam iustificationum tuarum, et exquiram eam semper.
34. Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam; et custodiam illam in toto corde meo.
35. Deduc me in semitam mandatorum tuorum,
quia ipsam volui.
36. Inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam.
37. Averte oculos meos, ne videant vanitatem:
in via tua vivifica me.
38. Statue servo tuo eloquium tuum in timore tuo.
39. Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum:
quia iudicia tua iucunda.
40. Ecce, concupivi mandata tua:
in æquitate tua vivifica me.

27. Viam præceptorum Tuorum doce me,
et meditabor de mirabilibus Tuis!
28. Lacrimat anima mea præ ægritudine,
erige me secundum promissum Tuum!

29. Viam falsam averte a me,
et legem Tuam gratiose concede mihi.

30. Viam veram elegi,
mandata Tua facio.
31. Inhæreo præceptis Tuis,
Domine, noli permittere, ut confundar!

32. Viam mandatorum Tuorum curram, cum illustraveris animum meum.

ה

33. Doce me, Domine, viam statutorum Tuorum,
ut observem eam usque in finem!
34. Doce me custodire legem Tuam, et observabo eam toto corde!

35. Ducas me in semitam mandatorum tuorum,
delector enim eā!
36. Inclina cor meum ad præcepta Tua, et non ad lucrum iniquum!
37. Averte oculos meos, ne delectentur vanitate,
in viis Tuis vivifica me!
38. Præsta servo Tuo verbum Tuum, quod refertur ad timorem Tui!
39. Averte opprobrium meum, quod timeo;
nam iudicia Tua sunt bona!
40. Ecce desidero præcepta Tua;
iustitiā Tuā vivifica me!

Vau.

41. Et veniat super me misericordia tua, Domine:
salutare tuum secundum eloquium tuum.
42. Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: quia speravi in sermonibus tuis.
43. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque:
quia in iudiciis tuis supersperavi.
44. Et custodiam legem tuam semper: in sæculum et in sæculum sæculi.
45. Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisivi.
46. Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum,
et non confundebar.
47. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.
48. Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi,
et exercebar in iustificationibus tuis.

Zain.

49. Memor esto verbi tui servo tuo,
in quo mihi spem dedisti.
50. Hæc me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum vivificavit me.
51. Superbi inique agebant usquequaque: a lege autem tua non declinavi.
52. Memor fui iudiciorum tuorum a sæculo, Domine,
et consolatus sum.
53. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

ו

41. **V**eniant ergo super me beneficia Tua, Domine!
auxilium Tuum secundum promissum Tuum!
42. et respondebo conviciatori meo,
nam fiduciam colloco in promisso Tuo!
43. Neve subtrahas prorsus ori meo verbum veritatis,
nam sententias Tuas exspecto!

44. et observabo legem Tuam continuo,
in perpetuum atque sempiternum;

45. et incedam in spatio amplo,
nam edicta Tua curo;
46. et loquar de præceptis Tuis coram regibus,
neque erubescam;
47. et oblectabo me mandatis Tuis,
quæ adamavi.
48. Et tollam manum meam ad mandata Tua, quæ amo,
et meditabor de statutis Tuis.

ז

49. **M**emor sis promissi Tui ad servum Tuum,
quod me sperare fecisti!
50. Hoc est mihi solatio in miseria mea,
quod verbum Tuum vivificat me.

51. Insolentes illudunt mihi valde,
a lege Tua non deflecto.

52. Memor fui iudiciorum Tuorum a temporibus inde antiquis, Domine,
et consolabar me.
53. Aestus vehemens prehendit me præ impiis,
qui derelinquunt legem Tuam.

54. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ,
in loco peregrinationis meæ.
55. Memor fui nocte nominis tui, Domine,
et custodivi legem tuam.
56. Hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisivi.

Heth.

57. Portio mea, Domine, dixi,
custodire legem tuam.
58. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo:
miserere mei secundum eloquium tuum.
59. Cogitavi vias meas,
et converti pedes meos in testimonia tua.
60. Paratus sum, et non sum turbatus, ut custodiam mandata tua.
61. Funes peccatorum circumplexi sunt me: et legem tuam non sum oblitus.
62. Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustificationis tuæ.
63. Particeps ego sum omnium timentium te,
et custodientium mandata tua.
64. Misericordia tua, Domine, plena est terra:
iustificationes tuas doce me.

Teth.

65. Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine, secundum verbum tuum.
66. Bonitatem, et disciplinam, et scientiam doce me,
quia mandatis tuis credidi.

54. Obiecta laudis sunt mihi statuta Tua,
in loco peregrinationis meæ.
55. Memor sum nocte nominis Tui, Domine,
et observo legem Tuam.
56. Hoc meum est,
quod servo præcepta Tua.

ד

57. **D**icere soleo: Pars mea, Domine, est:
observare verba Tua.
58. Gratiam Tuam quæro toto ex corde,
miserere mei secundum verbum Tuum!
59. Reputo vias meas,
et reduco pedes meos ad præcepta Tua.
60. Celeriter et absque mora —
observo mandata Tua.
61. Laquei improborum circumdant me,
legis Tuæ non obliviscor.
62. Media nocte surgo, ut laudem Te —
propter iusta iudicia Tua.
63. Sodalis sum omnibus, qui timent Te,
iis nempe, qui observant præcepta Tua.
64. Clementiæ Tuæ, Domine, plena est terra,
statuta Tua doce me!

ט

65. **B**enefacis servo Tuo,
Domine, secundum promissum Tuum.
66. Rectam intelligentiam et scientiam doceas me,
nam mandatis Tuis credo.

7. Priusquam humiliarer, ego deliqui:
propterea eloquium tuum custodivi.
8. Bonus es tu, et in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
9. Multiplicata est super me iniquitas superborum:
ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
0. Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum.
1. Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas.
2. Bonum mihi lex oris tui super millia auri et argenti.

Jod.

3. Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me:
da mihi intellectum, et discam mandata tua.
4. Qui timent te, videbunt me, et lætabuntur: quia in verba tua supersperavi.
5. Cognovi, Domine, quia æquitas iudicia tua,
et in veritate tua humiliasti me.
6. Fiat misericordia tua, ut consoletur me, secundum eloquium tuum servo tuo.
7. Veniant mihi miserationes tuæ, et vivam: quia lex tua meditatio mea est.
8. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

67. Antequam humiliatus essem, deliqui;
nunc autem observo præceptum Tuum.
68. Benignus es Tu et benefaciens;
doce me statuta Tua!

69. Mendacium concinnarunt adversus me insolentes,
ego autem toto ex corde servo præcepta Tua.
70. Stupidum ut pinguedo est cor eorum;
ego lege Tua me oblecto.
71. Bene mihi, quod humiliatus fui, ut discerem statuta Tua.

72. Maius bonum est mihi lex oris Tui, quam millia auri et argenti.

73. Manus Tuæ fecerunt me et formaverunt me,
doceas me, ut discam mandata Tua!
74. Cultores Tui vident me et lætantur, quod promissum Tuum exspecto.

75. Novi, Domine, iusta esse iudicia Tua,
et quod ob fidelitatem Tuam humiliasti me.
76. Sit, quæso, gratia Tua solatio meo, secundum promissum Tuum servo Tuo factum!
77. Contingat mihi misericordia Tua, ut vivam,
nam lex tua deliciæ sunt meæ!
78. Confundantur insolentes, quia falso perverterunt causam meam,
ego meditor de præceptis Tuis!

79. Convertantur mihi timentes te, et qui noverunt testimonia tua.
80. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, ut non confundar.

Caph.

81. Defecit in salutare tuum anima mea, et in verbum tuum supersperavi.
82. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: Quando consolaberis me?
83. Quia factus sum sicut uter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.
84. Quot sunt dies servi tui? Quando facies de persequentibus me iudicium?
85. Narraverunt mihi iniqui fabulationes: sed non ut lex tua.

86. Omnia mandata tua veritas: inique persecuti sunt me: adiuva me.
87. Paulominus consummaverunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.
88. Secundum misericordiam tuam vivifica me, et custodiam testimonia oris tui.

Lamed.

89. In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cœlo.
90. In generationem et generationem veritas tua: fundasti terram, et permanet.

79. Convertant se ad me cultores Tui, et qui norunt præcepta Tua.

80. Sit cor meum totum in statutis Tuis, ne pudore afficiar.

כ

81. **A**nima mea tabescit desiderio auxilii Tui, promissum Tuum exspecto.
82. Oculi mei tabescunt desiderio promissi Tui, dum dico: „Quando consolaberis me?“
83. Quamquam factus sum sicut uter in fumo; statutorum Tuorum non obliviscor.
84. Quot sunt dies vitæ servi Tui? quando facies de persecutoribus meis iudicium?
85. Insolentes foderunt mihi foveas, quod non est secundum legem Tuam.

86. Omnia mandata Tua sunt firma; sine causa persequuntur me, adiuva me!
87. Prope fuit, ut perderent me in terra hac, ego vero non dereliqui præcepta Tua.
88. Secundum gratiam Tuam vitæ me restitue; et observabo præceptum oris Tui.

ל

89. **I**n perpetuum, o Domine, verbum Tuum firmiter stat in cœlis!
90. Per omnes ætates manet fides Tua. fundasti terram, eaque stat.

Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia serviunt tibi.

Nisi, quod lex tua, meditatio mea est: tunc forte periissem in humilitate mea.

In æternum non obliviscar iustificationes tuas: quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisivi.

Me exspectaverunt peccatores, ut perderent me: testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Mem.

Quomodo dilexi legem tuam, Domine? tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi, quia mandata tua quæsivi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua.

A iudiciis tuis non declinavi, quia tu legem posuisti mihi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo!

91. Ad ordinationes Tuas persistunt (omnia) hodie, quia universa sunt servi Tui.

92. Nisi fuisset lex Tua delectatio mea, diu iam periissem in miseria mea!

93. In æternum non obliviscar præceptorum Tuorum; nam iis restituisti me vitæ!

94. Tuus sum ego, adiuva me! nam edicta Tua curo.

95. Impii mihi insidiantur, ut perdant me; ego præcepta Tua attendo.

96. Omnis rei perfectæ vidi finem, mandatum Tuum est nimis late patens.

מ

97. Quantum diligo legem Tuam! tota die illa est meditatio mea.

98. Inimicis meis sapientiorem reddunt me mandata Tua, quoniam semper ea coram me habeo.

99. Prudentior factus sum omnibus magistris meis, quoniam præcepta Tua sunt meditatio mea.

100. Senioribus intelligentior evasi, quoniam præcepta Tua servo.

101. Ab omni tramite malo cohibeo pedes meos, ut observem verbum Tuum.

102. A statutis Tuis non recedo, quia Tu instituis me.

103. Quam dulcia sunt palato meo eloquia Tua, magis quam mel ori meo!

104. A mandatis tuis intellexi:
propterea odivi omnem viam iniquitatis.

Nun.

105. Lucerna pedibus meis verbum tuum,
et lumen semitis meis.
106. Juravi, et statui
custodire iudicia iustitiæ tuæ.
107. Humiliatus sum usquequaque.
Domine: vivifica me secundum verbum tuum.
108. Voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine:
et iudicia tua doce me.
109. Anima mea in manibus meis semper, et legem tuam non sum oblitus.
110. Posuerunt peccatores laqueum mihi, et de mandatis tuis non erravi.
111. Heriditate acquisivi testimonia tua in æternum:
quia exultatio oris mei sunt.
112. Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas
in æternum propter retributionem.

Samech.

113. Iniquos odio habui,
et legem tuam dilexi.
114. Adiutor, et susceptor meus es tu, et in verbum tuum supersperavi.
115. Declinate a me, maligni, et scrutabor mandata Dei mei.
116. Suscipe me secundum eloquium tuum, et vivam:
et non confundas me ab exspectatione mea.

104. Ex præceptis Tuis sapere disc
quapropter odio habeo omne
viam mendacem.

ן

105. Lucerna pedibus meis est verbu
Tuum;
et lux semitæ meæ.
106. Quod iuravi, præsto —
custodiens iusta mandata Tua.
107. Afflictus sum valde nimis,
Domine, vivifica me secundu
promissum Tuum!
108. Spontanea sacrificia oris mei b
nevole excipias, Domine,
et statuta Tua doceas me!
109. Vita mea est continuo in ma
mea,
verum legem Tuam non oblivisc
110. Ponunt improbi laqueum mihi,
ego autem a præceptis Tuis n
aberro.
111. Peculii instar teneo præcepta T
in perpetuum,
nam gaudium cordis mei illa su
112. Flexi cor meum ad faciendum st
stuta Tua —
in perpetuum usque ad finem.

ס

113. Dubitatores odio habeo,
et legem tuam amo.
114. Tutela mea et clipeus meus es T
in promissum Tuum spero.

115. Recedite a me malefici,
observabo enim mandata Dei me
116. Sustenta me secundum promissu
Tuum, ut vivam,
neque pudore me afficias propt
spem meam!

. Adiuva me, et salvus ero:
et meditabor in iustificationibus tuis semper.
. Sprevisti omnes discedentes a iudiciis tuis,
quia iniusta cogitatio eorum.
. Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ:
ideo dilexi testimonia tua.
. Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui.

Ain.

. Feci iudicium et iustitiam:
non tradas me calumniantibus me.
. Suscipe servum tuum in bonum:
non calumnientur me superbi.
. Oculi mei defecerunt in salutare tuum:
et in eloquium iustitiæ tuæ.
Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam, et iustificationes tuas doce me.
Servus tuus sum ego: da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.
Tempus faciendi, Domine:
dissipaverunt legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua
super aurum et topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui.

Phe.

Mirabilia testimonia tua:
ideo scrutata est ea anima mea.

117. Fulci me, ut server,
et continuo respiciam statuta Tua!

118. Contemnis omnes, qui aberrant
a statutis Tuis,
nam mendax est astutia eorum!
119. Tamquam scorias aufers omnes
impios terræ;
ideo diligo præcepta Tua.
120. Præ terrore Tui horret caro mea,
nam iudicia Tua timeo.

ע

121. Feci quod iustum et rectum est,
ne relinquas me oppressoribus meis!

122. Sponde pro servo Tuo in bonum,
ne opprimant me insolentes!

123. Oculi mei tabescunt desiderio auxilii Tui —
et iustæ promissionis Tuæ!
124. Fac cum servo Tuo secundum gratiam Tuam,
et statuta Tua doce me!
125. Servus Tuus sum ego; instrue me,
ut cognoscam præcepta Tua!

126. Tempus est, ut agat Dominus;
violarunt legem Tuam!
127. Ideo diligo mandata Tua —
magis quam aurum, quam aurum purgatum.
128. Ideo omnia omnino præcepta (Tua) probo,
omnem viam mendacem odio habeo.

פ

129. Mirabilia sunt præcepta Tua;
ideo servat ea anima mea.

130. Declaratio sermonum tuorum illuminat,
et intellectum dat parvulis.
131. Os meum aperui, et attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam.
132. Aspice in me, et miserere mei,
secundum iudicium diligentium nomen tuum.
133. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum,
et non dominetur mei omnis iniustitia.
134. Redime me a calumniis hominum, ut custodiam mandata tua.
135. Faciem tuam illumina super servum tuum, et doce me iustificationes tuas.
136. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei:
quia non custodierunt legem tuam.

Sade.

137. Justus es, Domine,
et rectum iudicium tuum.
138. Mandasti iustitiam testimonia tua et veritatem tuam nimis.
139. Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei.
140. Ignitum eloquium tuum vehementer, et servus tuus dilexit illud.
141. Adolescentulus sum ego, et contemtus: iustificationes tuas non sum oblitus.
142. Iustitia tua, iustitia in æternum
et lex tua veritas.

130. Interpretatio verborum Tuorum illuminat,
intellectum dat imperitis.
131. Os meum distendo et inhio;
desidero enim mandata Tua.
132. Convertas Te ad me et miserere mei —
secundum ius eorum, qui diligunt nomen Tuum!
133. Confirma gressus meos in verbo Tuo;
neque sinas dominari in me ullam nequitiam!
134. Libera me ab oppressione hominum, ut custodiam præcepta Tua!
135. Faciem Tuam illustra in servum Tuum,
et doce me statuta Tua!
136. Rivos lacrimarum demittunt oculi mei —
propter eos, qui non observant legem Tuam.

Ϗ

137. Iustus es Tu, Domine,
et recta sunt iudicia Tua.
138. Præstituisti præcepta Tua iusta, et fidelia nimis.
139. Consumit me indignatio mea,
quod obliviscuntur verborum Tuorum adversarii mei.
140. Valde probatum est verbum Tuum, et servus Tuus amat illud.
141. Iuvenis sum ego et contemptus; attamen præceptorum Tuorum non obliviscor.
142. Tua iuris norma est iusta in perpetuum,
et lex Tua est integra.

Tribulatio et angustia invenerunt me: mandata tua meditatio mea est.
Aequitas testimonia tua in æternum:
intellectum da mihi, et vivam.

Coph.

Clamavi in toto corde meo: exaudi me, Domine; iustificationes tuas requiram.
Clamavi ad te? salvum me fac, ut custodiam mandata tua.
Præveni in maturitate et clamavi, quia in verba tua supersperavi.
Prævenerunt oculi mei ad te diluculo,
ut meditarer eloquia tua.
Vocem meam audi secundum misericordiam tuam, Domine: et secundum iudicium tuum vivifica me.
Appropinquaverunt persequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt.
Prope es tu, Domine:
et omnes viæ tuæ veritas.
Initio cognovi de testimoniis tuis,
quia in æternum fundasti ea.

Res.

Vide humilitatem meam, et eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.
Iudica iudicium meum, et redime me: propter eloquium tuum vivifica me.
Longe a peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.

143. Quamquam tribulatio et angustiæ incidunt mihi,
sunt mandata Tua deliciæ meæ.
144. Iusta sunt præcepta Tua in æternum;
intelligentem me redde, ut vivam!

ף

145. Toto corde voco, exaudi me!
Domine, statuta Tua servabo!

146. Voco Te; salva me,
et observabo præcepta Tua!

147. Anteverto crepusculum matutinum et vociferor,
promissa Tua exspecto.
148. Antevertunt oculi mei vigilias nocturnas —
ad meditandum de verbo Tuo.
149. Vocem meam audi secundum gratiam Tuam —
Domine, secundum statuta Tua vivifica me!
150. Appropinquant, qui sectantur iniquitatem,
qui procul absunt a lege Tua.
151. Propinquus es Tu, Domine,
et omnia mandata Tua sunt fidelia!
152. Iam dudum didici ex præceptis Tuis,
Te constituisse illa in æternum.

ר

153. Respice afflictionem meam et eripe me,
quia legis Tuæ non obliviscor!
154. Age causam meam et redime me,
secundum promissum Tuum vivifica me!
155. Procul abest ab improbis salus,
nam statuta Tua non curant.

156. Misericordiæ tuæ multæ. Domine: secundum iudicium tuum vivifica me.
157. Multi, qui persequuntur me, et tribulant me: a testimoniis tuis non declinavi.
158. Vidi prævaricantes, et tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.
159. Vide, quoniam mandata tua dilexi, Domine: in misericordia tua vivifica me.
160. Principium verborum tuorum veritas:
in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Sin.

161. Principes persecuti sunt me gratis:
et a verbis tuis formidavit cor meum.
162. Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa.
163. Iniquitatem odio habui, et abominatus sum:
legem autem tuam dilexi.
164. Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ.
165. Pax multa diligentibus legem tuam,
et non est illis scandalum.
166. Exspectabam salutare tuum, Domine, et mandata tua dilexi.
167. Custodivit anima mea testimonia tua,
et dilexit ea vehementer.
168. Servavi mandata tua et testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

156. Misericordia Tua magna est, Do
mine.
secundum statuta Tua vivifica me
157. Multi sunt persecutores mei e
adversarii,
a præceptis Tuis non deflecto.
158. Quando video perfidos, fastidio
eo quod verbum Tuum non obser
vant.
159. Vide, præcepta Tua me amare,
Domine, secundum gratiam Tua
vivifica me!
160. Summa verborum Tuorum est fid
litas,
atque in æternum stat omnis sen
tentia Tua iusta.

ש

161. Principes persequuntur me sin
causa;
sed a verbis Tuis tantum timet c
meum.
162. De verbo Tuo lætor —
tamquam is, qui invenit præda
magnam.
163. Mendacium odio habeo et abo
minor,
legem Tuam amo.
164. Septies per diem laudo Te —
propter iudicia Tua iusta.

165. Pax magna est iis, qui amar
legem Tuam,
neque offendit eos quidquam.
166. Exspecto auxilium Tuum, Domine
et mandata Tua exsequor.

167. Observat anima mea præcep
Tua;
nam amo ea valde.
168. Observo præcepta et edicta Tu
nam omnes viæ meæ coram T
patent.

Tau.	ת
169. Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.	169. **A**ppropinquet clamor meus in conspectum Tuum Domine. secundum promissum Tuum instruas me!
170. Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.	170. Veniat supplicatio mea ad Te. secundum verbum Tuum libera me!
171. Eructabunt labia mea hymnum. cum docueris me iustificationes tuas.	171. Labia mea ebullient laudem. eo quod doces me statuta Tua.
172. Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mandata tua æquitas.	172. Lingua mea celebrabit eloquium Tuum. quia omnia mandata Tua sunt iusta.
173. Fiat manus tua, ut salvet me: quoniam mandata tua elegi.	173. Sit manus Tua ad iuvandum me. nam præcepta Tua elegi!
174. Concupivi salutare tuum. Domine: et lex tua meditatio mea est.	174. Desiderio auxilii Tui teneor, Domine. et lex Tua delectatio mea est.
175. Vivet anima mea. et laudabit te, et iudicia tua adiuvabunt me.	175. Vivat anima mea, ut laudet Te. et iudicia Tua iuvent me!
176. Erravi, sicut ovis, quæ periit; quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.	176. Quando oberro sicut ovis perdita, require servum Tuum! nam non obliviscor mandatorum Tuorum.

Alleluia; addit Vulgata iuxta LXX. — **immaculati in via**: i. e. add. *uoad* viam. seu *quoad* vivendi rationem = beati. *quorum* vita est immaculata.

Regula 59. *Quando adiectivum* (hic loci immaculati) *determinatur attri-* Rgl. 59. *uto subordinato* (hic loci *via*): *hoc in latino exprimitur plerumque per „quoad“, el „sententiā relativā“*; confer psl. 31. 1. ubi Vulgata ipsa vertit: Beati. *uorum* remissæ sunt iniquitates. *quorum* tecta sunt peccata.

v. 2. **scrutor**; scilicet in finem observationis = observo. custodio; *idem* v. 34. 69. 115. 129. — **testimonia** = præcepta, statuta, mandata: idem cies et semel adhuc: vv. 14. 22. 24. 31. 36. 46. 59. 79. 88. 95. 99. 111. 19. 125. 129. 138. 144. 152. 157. 167. 168.: vide psl. 24. 10. — **exquiro** = quæro; vide Rgl. 3. pag. 16. — **in toto corde** = toto corde: vide sl. 2, 9. Rgl. 7.: *idem* v. 10. 34. 58. 69. 145.

v. 3. **non enim**; pro: *„etiam non“*: hebr. כִּי אַף (af) *accessionem* signi- :at: *„etiam“*. — Ad iustitiam enim non tantum requiritur *„facere bonum“*, ed etiam *„vitare malum“*.

v. 4. **mandasti** = proposuisti. — **nimis** = accurate.

v. 5. **utinam dirigantur viae meae ad . . .** = utinam dirigant se viæ meæ ad . . .; möchten meine Wege beſtändig dahin zielen, daß . . .; kéž by cesty moje stále směřovaly k . . . —

iustificationes = statuta, præcepta; *idem* adhuc 27^{ties}: vv. 8. 12. 16. 20. 23. 24. 26. 27. 33. 48. 54. 56. 64. 68. 71. 80. 83. 93. 94. 112. 117. 124. 135. 141. 145. 155. 171.; vide psl. 104, 45.

v. 6. **confundor** = pudore afficior; *idem* v. 46. 80. 116.; vide 24, 2. — **perspicio in mandatis** = attendo ad [אֶל (el)] mandata = curo mandata.

v. 7. **confitebor tibi** = celebro te; vide psl. 6, 6.; *idem* v. 62. — **in directione cordis** = recto corde = sincero corde; vide psl. 4, 2. Rgl. 11. et psl. 2, 9. Rgl. 7. — **directio** = rectitudo, rectum; vide 44, 7. — **iudicia iustitiae tuae** = iusta iudicia tua; vide psl 4, 2. Rgl. 11.

v. 8. **usquequaque**; LXX. ἕως σφόδρα = „*nimis*“, „supra vires“, „prorsus“, „valde nimis“, ut Vulgata sæpe vertit; idem v. 43. 51. 107.

v. 9. **in quo** = quo = qua ratione; „*in*“ instrumentale; vide psl. 2, 9. Rgl. 7. — **corrigo** = rectum, purum servo; vide psl. 7, 10. — **adolescentior** = adolescens, iuvenis; vide psl. 36, 25. — **in custodi-**
var. **endo** = custodiendo; „*in*“ instrumentale. — **sermones tuos**; pro: „*eam*“ (scilicet *vitam*; vide psl. 20, 5. Rgl. 41.) *secundum sermonem tuum*“.

Græcus LXX. particulam בְּ (k') = „secundum“ *non* expressit, et pro singulari posuit pluralem. — Ceterum sensus manet idem.

v. 10. **exquiro te** = quæro te = colo te; vide psl. 9, 11. — **ne repellas me**; i. e. ne permittas, ut aberrem; hebr. שָׁגָה (šagâ) = „erravit“; forma hiktil sequente מִן (min) = „*errare fecit*“ vel „permisit, ut quis aberret“.

v. 11. **abscondo** = recondo. — **eloquia** = sermo (collectivum). — **ut non** = ne. — **pecco tibi** = pecco in te,

v. 12. **benedico** = celebro, laudo; vide psl. 102, 1.

v. 13. **in labiis** = labiis; „*in*“ instrumentale. — **pronuntio** = enarro.

v. 14. **in via** — **in omnibus** = *de* via — *de* quibuscunque. — „**in**“ = „*de*“ post verba gaudendi vide psl. 9, 16. Ill.: „an allerlei Schätzen“.

v. 15. **exerceor** = exerceo me = meditor; idem v. 23. 27. 48. 78. vide „exercitor“ psl. 76, 4. — **in** = de. — **considero** = respicio.

v. 16. **meditor**; pro: „oblecto“ me; causa et effectus; *idem* v. 47. et 70. — **sermones** = sermo, verbum (collectivum); vide v. 17.

v. 17. **retribue**, pro simplici „tribue“ vel „propitius esto“; hebraicum גָּמַל (gamal) sequente עַל ('al) significat: „*benefecit alicui*“; Vulgata ipsa vertit „*bona tribuit*“; in psl. 12, 6.; „*benefecit tibi*“ in psl. 114, 7.; sequente autem *Accusativo* denotat: „*retribuit*“, „*rependit*“ alicui bonum vel malum. — **vivifica me** = ut vivam; (b. Hieron.: „vivam“).

v. 18. **revelo**; i. e. velamento ablato detego = aperio.

et considerabo = ut adspiciam; vide Rgl. 3. pag. 16.

v. 19. **incola** = peregrinus; vide psl. 104, 12.

v. 20. **concupivit desiderare** = comminuta est desiderio; hebr. גָּרַס (garas) denotat: „studuit alicui rei *toto corde*“.

in omni tempore = omni tempore.

v. 21. **increpasti superbos: maledicti qui . . .**: pro: increpas superbos maledictos, qui . . .; vide Rgl. 6. pag. 16.

v. 22. **exquiro**: i. e. quæro in finem observationis = observo, curo: *idem* v. 33. 45. 56. 94. 155. — vide psl. 77. 7.: in v. 100. vertit Vulgata: „quæro"; in v. 145. „requiro".

v. 23. **etenim**: pro: licet; hebraicum גַּם (gam).

sedeo: pro: *con*sideo. — **loquor**: pro: *col*loquor.

v. 24. **meditatio** = deliciæ, delectatio: effectus et causa: *idem* 77. 92. 143. 174.: confer v. 16. „*meditor*". — **consilium meum**: pro: consiliarii mei: abstractum pro concreto: vide psl. 10. 8. Rgl. 30.

„et iustificationes tuae": addit Vulgata iuxta LXX. add.

v. 25. **pavimentum** = pulvis: continens pro contento.

v. 28. **dormitavit**: pro: lacrimat: (b. Hieron.: „destillavit").

Hebraicum דָּלְפָה denotat: 1. *stillavit* (pluvia): 2. *lacrimat* oculus, anima (utpote sedes sensuum, affectuum et commotionum). — Vulgata ipsa vertit *Job* 16. 21.: ad Deum „*stillat*" oculus meus: Alll.: „es thränet". — **taedium**; pro: mœror; effectus pro causa: Vulgata ipsa hebr. תוּגָה (tugâ) „ægritudo", „mœror", vertit: „*luctus*". Alll.: „Traurigkeit" in *Prov.* 14. 3. — **confirma me** = firmum me redde, erige me. Alll.: „stärke mich". — **in verbis tuis** = secundum promissum tuum: vide v. 49. et psl. 3. 3. Rgl. 10.

verbum = promissum; vide psl. 40, 9.

v. 29. **via iniquitatis** = via iniqua, i. e. falsa: vide 4. 2. Rgl. 11. — **miserere mei de lege tua** = gratiose concede mihi legem tuam. Hebraicum חָנַן (chanan) denotat: 1. *favit, misertus est*: 2. sequente *Dativo*, scilicet personæ et rei, ut hic loci = „*gratificatus est alicui aliquid*", ut Vulg. ipsa vertit Gen. 33. 5.: „*quod donavit mihi Deus*".

v. 30. **via veritatis** = via vera: vide psl. 4. 2. Rgl. 11. — **iudicia** = mandata, sententiæ; vide psl. 17. 23.: *idem* v. 43. 102. 108. 118. 160. — **non obliviscor** = facio; effectus et causa.

v. 31. **confundo** aliquem = facio, permitto, ut confundatur: vide v. 6.

v. 32. **viam curro** = viam studiose incedo. — **dilatare cor** = illustrare animum. — *cor* — animus: vide psl. 56. 8. — *dilatare*: scilicet constitutione = illustrare: confer „latitudo cordis": III. Reg. 4. 29.. Alll.: „ausgebreitete Erkenntnis"; (hebr. „rocheb leb" = ingenium capax).

v. 33. **legem pono alicui** = doceo eum: vide 26. 11. — **et** = ut.

v. 34. **da mihi intellectum et scrutabor** = doce me custodire — **do intellectum** alicui = facio: ut intelligat, i. e. doceo, instituo eum: *idem* vv. 73. 102. 125. 144. 169. — **scrutor** = custodio: vide v. 2.

v. 35. **deduco** = duco. — **volo eam** = delector ea; vide psl. 1. 2.

v. 36. **in avaritiam**: pro: ad lucrum iniquum: causa pro effectu.

v. 37. **video** = intueor cum delectatione = delector; vide 10. 8.

v. 38. **statue**: i. e. præsta, exsequere: idem v. 106.: idem verbum vertit ipsa Vulgata: „*impleo*"; in Sam. 1. 23. „ut *impleat* Dominus verbum suum". — **eloquium** = verbum, promissum: *idem* vv. 41. 58. 76. 82. 116. 154. 169. — **in timore tuo** = quod refertur ad timorem tui: vide psl. 5. 8. Rgl. 17. — **in** = ad; vide psl. 3. 3. Rgl. 9.

v. 39. **amputa** = averte. — **suspicor** = timeo: (= b. Hieron.) — **iucundus** = bonus; ut ipsa Vulgata hebr. טוֹב (tob) multoties vertit.

v. 40. **in aequitate** = iustitiā; „*in*“ instrumentale; vide 2, 9. Rgl. 7.

v. 41. **misericordia**; i. e. beneficia; in hebr. est *pluralis;* vide psl. 16, 7. Rgl. 35. — **salutare** = auxilium; *idem* v. 81. 166. 174; vide 9, 16.

v. 42. **exprobrans mihi verbum** (= aliquid) = conviciator meus; hebr. „*dabar*“ hic loci significat „*aliquid*“; vide psl. 40, 9. — **spero** = fiduciam colloco; vide 111, 7. — **sermones** = promissum; vide „*dabar*“.

v. 43. **aufero de ore** = subtraho ori. — **usquequaque** = prorsus; vide v. 8. — **in iudiciis tuis supersperavi** = spero seu exspecto mandata tua seu sententias tuas; *idem* vv. 74. 81. 147.; ubi construitur „*in*“ cum Accusativo. — **in iudiciis**; vide v. 30. de „*in*“ vide 3, 3. Rgl. 9.

v. 44. **in saeculum et in saeculum saeculi** = in perpetuum atque in sempiternum; vide psl. 74, 10. et psl. 82, 18.

v. 45. **latitudo** = spatium amplum; abstractum pro concreto; vide psl. 17, 20. — **exquiro** = quæro, curo, observo; vide v. 22.

v. 46. **in conspectu** = coram; vide Rgl. 4. pag. 16.

v. 47. **meditabar in mandatis** = oblectabo me mandatis; vide v. 16.

v. 48. **exercebar in . . .** = meditabor *de . . .*; vide v. 15.

v. 49. **memor esto verbi tui servo tuo**; i. e. memor sis promissi tui ad servum tuum = servo tuo *facti: idem* v. 76.; „*verba*“ v. 28. 74. 147.; vide „*dabar*“ psl. 40, 9. — **in quo** (= *respectu cuius*) **mihi spem dedisti** = quod me sperare fecisti (= b. Hieronymus).

v. 50. **haec** = hoc; vide 26, 4. Rgl. 45.; *idem* v. 56. — **humilitas** = miseria; *idem* v. 92.; vide psl. 30, 8. — **quia**; pro: „quod,“; daß, że.

v. 51. **inique ago**; i. e. illudo; genus pro specie.

usquequaque = valde, valde nimis; vide v. 8.; Alt.: „ſehr“.

v. 52. **a saeculo** = a temporibus inde antiquis; de „*olam*“ vide psl. 23, 7. — **consolatus sum** *(medium)* = consolabar me.

v. 53. **defectio**; i. e. æstus vehemens, fervor, fervor iræ (b. Hieron.: „horror“). — **teneo**; pro: prehendo; antecedens et subsequens; vide 72, 23. Alt.: „ergreifen“. — **pro**; i. e. præ; Alt.: „um — willen“; Schegg: „über.“

v. 54. **cantabiles erant**; i. e. obiecta laudis sunt; voce זְמִרָה (zimrâ) significatur: 1. *cantus;* 2. per metonymiam — *obiectum cantici, laudis.*

v. 56. **haec facta est mihi** = *hoc* meum est; Das iſt mir eigen; vide 26, 4. Rgl. 45. — **fio** = sum; *idem* v. 76. 80. 173.; vide 79, 18.

v. 57. *Ordo vocum Vulgatæ sit:* **dixi** (= soleo dicere): **Domine portio** (= pars) **mea** (scilicet est) **custodire legem tuam.**

v. 58. **deprecatus sum faciem tuam**; i. e. ambio gratiam et favorem tuum; confer psl. 44, 13.; versio textus hebr. sonat ad verbum = *permulceo faciem tuam*, i. e. quæro gratiam tuam; vide psl. 44, 13.

v. 59. **cogito**; i. e. reputo; Alt.: „bedenken“; vide psl. 76, 6. — **convertо pedes** = reduco pedes; vide psl. 67, 23.; *in* = *ad;* hebr. אֶל (el).

v. 60. **„paratus sum“, „non sum turbatus“**, sunt verba auxiliaria, quibus qualitas sequentis verbi „*custodire*“ exprimitur; vide psl, 30, 3. Rgl. 46. — **paratus sum ut custodiam** = parate, celeriter custodio. — Hebr. חוּשׁ (chuš) sequente Infinitivo denotat „*festinare ad aliquid faciendum*“. **non sum turbatus, ut custodiam** = absque mora custodio. — **turbor** = turbo me et tali modo reddo me minus expeditum — ad agendum; inde „*cunctor, tergiversor*“, quod hebraicum מַהְמָה (mahmah) in forma

ktil significat; „non cunctor“ *adverbio* expressum — est: „*absque mora*“;
Hieron. vertit: „festinavi, et non neglexi custodire mandata tua“.

v. 61. **funes** = laquei. — „*et*“ addit Vulgata iuxta LXX. add.

v. 62. **iudicia iustificationis tuae** = iusta iudicia tua; vide psl. 2. Rgl. 11. — **iustificatio**, i. e. iustitia; ut Vulgata ipsa hebr. צֶדֶק (ṣêdek), vertit in v. 106.; — de hebr. „mišfat“ vide psl. 7, 7.

v. 63. **et** = nempe; vide Rgl. 3. pag. 16. et psl. 105, 11.
particeps sum = sum sodalis, amicus.

v. 64. **misericordia** = gratia, clementia; *idem* vv. 76. 88. 124. 149. 59.; de hebr. „chêsed“ vide psl. 5, 8.

v. 65. **bonitatem fecisti cum servo** = benefacis servo; vide v. 49.

v. 66. **bonitatem et disciplinam**; addito „*et*“ Vulgata iuxta LXX. add. *ndyadi* exprimit „rectam intelligentiam“. — **disciplina** = scientia, in-lligentia; hebr. טַעַם (t'am) = 1. *gustus*, sapor cibi; 2. metaforice: *iudi-um*, *ratio*. — **bonitas disciplinae** = recta intelligentia; vide 4, 2. Rgl. 11.

v. 67. **eloquium** = præceptum. — **propterea** = nunc autem; hebr. וְעַתָּה (v'attâ); vide Rgl. 3. pag. 16.

v. 68. **bonus** = benignus; genus et species; vide psl. 53, 8. — **in** var. **nitate** = benefaciens; in hebr. est Participium מֵטִיב (metib).
Græcus LXX. legit pro participio — בְּטוּב (b'tub) = „in bonitate“; mmutatum est מ cum ב et י cum ו.

v. 69. **multiplicata est super me iniquitas**; pro: „*mendacium* var. *ncinnaverunt adversus me*“; b. Hieron.: „applicabant mihi mendacium“. ensus est idem. Discrimen est tantum in forma activa et passiva. Hebr. תָּפְלוּ (tafal) denotat: „sarsit,“ „assuit;“ tropice: „concinnavit“ (mendacia). **iquitas**; pro: mendacium; genus pro specie; vide psl. 7, 15.; *idem* v. 163.

v. 70. **coagulatum**; i. e. obesum, stupidum = sensu carens.
Hebraicum טָפַשׁ (tafaš) = „*pinguis*“, „*obesus fuit*“, metaforice „*hebes it*“; cor obesum, pingue = cor sensu carens, (gefühllos, bezcitné) — stu-dum. — **lac** = pinguedo seu „adeps“, ut Vulgata ipsa in *ceteris* psalterii cis 16, 10.; 72, 7.; 80, 17. 147, 14. et in permultis locis aliorum librorum rtit. — **vero**; addit Vulgata iuxta LXX. add.

v. 71. **humiliasti me** = *(passive)* „humiliatus sum“; scilicet a te. var.

v. 72. **bonum** — **super** = melius — quam; vide psl. 4, 7. Rgl. 13.

v. 73. **da mihi intellectum** = fac me intelligere = doceas me; de v. 34. — **et discam** = *ut* discam.

v. 74. **timeo Deum** = colo Deum. — **timens** = cultor; *idem* v. 79.; de psl. 14, 4. — **verba tua** = promissum tuum; vide v. 49.

v. 75. **cognovi** = novi; vide 17, 45. — **aequitas** = iusta; vide 10. Rgl. 18. — **in veritate**; i. e. ob fidelitatem; vide 3, 3. Rgl. 10. psl. 24, 10.

v. 76. vide v. 38., v. 49. et v. 56.

v. 77. **veniant mihi miserationes** = contingat mihi misericordia; de psl. 68, 17. — **et vivam** = *ut* vivam; *idem* v. 144., 175.; vide 49, 7.

v. 78. **iniuste iniquitatem fecerunt in me** = falso perverterunt usam meam; sensus est idem. — **autem**; addit Vulgata iuxta LXX. add.

v. 79. **convertantur mihi**; i. e. convertant se ad me (medium); de psl. 21, 28. — **timentes te** = cultores tui; vide v. 74.

v. 80. **immaculatum** = integrum, totum.

v. 81. **deficio in aliquid** = tabesco; desiderio alicuius = desidero; *idem* v. 82., 123.; vide psl. 83, 3.

in salutare; i. e. respectu auxilii; vide 9, 16. et 3, 3. Rgl. 9. —

add. **superspero** = spero, exspecto; vide v. 43.; „**et**" addit Vulg. (non LXX.).

v. 82. **eloquium** = promissum; vide v. 38. et 81. — **dicentes**; pro: „dum dico"; Infinitivum cum לְ (l') resolvit LXX. per Participium plurale.

v. 83. **quia**; pro: quamquam; (hebr. כִּי (ki). — **pruina**; pro: „*fumus*". Sensus est: factus sum tam aridus et torpescens rugis, sicut uter in fumo; hebr. קִיטוֹר (kitor) = fumus, vapor. nebula. — Vulgata cogitavit de vapore, frigore in pruinam verso; confer psl. 147. 16., ubi vertit: „*nebula*"; tam textu hebr. quam Vulgatā significatur — *deterioratio.*

v. 84. **dies**; scilicet vitæ; vide psl. 20, 4.

v. 85. **iniqui**; i. e. insolentes; genus et species; vide psl. 74, 5. —

var. **narraverunt**; pro: „*foderunt*"; Græcus LXX. legit סִפְּרוּ (kar'u) = „narrarunt" pro כָּרוּ (karu) = „foderunt". — **fabulationes**; pro: „*foveas*". — Græcus LXX. legit impunctatum שיחות = „*sichot*" i. e. „fabulationes", loco „*šichot*" = „foveæ"; permutatum est שׁ (š) et שׂ (s).

Sensus Vulgatæ est: „Iniqui verbis suis, quæ non concordant cum lege tua, me seducere conantur". Textus masoreticus exprimit illam seductionem verbis: „foveas mihi fodiunt", i. e. perdere me volunt, quod legi tuæ adversatur.

non ut lex tua = non secundum legem tuam, scilicet est.

v. 86. **veritas** = firma, fidelia; vide 24, 10. et psl. 5, 10. Rgl. 18.

inique = sine causa.

v. 87. **paulo minus** = pæne; hebr. כִּמְעַט (kim'at) = 1. „brevi" „cito"; 2. „pæne", „non multum abfuit, quin"; vide psl. 93, 17.

consumo aliquem = perdo eum.

v. 88. **vivifico aliquem** = restituo vitæ aliquem.

v. 89. **generatio et generatio** = omnes ætates; vide psl. 32. 11.

veritas = fides, fidelitas; *idem* v. 160.; vide psl. 24, 10.

v. 91. et 92. **dies** = hodie. — **nisi quod . . . est** = nisi esset.

v. 93. **in ipsis** = ipsis; vide psl. 2, 9. Rgl. 7.

v. 94. **salvum facio aliquem** = adiuvo eum; vide psl. 11, 2.

v. 95. **exspecto** (sensu malo) = insidior. — **intelligo** = attendo; vide psl. 5, 2.

v. 96. **consummatio**; abstractum pro concreto: „res consummata" = „res perfecta". — **latum** = late patens; i. e. infinitum et immutabile.

add. v. 97. **quomodo**; i. e. quantum. — „**Domine**" addit Vulg. iuxta LXX.

v. 98. **prudens super inimicos** = sapientior inimicis; vide psl. 4. 7. 8. Rgl. 13. — **in aeternum mihi est** = semper *coram me* est.

v. 99. **docentes me** = magistri mei. — **intelligo** = prudens fio, intelligens evado; *idem* v. 100.; vide psl. 2, 10.

v. 100. **quaero** = servo; hebr. נָצַר (nacar); confer v. 22.

v. 101. **prohibeo**; i. e. cohibeo; vide psl. 39, 10.

v. 103. **fauces**; i. e. palatum; der Gaumen; podlebí. — **super mel** = magis quam mel; vide psl. 4, 7. 8. Rgl. 13.; idem v. 127.

v. 104. **intelligo** = sapere disco. — **a mandatis** = ex mandatis. **via iniquitatis** = via mendax; vide psl. 4, 2. Rgl. 11. et psl. 51, 5.

v. 106. **statuo** = præsto, impleo. — **iuravi et statui custodire** quod iuravi, præsto custodiens; vide v. 38.

iudicia iustitiae tuae = iusta mandata tua; vide v. 62.

v. 107. **humilior usquequaque** = affligor nimis; vide v. 8. et 34. 13.

v. 108. **voluntaria** = spontanea sacrificia; All.: „die freiwilligen ›fer". — **fac** (scilicet ut sint) **beneplacita** = benevole excipias.

v. 109. **anima** = vita; vide psl. 34. 4. — **in manu mea est**; i. e. riculo exposita est; nam quod in manu (auf der Hand, na dlani) geritur, ›ile periclitatur. Confer I. Sam. 19, 5. „posuit animam suam in manu a" = „exposuit vitam suam periculo". — **et** = verum; *idem* v. 110.

v. 110. **erro**; pro: aberro: simplex pro composito.

v. 111. **haereditate acquisivi** = peculii instar teneo: metonymia.

v. 112. **inclino cor** = flecto cor. — **propter retributionem**; pro: *'sque ad finem*" seu „*semper*", ut Vulgata ipsa *v. 33.* eandem vocem vertit.

Hebraica vox עֵקֶב (êkeb) *ceu nomen* denotat: 1. finis; 2. merces, præ-.um (quasi finis, eventus laboris); *ceu adverbium:* 1. usque ad finem; propter (in præmium), quia.

v. 113. **iniquus**; pro: „dubitator", „scepticus"; *genus pro specie*

v. 114. **adiutor**; pro: „tutela"; *concretum pro abstracto.* — **susceptor**; ›o: „clipeus"; vide psl. 3, 4. — „**et**" addit Vulgata (non LXX.). add.

superspero = spero; vide v. 43.

v. 115. **declino** = recedo. — **et** = enim; All.: „denn"; vide Rgl. 3.

v. 116. **suscipio** = sustento; vide psl. 3, 6. — **et** = ut. — **ab ›spectatione** = propter spem; vide psl. 51, 11. et 5, 11. Rgl. 19.

v. 117. **meditor in aliqua re** = respicio rem.

v. 118. **iniustus**; i. e. mendax; genus et species.

cogitatio (sensu malo) = astutia.

v. 119. **praevaricantes reputavi omnes peccatores terrae**; var. textu masoretico est: „*tamquam scorias aufers omnes impios terræ*".

Sensus secundum Vulgatam est: Omnes peccatores terræ reputo præ-.ricari, seu a iusto tramite discedere et inde infelices fore.

Græcus LXX. legit סוגִים (sugim), i. e. „recedentes" (scilicet a Deo) u „prævaricantes" pro סִיגִים (sigim). i. e. „*scoriæ*"; dein חָשַׁבְתִּי (cha-.bti) *(scriptio defectiva)* = „habeo aliquem pro . ." loco הִשְׁבַּתָּ (hišbatâ) = novebi', aufers. Commutatum est ergo ו cum י: in II. voce ה cum ח.

v. 120. **confige timore tuo carnes meas**; pro: „*horret præ timore* var. *i caro mea*"; „*configere*" est causa, „*horrere*" effectus.

Græcus LXX. legit impunctatum סמר — (*sammer)* = „confige" (Im-›erativum formæ *kittel*) loco „*samar*" = „horret" (Perfectum *kal*).

v. 121. **iudicium** = id, quod iustum est; vide „mišfat" psl. 7, 7. - **iustitia** = id, quod rectum est. — **trado** = relinquo; antecedens et ›bsequens. — **calumnians** = oppressor; *idem* verbum v. 122.; vide 71, 4.

v. 122. **suscipe servum tuum**; i. e. „age causam servi tui"; „tuere ›rvum tuum" = sponde pro servo tuo; vide psl. 4, 6. „suscipio".

Pro „*suscipe*" vertit Vulgata eandem hebr. vocem in Is. 38, 14. „*re-›onde*" (pro me); All.: „nimm dich (meiner) an"; confer etiam Gen. 44, 32.

v. 123. **defecerunt in salutare tuum**; vide v. 81. — **eloquium iustitiae** = iusta promissio; vide v. 38. et psl. 4, 2. Rgl. 11.

v. 125. **scio** = cognosco; **effectus et causa.**

v. 126. **tempus faciendi Domine** = tempus est, ut agat Dominus; LXX. τῷ κυρίῳ; „Domino" habent etiam antiqua psalteria.

dissipaverunt legem; i. e. violarunt legem.

v. 127. **topazion** = aurum purgatum; vide psl. 18, 11. „lapidem".

v. 128. **dirigor ad mandata tua** = dirigo me ad mandata tua; add. pro: „probo mandata"; effectus pro causa; „*tua*" addit Vulg. iuxta LXX.

v. 130. **declaratio** = interpretatio. — **parvuli** = imperiti; vide 18, 8.

v. 131. **attraho spiritum**; i. e. inhio; ſchnappe; metaforice = ich ſehne mich; dychtím; de verbo „šaa'f" vide psl. 55, 2.

v. 132. **iudicium diligentium**; i. e. ius eorum, qui diligunt; vide „mišfat" psl. 7, 7.

v. 133. **dirige**; i. e. confirma; vide 7, 10. — **secundum eloquium** = in verbo. — **non omnis** = nullus, non ullus; vide 9^2, 11. Rgl. 27.

v. 134. **calumniae** = oppressio; confer v. 121.

v. 135. **super servum** = in servum; vide psl. 2^3, 3.

v. 136. **exitus** (psl. 1, 1. „decursus") **aquarum** = rivi lacrimarum; vide 106, 33. — **deduco** = demitto. — **quia non**; i. e. propter eos, qui non.

v. 138. **mandasti** = decrevisti, præstituisti. — **iustitiam**; i. e. iusta. — **veritatem** = fidem, fidelitatem; i. e. fidelia; *idem* v. 151.; vide psl. 5, 10. Rgl. 18. et psl. 35, 6. — „*Iustitiam*" et „*veritatem*" sunt hic loci add. *prædicata* ad „testimonia tua". — **„tuam"** addit Vulg. (non Græc. LXX.).

v. 139. **tabescere me fecit** = consumit me.

zelus = indignatio; vide psl. 78, 5.

v. 140. **ignitum** i. e. igne probatum, probatum.

v. 142. **iustitia tua** = tua iuris norma. — **iustitia** = iusta est. — **veritas** i. e. integritas. = integra, perfecta; vide 5, 10. Rgl. 18.

v. 143. **invenerunt me** = incidunt mihi; antecedens et consequens.

v. 144. **aequitas** = æqua, iusta sunt; *idem* v. 172.; vide 5, 10. Rgl. 18.

add. v. 145. **in corde meo** = corde; „*meo*" addit Vulgata iuxta LXX.

requiro = servo; vide „*exquiro*" v. 21.

v. 147. **maturitas** = crepusculum matutinum. — **praevenio in maturitate** = anteverto crepusculum; mane surgo in diluculo; Ull.: „ich ſtehe vor Tag auf".

v. 148. **diluculum** = vigiliæ nocturnæ. — **praevenerunt diluculo** add. = antevertunt vigilias nocturnas. — **„ad te"** addit Vulgata, non LXX. — **iudicium** = statuta; *idem* v. 156.; vide psl. 24, 9.

v. 150. **persequor**; i. e. sequor, sector. — **persequentes iniquitati** add. = qui sectantur iniquitatem. — **„me"** addit Vulgata iuxta LXX. Alexandrinus legit impunctatum רדפי — „*rod'faj*" i. e. „persequentes me", loco masor. „*rod'fê*" = „persequentes". — **longe fio** = procul absum.

v. 151. **prope** = propinquus; vide psl. 33, 19. Rgl. 48. — **viae**; i. e. mandata; hebr. מִצְוֹת (micvot). — **veritas** = fidelia; vide v. 138.

v. 152. **initio**; i. e. iam dudum; Ull.: „längſt".

cognosco = disco. — **de** = ex. — **fundo** = constituo.

v. 153. **vide** = respice; — **humilitas** = afflictio; vide psl. 24, 18.

v. 154. **iudica iudicium meum** = age causam meam; vide 34, 1. — **propter eloquium** = secundum promissum; vide v. 38. et 3, 3. Rgl. 9.

"

v. 155. **longe**; scilicet est = procul abest.
v. 156. **misericordiae multae**; pro: misericordia magna; vide psl. 6, 10. et 5, 8.
v. 158. **praevaricans** = perfidus. — **tabesco**; pro: fastidio; effectus et causa; Schegg: „es ſchmerzt mich".
v. 160. **principium verborum** = summa verborum; die Summe; šecka slova tvá. — In psl. 138, 17. vertit Vulgata: „principatus". — **omnia iudicia iustitiae**; scilicet sunt, stant = stat omnis sententia tua iusta; vide v. 30. et psl. 5, 10. Rgl. 18.
v. 161. **gratis** = sine causa; vide 34, 7. **et** = sed; vide Rgl. 3.
v. 163. **autem**; addit Vulgata iuxta LXX. add.
v. 164. **super iudicia iustitiae tuae** = propter iudicia tua iusta; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.
v. 165. **scandalum** = offendiculum. — **non est iis scandalum** = non offendit eos quidquam.
v. 166. **dilexi**; pro: exsequor; causa pro effectu.
v. 167. **et** = nam; vide Rgl. 3. pag. 16.
v. 168. **in conspectu tuo**; scil. sunt = coram te patent; vide Rgl. 4.
v. 169. **in conspectu tuo** = in conspectum tuum = ad te; idem v. 170.; vide psl. 7, 12. Rgl. 21.
v. 171. **eructo** = ebullio; vide psl. 44, 2.
hymnus; i. e. laus; argumentum hymni.
v. 172. **pronuntio**; scilicet cum laude = celebro.
v. 174. **concupisco** = desiderio teneor.
v. 175. **et laudabit** = ut laudet; vide Rgl. 3. pag. 16.
v. 176. **erravi**; i. e. quando oberro; ſollte ich mich verirren; zbloudím-li.
ovis, quae periit = ovis perdita; ovis errans.

PSALMUS 119. (hebr. 120).

Domine libera me a vicinis rixosis!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus, — conqueritur de perfidia et hypocrisi hominum, inter quos versabatur. — De tempore exarationis nil constat.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. Canticum graduum.	1. Canticum graduum.
Ad Dominum, cum tribularer,	**A**d Dominum in angustiis meis
clamavi: et exaudivit me.	clamo et exaudit me.
2. Domine, libera animam meam	2. Domine libera animam meam a
a labiis iniquis,	labio mendace;
et a lingua dolosa.	a lingua dolosa!

3. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?
4. Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis.
5. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar:
6. multum incola fuit anima mea.
7. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

3. **Q**uid dabit tibi et quid apponet — lingua dolosa?
4. (Resp.) Sagittas herois acutas cum prunis genistæ.
5. **V**æ mihi, quod commoror in Mešek, quod habito iuxta tentoria Kedar!
6. Multum iam habitat anima mea cum iis, qui oderunt pacem.
7. Ego sum pacificus, verum cum loquor, sunt illi ad pugnam.

Canticum graduum = canticum ascensionum, seu peregrinationum sacrarum; i. e. canticum, quod a Iudæis Hierosolymam ad festa Paschatis, Pentecostes et Tabernaculorum ascendentibus decantari solebat.

Hebraica vox מַעֲלָה (ma'ălâ) denotat: 1. ascensum, profectionem in regionem superiorem, imprimis ad templum sacrum; 2. gradum, per quem ascenditur (confer imprimis psl. 121., hebr. 122.); vide pag. 11. *a)*.

add. v. 2. **iniquus;** i. e. mendax; vide 00, 7.; **et**; addit Vulg. iuxta LXX.

v. 3. **detur — apponatur,** scilicet a Domino = *„dabit — apponét"*,
var. scilicet Dominus; Græcus LXX. apposuit litteris puncta formæ passivæ.

v. 4. **carbones desolatorii;** All.: „brennende Kohlen"; pro: *„prunæ genistæ"*; sensus est idem. Sagittæ sæpe per genistam (das Pfriemenkraut, der Ginsterstrauch, kručinka) ignitæ eiiciebantur; b. Hier.: carbones iuniperorum.

v. 5. **incolatus meus** = ego commoror; confer psl. 140, 5. „oratio
var. mea" = ego oro. — **prolongatus est;** pro: *„in Mešek"*; Græc. LXX. habuit nomen proprium pro appelativo. — **cum habitantibus** = iuxta tentoria; contentum (incola) et continens (tentorium). — **incola sum** = habito.

v. 7. Vulgata (non LXX.) trahit II. partem versus 6ti ad v. 7tum.
add. **gratis** addit Vulgata iuxta LXX.

PSALMUS 120. (hebr. 121.)

Dominus nos tuetur.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer ignotus — auxilium divinum promittit ei, qui sincero illius desiderio flagrat. — De tempore exarationis nil certi constat.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Canticum graduum.	1. Canticum graduum.
Levavi oculos meos in montes,	**A**ttollo oculos meos ad montes.
unde veniet auxilium mihi.	Unde venit auxilium mihi?
Auxilium meum a Domino,	2. Auxilium meum venit a Domino,
qui fecit cœlum et terram.	qui fecit cœlum et terram.
Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet,	3. **N**e sinat titubare pedem tuum;
qui custodit te.	Ne dormitet custos tuus!
Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël.	4. Ecce non dormitat neque dormit custos Israëlis!
Dominus custodit te,	5. **D**ominus est custos tuus;
Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam.	Dominus est umbra tua ad manum dexteram tuam.
Per diem sol non uret te,	6. Per diem te non punget sol,
neque luna per noctem.	nec luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam	7. **D**ominus custodiet te ab omni malo;
Dominus.	custodiet animam tuam.
Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum: ex hoc	8. Dominus custodiet exitum et introitum tuum;
nunc et usque in sæculum.	ex hoc nunc et usque in sæculum.

v. 1. **Canticum graduum**; vide psl. 119, 1.
v. 2. **auxilium meum,** scilicet est, venit; vide Rgl. 2. pag. 16.
v. 3. **commoveor** = nuto, titubo — **do in commotionem** = sino tubare; vide 15, 8. et 54, 23. — **protectio**; pro: umbra; vide 90, 1. **super manum** = ad manum; hebraicum עַל (al) vide psl. 22, 2.
v. 7. **Dominus** (ultima vox) addit Vulgata iuxta LXX. add.
introitum tuum et exitum tuum; vide psl. 24, 10. Rgl. 43.

PSALMUS 121. (hebr. 122.)

Rogate pacem Ierosolymae, loco peregrinationis nostro!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer ignotus — laetatur nspiciens cultores Iehovae peregrinantes Ierosolymam, quae ab aedi-ciorum multitudine, hominum frequentia, religione et tribu-alibus laudatur et cui omnia bona faustaque optantur.

De tempore exarationis certi quid statui nequit.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. Canticum graduum. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus.	1. Canticum graduum; Davidis. **L**ætor de illis, qui dicunt mihi: „Ibimus in domum Domini."
2. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Ierusalem:	2. Stant pedes nostri in portis tuis, o Ierosolyma!
3. Ierusalem, quæ ædificatur ut civitas, cujus participatio ejus in idipsum.	3. **O** Ierosolyma restituta — sicut civitas, quæ iuncta est sibi invicem!
4. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israël ad confitendum nomini Domini.	4. Illuc ascendunt tribus, tribus Domini. Præceptum est Israëli, — ut laudet nomen Domini.
5. Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum David.	5. Ibi enim constitutæ sunt sedes iudicii — sedes domus Davidicæ.
6. Rogate, quæ ad pacem sunt Ierusalem: et abundantia diligentibus te.	6. **R**ogate pacem Ierosolymæ! salvi sint, qui diligunt te!
7. Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis.	7. Sit pax in antemurali tuo, securitas in palatiis tuis!
8. Propter fratres meos et proximos meos loquebar pacem de te:	8. Propter fratres et amicos meos dicturus sum: „Sit pax in te!"
9. propter domum Domini Dei nostri quæsivi bona tibi.	9. Propter domum Domini, Dei nostri, quæsiturus sum bonum tuum!

omis. **Canticum graduum** vide 119, 1. — „*Davidis*"; omisit Vulg. iuxta LXX.

v. 1. **in his** = *de* his; vide 3, 3. Rgl. 10. 2. (post verba gaudendi).

v. 2. **atria**; pro: *portæ*, quæ scilicet ad atria ducunt.

v. 3. **aedificatur**, scilicet iterum; i. e. restituta est.

cuius participatio eius in idipsum = quæ iuncta est sibi invicem. Schegg: „die in ſich zuſammenhängt". — **„eius"** redundat; vide psl. 18, 4. Rgl. 38.. **particeps** = sodalis; vide 118. 63. — **participatio,** LXX μετοχή = coniunctio, cohæsio partium. — **participatio eius** = partes eius cohærent, ea coniuncta est. — **„in idipsum"** vide psl. 4, 9.

v. 4. **testimonium** = præceptum; scilicet est; vide psl. 77, 5. — **ad confitendum** = ut laudet; vide psl. 6, 6. et psl. 9, 4. Rgl. 23.

v. 5. **sederunt sedes in iudicio** = constitutæ sunt sedes iudicii. Ill.: „da ſtehen die Stuhle zum Gerichte". — **sedes super domum Davi** = sedes domus Davidicæ. — **super**; hebr. ל (l') ; vide 3, 3. Rgl. 9.

v. 6. **abundantia**: i. e. felicitas, scil. sit; (b. Hier.: „sit bene his"

v. 7. **fio** = sum; 79, 18 — **virtus**; pro: antemurale; (b. Hieron.: nuri"); vide psl. 47, 14. — **abundantia**; i. e. „securitas"; causa et fectus; vide psl. 29, 7. — **turres**; i. e. palatia; (b. Hieron.: „domus").
v. 8. **proximus** = amicus; vide psl. 34, 14. — **loquor pacem de** (über dich) = loquor: „Sit pax in te"; Alll.: „wünsch' ich dir Gutes".

PSALMUS 122. (hebr. 123.)

O Deus, averte a nobis irrisionem et contemptum!

Auctor, argumentum et tempus — Vates sacer — ignotus — imrat auxilium divinum contra irrisores et cavillatores.
Tempus exarationis ignoratur.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
Canticum graduum.	1. Canticum graduum.
Ad te levavi oculos meos,	Oculos meos levo ad Te,
qui habitas in cœlis.	qui sedes in cœlis!
Ecce sicut oculi servorum in	2. Ecce, ut oculi servorum in manum
manibus dominorum suorum,	domini ipsorum,
sicut oculi ancillæ in manibus	ut oculi ancillæ in manum heræ
dominæ suæ:	ipsius;
ita oculi nostri ad Dominum	sic oculi nostri ad Dominum Deum
Deum nostrum,	nostrum,
donec misereatur nostri.	donec misereatur nostri!
Miserere nostri, Domine, mi-	3. Miserere nostri, Domine, miserere
serere nostri, quia multum	nostri;
repleti sumus despectione:	nam satis satiati sumus contemptu!
quia multum repleta est anima	4. Satis satiata est anima nostra —
nostra: opprobrium abundan-	irrisione insolentium et contemptu
tibus et despectio superbis.	superborum!

v. 1. **Canticum graduum**; vide psl. 119, 1.
v. 2. **in manibus** (bis) = in manum, (diriguntur); vide 7, 12. Rgl. 21.
v. 3. **multum repleti** = satis satiati; idem v. 4.
v. 4. **abundantibus**; i. e. insolentibus, scil. sumus; causa et effectus.

PSALMUS 123. (hebr. 124.)

Dominus nos liberavit.

Auctor, argumentum et occasio. — Vates sacer — David — gratias agit nomine populi — Deo, sine cujus auxilio periisset —
Occasio exarationis ignoratur.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Canticum graduum.	1. Canticum graduum; Davidis.
Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israël:	„Nisi Dominus fuisset nobiscum“ dicat Israël! —
2. nisi quia Dominus erat in nobis, cum exsurgerent homines in nos,	2. Nisi Dominus fuisset nobiscum, cum surgerent contra nos homines;
3. forte vivos deglutissent nos: cum irasceretur furor eorum in nos,	3. tunc vivos devorassent nos, cum exardesceret furor eorum contra nos.
4. forsitan aqua absorbuisset nos.	4. Tunc aquæ obruissent nos, torrens transiisset super animam nostram.
5. Torrentem pertransivit anima nostra:	5. Tunc transiissent super animam meam —
forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.	aquæ æstuosæ.
6. Benedictus Dominus, qui non dedit nos	6. Benedictus sit Dominus, qui non dedit nos —
in captionem dentibus eorum.	prædam dentibus eorum!
7. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, et nos liberati sumus.	7. Anima nostra evasit sicut avis — ex laqueo aucupum; laqueus ruptus est — et nos evasimus.
8. Adiutorium nostrum in nomine Domini,	8. Auxilium nostrum est in nomine Domini,
qui fecit cœlum et terram.	qui fecit cœlum et terram!

omis. **Canticum graduum**; vide 119, 1. „*Davidis*“ omisit Vulgata et LXX. **nisi quia erat** = nisi fuisset (= b. Hieron.); idem v. 2. vide psl. 93, 17. — **in** = cum, apud; idem v. 2.; vide psl. 3, 3. Rgl. 9.

v. 2. **exsurgo** = surgo; vide Rgl. 5. pag. 16. — **irascitur furor** = exardescit furor. — Vulgata (non LXX.) trahit II. partem v. 4ti ad v. 5.

v. 5. **torrentem pertransivit anima nostra** = torrens transiisset super animam nostram, (= b. Hieron.); vide Rgl. 5. — **aqua intollerabilis**; i. e. aquæ æstuosæ; (b. Hier.: „aquæ superbiæ“).

Vulgata iuxta LXX. *subiectum* loco *obiecti* et vice versa ponit.
v. 6. **captio** = præda (= b. Hieronymus).
v. 7. **passer** = avis, (= b. Hieron.); vide psl. 10, 2. — **eripior** = beror, evado. — **venantes** = aucupes; genus et species; vide 90, 3.

PSALMUS 124. (hebr. 125.)

Dominus est arx iustorum.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — exitat populum ad sectandam probitatem; confidentes enim in Deum uti erunt, improbi autem peribunt. — Tempus exarationis ignoratur.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Canticum graduum.	1. Canticum graduum.
Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion:	**Q**ui in Dominum confidunt, sunt instar montis Sionis,
non commovebitur in æternum, qui habitat	qui non nutat — in æternum permanet.
2. in Ierusalem. Montes in circuitu ejus: et Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc et usque in sæculum,	2. Montes sunt circum Ierosolymam, et Dominus circum populum suum, ex hoc nunc et usque in sæculum.
3. quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum,	3. **N**on enim manebit sceptrum impietatis — super hereditate iustorum;
ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.	ne extendant iusti — ad iniquitates manus suas.
4. Benefac, Domine, bonis et rectis corde.	4. **B**enefac Domine bonis, et qui sunt sinceri in cordibus suis!
5. Declinantes autem in obligationes	5. Eos autem, qui declinant in vias curvas suas,
adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: pax super Israël!	perdat eos Dominus cum operantibus iniquitatem! Pax super Israëlem (veniat)!

Canticum graduum; vide psl. 119, 1. — **sicut mons Sion**, scilicet unt; vide Rgl. 2. pag. 16. — **commoveor** = nuto; vide psl. 15, 8. — **ui habitat**; pro: „permanet“. — Græcus LXX. legit impunctatum יֵשֵׁב — var.

„*jošeb*“, i. e. „habitans“ = „qui habitat“, loco „*ješeb*“, i. e. „habitat“, „permanet,“ et simul traxit „*Ierusalem*“ ex initio v. 2di ad finem v. 1mi.

v. 2. **Ierusalem, montes in circuitu eius** = montes *sunt* circum Ierosolymam; vide Rgl. 4.; de *Nominativo absoluto* psl. 10, 4. Rgl. 29.

var. v. 3. **non relinquet Dominus**; pro: *non manebit*, scil. Deo faciente. Græcus LXX. legit: „*janiach*“ — loco „*januach*“; formam *hiktil* pro forma *kal*; permutatum est ' cum ו. — Vulgata iuxta LXX. supplet *subiectum* „Dominus“; in textu masoret. *subiectum* est „virga seu sceptrum“.

var. — **virga peccatorum** = sceptrum impietatis. Græcus LXX. legit impunctatum רשע = „*raš'a*“, i. e. „iniquus“ (collectivum) pro „*reša*“. i. e. „iniquitas“. — **sors** = hereditas; vide 77, 54.

v. 5. **in obligationes**; LXX. εἰς τὰς στραγγαλιάς; i. e. in obliquationes seu in vias tortuosas, curvas; Aill.: „verkehrte“; Schegg: „krumme Wege“. — **adduco**; scil. ad perniciem = perdo; quoad „*perdat*“ vide psl. 57. „Nota I.“ ante v. 1. — **pax super Israël** scil. veniat; vide Rgl. 2. pag. 16.

PSALMUS 125. (hebr. 126.)

Post lacrimas — exultatio.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — laetatur de reditu primae exulum turbae ex exilio babylonico, exoptatque, ut etiam reliqui captivi mox revertantur. — Psalmus hic exaratus est sine dubio post reditum exulum sub Zorobabele; vide I. Ezdr. cap. 1. et 2.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Canticum graduum. In convertendo, Dominus, captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati:	1. Psalmus graduum. Quum reduceret Dominus captivos Sionis, fuimus sicut somniantes.
2. tunc repletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes: Magnificavit Dominus facere cum eis:	2. Tunc plenum fuit risu os nostrum, et lingua nostra exultatione; tunc dixerunt inter gentes: „Præclare egit Dominus cum his.“
3. magnificavit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.	3. Præclare egit Dominus nobiscum! facti sumus lætantes.
4. Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in austro.	4. Reduc, Domine, captivos nostros sicut torrentes in austro!

5. Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent.

6. Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

5. Qui serunt cum lacrimis, cum exultatione metent.

6. Lente incedit et plorat portans tractionem seminis; certe veniet cum exultatione portans manipulos suos.

Canticum graduum; vide psl. 119, 1. — **converto captivitatem** = reduco captivos; *idem* v. 4.; vide psl. 13, 7. et 67, 23. — **consolati**; ro: „*somniantes*“; consolatio inopinata est quasi somnium; consolatio ista rat decretum Cyri; vide I. Ezdr. 1, 1.

v. 2. **gaudium** = risus vel iubilatio. — **magnificavit facere** = ræclare egit; *idem* v 3.; vide psl. 30, 3. Rgl. 46.

v. 4. Verba versus huius sunt verba eorum, *qui primi* in patriam edierunt duce Zorobabele; hi petunt, reliquos fratres quoque reduci. — **uster**; hebr. נֶגֶב (negeb) denotat plagam meridionalem; „*auster*“ hebr. *kadim*“ (psl. 77, 26.) autem — orientalem cœli plagam — ventum orientalem.

v. 5. **in lacrymis — in exultatione** = *cum* lacrymis — *cum* exultatione; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

v. 6. **euntes ibant**; i. e. lente incedunt; vide psl. 39, 2. Rgl. 53. **mittentes semina sua**; pro: *portantes tractionem seminis*; — „tractio eminis“ vocatur semen per sulcos spargendum. — **venientes venient** = erte venient; vide psl. 39, 2. Rgl. 53. — In hebr. est *singularis collectivus*: „incedit“, veniet“; scilicet quisque eorum.

PSALMUS 126. (hebr. 127.)

Nil proficiunt hominum labores nisi Deo iuvante.

Auctor, argumentum et occasio. — Vates sacer, secundum inscriptionem — Salomo, docet, frustranea esse hominum molimina, nisi Deus prosperum tribuat successum. — De occasione exarationis nil certi constat.

Textus Vulgatæ.

1. Canticum graduum Salomonis. Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.

Versio textus hebraici.

1. Psalmus graduum — Salomonis. Si Dominus non ædificat domum; in vanum laborant, qui ædificant eam. Si Dominus non custodit civitatem; in vanum vigilat custos.

2. Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnum:
3. ecce, hereditas Domini filii merces fructus ventris.

4. Sicut sagittæ in manu potentis: ita filii excussorum.

5. Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis: non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.

2. **V**anum est vobis si mane surgitis si diu (in noctem) sedetis — comedentes panem labore grav partum; tot dat Ille dilecto suo in somno
3. **E**cce hereditas a Domino (concessa) sunt filii, præmium est fetus uteri.
4. Sicut sagittæ in manu herois, sunt filii progeniti ætate iuvenili

5. **B**eatus vir, qui implevit pharetram suam illis non confundentur, quando contenderint cum inimicis in porta.

Canticum graduum; vide psl. 119, 1. (nomen *auctoris* omisit LXX.)

add. v. 2. **ante lucem** = mane; „*surgite*“ addit Vulgata iuxta LXX. — **postquam sederitis**; i. e. si diu, scilicet in noctem sedetis. — **panis doloris** = panis laborum; i. e. panis labore gravi partus.

v. 3. **cum dederit**; i. e. tot dat Ille. — **somnum**; est in hebraico Accusativus adverbialis = in somno. Sensus est: „qualia vos multa opera quæritis, dat Deus dilecto suo per somnum“, i. e. absque magno labore. — **hereditas Domini filii**; i. e. hereditas a Domino (concessa) *sunt* filii; vide Rgl. 2. pag. 16. **merces fructus ventris** = præmium *est*

var. fetus uteri. — **ita filii excussorum**; pro: „sunt *filii progeniti ætate iuvenili*“; ad verbum: „*filii iuventutis*“; i. e. quos pater *iuvenis* genuit; eadem ratione vocatur Isaac, filius patri *seni* natus; — filius *senectutis*. (Gen. 37, 3.)

Græcus LXX. habuit hebr. הַנְּעוּרִים *(hann'urim)*; i. e. *iuventus, adolescentia*, pro Participio *kal* passivo: „*excussi*“. *Eandem* vocem vertit Vulgata „*infantia*“, Gen. 46, 34.; „*iuventus*“, psl. 70, 5. 17.; „*adolescentia*“, Prov. 5, 18.; Ier. 2, 2.; „*virginitas*“, Ier. 3, 4.

Sensus Vulgatæ est: „Iis, qui *ex exilio reversi* sunt, sunt filii eorum respectu tutelæ idem, quod sagittæ sunt viro forti; inde eo tutior est pater, quo numerosiores sunt ei filii“. (v. 5.). — *Idem*, sed *generaliter* dicit textus masoreticus de *quocunque* patre.

v. 4. **desiderium**; pro: „*pharetra*“ (quia filii cum *sagittis* comparantur v. 4.). Vulgata iuxta LXX. ponit pro imagine — rem signatam; magis conveniret utique vox „*domus*“. Sensus manet *idem*; secundum *Vulgatam*: „beatus, qui tot filios habet, *quot desiderat* seu cupit“. Secundum textum masoreticum: „beatus, cuius domus plena est *talibus filiis*“.

non confundetur; scilicet talis beatus *quivis*; in textu *masoretico* est pluralis; vide psl. 24, 3. — **cum loquetur inimicis suis** = quando contenderit cum . . . — In textu *masoretico* est pluralis sensu eodem.

PSALMUS 127. (hebr. 128.)

Pio cultori suo benedicit Dominus.

Auctor argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — docet, ilum Iehovae cultorem fore beatum. — Tempus exarationis ignoratur.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Canticum graduum.	1. Canticum graduum.
Beati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius.	**B**eatus omnis, qui timet Dominum, qui ambulat in viis Eius.
2. Labores manuum tuarum quia manducabis:	2. Proventus enim manuum tuarum comedes,
beatus es et bene tibi erit.	beatus es et bene est tibi.
3. Uxor tua, sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ.	3. Uxor tua est ut vitis frugifera in penetralibus domus tuæ;
Filii tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ.	filii tui ut surculi olearum — circa mensam tuam.
4. Ecce, sic benedicetur homo, qui timet Dominum.	4. Ecce enim sic fortunatur vir, qui timet Dominum!
5. Benedicat tibi Dominus ex Sion: et videas bona Ierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.	5. Benedicat tibi Dominus de Sione, et intuearis felicitatem Ierosolymæ omnibus diebus vitæ tuæ!
6. Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israël!	6. Videas etiam filios filiorum tuorum! Salus sit super Israëlem!

Canticum graduum; vide psl. 119, 1.
v. 2. **labores** = proventus; vide psl. 77. 46. — **quia**; pro: enim.
v. 3. **abundans** = frugifera. — **in lateribus** = in penetralibus.
novellae; i. e. surculi, plantulæ.
v. 4. **benedicor** = fortunor; vide psl. 28, 11.
v. 5. **bona** = felicitatem; Ull.: „Glück"; vide psl. 34, 6. Rgl. 50.

PSALMUS 128. (hebr. 129.).

Hostes Sionis peribunt.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — docet, ehovam, qui populum suum ex magnis afflictionibus eripuit, conatus hostium rritos redditurum esse. — Tempus exarationis ignoratur.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Canticum graduum. Sæpe expugnaverunt me a iuventute mea, dicat nunc Israël:	1. Canticum graduum. „Multum afflixerunt me a iuventute mea“, dicat Israël!
2. Sæpe expugnaverunt me a iuventute mea: etenim non potuerunt mihi.	2. Multum afflixerunt me a iuventute mea, attamen non prævaluerunt mihi.
3. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores: prolongaverunt iniquitatem suam.	3. Supra dorsum meum arabant aratores, longos ducebant sulcos suos.
4. Dominus iustus concidit cervices peccatorum:	4. Dominus est iustus, concidit funem impiorum.
5. Confundantur et convertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.	5. Confundantur et recedant retrorsum — omnes osores Sionis.
6. Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam evellatur, exaruit:	6. Fiant sicut gramen in tectis, quod, priusquam evellatur, arescit
7. de quo non implevit manum suam, qui metit, et sinum suum, qui manipulos colligit.	7. Quo non implet manum suam messor, nec sinum suum, qui mergites colligit!
8. Et non dixerunt, qui præteribant: Benedictio Domini super vos: benediximus vobis in nomine Domini.	8. Nec dicunt prætereuntes: „Benedictio Domini sit super vos! Benedicimus vobis in nomine Domini!“

Canticum graduum; vide psl. 119, 1. — **saepe**; pro: multum; idem v. 2. — **expugno** = affligo; (antecedens et consequens); *idem* v. 2.

v. 2. **etenim**; pro: attamen. — **„possum alicui“** = prævaleo alicui.

v. 3. **fabrico**; i. e. aro. — **peccatores**; pro: *„aratores“* (= b. Hier.)

var. Græcus LXX. habuit in codice הרשעים (hareš'ajim) = *„peccatores“* loco masoretici חרשים (chor'šim) = *„aratores“*; ה cum ח commutatum, et ע ante afformativam intrusum est.

prolongaverunt iniquitatem suam; pro: *longos ducebant sulcos suos*

var. Græcus LXX. legit עונותם (avonotam), i. e. *„pravitates suas“*, loco masoretici מענותם (ma'anotam), i. e. *„sulcos suos“*. Sensus manet *idem*. Loco imaginis exprimit LXX. et Vulgata rem imagine designatam.

prolongo = longum duco. — **iniquitas**; pro: *sulcus* (= b. Hier.)

v. 4. **Dominus iustus**, scilicet est; vide Rgl. 2. pag. 16.

cervices; pro: funem; b. Hieron.: „laqueos“.

Græcus LXX. legit גַּבּוֹת (gabbot), i. e. *„cervices“*; loco עֲבֹת ('abot) i. e. *„funis“*; sensus v. 4ti manet idem. ע sonat in nonnullis vocibus ut ג vide psl. 103, 12. „petrarum“.

v. 5. **convertor retrorsum** = recedo; vide psl. 39, 15.

v. 6. **foenum tectorum** = gramen in tectis.

PSALMUS 129. (hebr. 130.) (VI. poenitentialis)

Apud Dominum est misericordia.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — personam erens peccatoris profunde lapsi, ad misericordiam divinam se convertit etens, fiducia plenus, remissionem peccatorum; animo recreatus se otum Deo committit, et dein populum ad eandem fiduciam in isericordiam Iehovae excitat. — Tempus exarationis non est notum.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Canticum graduum.	1. Canticum graduum.
De profundis clamavi ad te, Domine:	**D**e profundis clamo ad Te Domine!
2. Domine, exaudi vocem meam:	2. Domine audi vocem meam!
fiant aures tuæ intendentes	Sint aures Tuæ attentæ —
in vocem deprecationis meæ.	ad vocem deprecationis meæ!
3. Si iniquitates observaveris,	3. **S**i iniquitates observaberis, Domine,
Domine: Domine, quis sustinebit?	quis constabit?
4. Quia apud te propitiatio est,	4. Attamen apud Te est condonatio,
et propter legem tuam	— ut colaris!
sustinui te, Domine. Sustinuit	5. **E**xspecto Dominum, exspectat anima
anima mea in verbo eius,	mea,
	et in verbum Eius spero!
5. speravit anima mea in Domino.	6. Anima mea exspectat Dominum
6. A custodia matutina usque	magis,
ad noctem	quam custodes — matutinum,
	custodes — auroram.
speret Israël in Domino.	7. **S**pera Israël in Dominum;
7. Quia apud Dominum miseri-	nam apud Dominum est miseri-
cordia, et copiosa apud eum	cordia
redemptio.	et multum apud Eum redemptionis!
8. Et ipse redimet Israël	8. Isque liberabit Israëlem —
ex omnibus iniquitatibus eius.	ab omnibus pœnis iniquitatum eius.

v. 1. **Canticum graduum**; vide psl. 119, 1.
v. 2. **intendo** = attendo, attentus sum; vide psl. 5, 3.
v. 3. **sustinebit**; i. e. constabit; Ill.: „beſtehen"; ostáti.
v. 4. **quia**; pro: attamen; hebr. כִּי (ki).

et propter legem tuam; LXX. ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, pro: τοῦ var. μου σου, ut iam b. Hieron. affirmat. — Vulgata (non LXX.) addit „et". add. Versio Vulgatæ præsupponit in textu hebraico vocem תּוֹרָתְךָ (torat'ka) = „*lex tua*", pro: תִּוָּרֵא (tivvarê) = „*ut colaris*". — Sensus manet idem;

estque secundum Vulgatam: „Tu es propitius et fidelis, ut vera comprobetur lex tua, qua te misericordem et clementem esse doces.

Vulgata (*non* LXX.) trahit v. 5. ad v. 4. et facit ex initio v. 6ti v. 5tum.

sustineo aliquem = exspecto aliquem; vide psl. 24, 5. — **in verbo** omis. **eius** = in verbum eius; scilicet „*spero*“, ut textus masoreticus ponit, Vulgata autem iuxta LXX. una cum „*et*“ omisit.

v. 5. **speravit anima mea in Domino** = anima mea exspectat Dominum; יָחַל (jachal) = expectavit, speravit (in *kittel* et *hiktil*).

v. 6. **a custodia matutina usque ad noctem**; i. e. „spero in Dominum tota die“ seu „a custodia matutina usque ad ultimam noctis vigiliam“ (quæ matutino terminatur); de „vigiliis“ vide 76, 5. Quoad rem idem dicit textus masoreticus: „*Exspecto Dominum magis, quam custodes – matutinum, custodes auroram*“. — **a custodia**; pro: „magis quam custodes“; abstractum pro concreto; de „*a*“ vide psl. 4, 8. Rgl. 13. — Vulgata iuxta LXX. trahit ad v. 6tum initium versus 7mi **„Speret Israël in Domino“.**

v. 8. **iniquitates**; i. e. pœnæ iniquitatum; vide psl. 38, 11.

PSALMUS 130. (hebr. 131.)

Cor humile et Deo addictum.

Auctor, argumentum et occasio. — Vates sacer — David — conte-tatur, se esse alienum ab omni insolentia et ambitione. — Psalmus referendus est ad illud tempus, quo calumniatores in aula Sauli arguebant Davidem, quod nefariis artibus et vi ad regnum aspiraret.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. Canticum graduum David.	1. Canticum graduum — Davidis.
Domine, non est exaltatum cor meum,	Domine non superbum est cor meum
neque elati sunt oculi mei:	neque elati sunt oculi mei
neque ambulavi in magnis,	nec versor in rebus,
neque in mirabilibus super me.	quæ mihi sint nimis arduæ et nimis singulares.
2. Si non humiliter sentiebam,	2. Sane sedavi et ad silentium redegi animam meam;
sed exaltavi animam meam:	ut infans ablactatus apud matrem suam,
sicut ablactatus est super matre sua,	ut infans ablactatus — est in me anima mea.
ita retributio in anima mea.	

3. Speret Israël in Domino ex hoc nunc et usque in sæculum.

3. **S**pera, Israël, in Dominum — ab hoc tempore et usque in æternum!

Canticum graduum David = Davidis: vide psl. 119. 1. et 3. 1. — **non exaltatum est**; i. e. non exaltat se = non est superbum; vide psl. 12. 3. et 65. 7. — **ambulo** = versor. — **in magnis — in mirabilibus super me**; i. e. in rebus, quæ sint mihi *nimis* arduæ et *nimis* singulares; vide psl. 4. 7. 8. Rgl. 13. — **magnum** = arduum. — **mirabile** = singulare, inconsuetum.

v. 2. **si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam**: = sane humiliter sentiebam, et non exaltavi animam meam: Schegg.: „fürwahr mein Sinn ist demüthig, meine Seele nicht hochfahrend". — **„si non"** Vulgatæ in iuramento = sane; **„sed"** = non; vide psl. 88. 36. Rgl. 56. Textus *masoreticus* dicit sensu eodem: *„Sane sedavi et ad silentium redegi animam meam"*.

humiliter sentio = sedavi animam meam; effectus et causa.

exaltavi; i. e. *non* exaltavi (vide citatam Regulam 56.) pro: *„ad silentium redegi"*; b. Hieron.: „silere feci". Divergentia orta est ex permutatione ד cum ר. — Græcus LXX. legit *„romamti"*, pro: *„domamti"*. — Sensus est idem. — **sicut ablactatus est** = sicut ablactatus (= b. Hieron.): in hebr. et in LXX. est *Participium*. — **super matre** = apud matrem: hebr. עַל (al): vide psl. 22. 2. — **retributio**: pro: *„ablactatus"*. var. Græcus LXX. legit impunctatum גְּמוּל *„g'mul"* = „retributio", pro: *„gamul"* = „ablactatus". — Sensus est idem: et quidem secundum Vulgatam: „Si humiliter non sentio, si superbio — puniat me Deus".

Secundum textum masoreticum: Sedata est in me anima mea, sicut infans ablactatus apud matrem suam — anima sedata non superbit, sed humiliter sentit; anima sedata affectibus inordinatis — non agitatur.

PSALMUS 131. (hebr. 132.)

Thronus Davidis manet in aeternum.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — occasione aedificationis templi recordatur consilii et conatus Davidis templum aedificandi simulque promissionis divinae pio regi hac occasione factae (vide II. Sam. cap. 7.). — Quia David memoratur jam pridem defunctus, erat sine dubio occasio huic psalmo aedificatio templi II. decreto Pseudo-Smerdis inhibita. — (vide I Ezdr. 4. 24.)

Textus Vulgatæ

1. Canticum graduum.
Memento, Domine, David et omnis mansuetudinis eius:
2. sicut iuravit Domino,
votum vovit Deo Iacob:
3. Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei:
4. si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem,
5. et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.
6. Ecce, audivimus eam in Ephrata: invenimus eam in campis silvæ.
7. Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius.
8. Surge, Domine, in requiem tuam,
tu et arca sanctificationis tuæ.
9. Sacerdotes tui induantur iustitiam, et sancti tui exultent.
10. Propter David servum tuum non avertas faciem christi tui.
11. Iuravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.
12. Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea hæc, quæ docebo eos:
et filii eorum usque in sæculum sedebunt super sedem tuam.
13. Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.

Versio textus hebraici.

1. Canticum graduum.
Memor esto, Domine, Davidis, universæ sollicitudinis eius,
2. qui iuravit Domino,
votum vovit Deo Iacobi:
3. „Non ingrediar tentorium domus meæ,
non conscendam lectum strati mei
4. non concedam somnum oculis meis
palpebris meis dormitationem,“
5. donec invenero locum pro Domino, ædes pro Deo Iacobi.“
6. En, audivimus de ea Efratæ,
invenimus eam in campis silvestribus.
7. Introeamus in habitacula Eius,
procidamus ante scabellum pedum Eius!
8. Surge, Domine, ad locum quietis Tuum,
Tu et arca maiestatis Tuæ!
9. Sacerdotes Tui vestiant se iustitia
et pii Tui exultent!
10. Propter Davidem, servum Tuum,
ne repellas faciem uncti Tui!
11. Iuravit Dominus Davidi fidelitatem;
non recedet ab illa (dicens):
„De fructu ventris tui
collocabo in throno tuo.“
12. „Si custodierint filii tui fœdus meum —
et præcepta mea, quæ doceo eos;
etiam filii ipsorum in sempiternum
sedebunt in throno tuo.“
13. Quoniam elegit Dominus Sionem,
voluit eam habitationem sibi (dicens):

. Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.

. Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.

. Sacerdotes eius induam salutari, et sancti eius exultatione exultabunt.

. Illuc producam cornu David, paravi lucernam christo meo.

. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

14. „**Hæc** est quies mea in æternum, hic habitabo, quoniam expetivi eam.“

15. „Cibum eius largiter benedicam, pauperes eius satiabo pane.“

16. Et sacerdotes eius vestiam salute, et pii eius intime exultabunt.“

17. „Ibi germinare faciam cornu Davidis, parabo lucernam uncto meo.“

18. Inimicos eius vestiam pudore, et super ipsum micabit diadema eius.“

Canticum graduum; vide psl. 119, 1. — **mansuetudo**; i. e. pietas, licitudo; scilicet respectu ædificandi templi; causa et effectus.

v. 2. **sicut;** LXX. ὡς; = quomodo, qui. — **Deo**; proprie „*Potenti*“ er excellentiam) „Omnipotenti;“ idem v. 5.; hebraicum „*abir*“ vertit ulgata „*potens*“ Gen. 49, 24. „*fortis*“ Is. 1, 24., 60, 16.

v. 3. **si introiero** = non ingrediar; vide psl. 88, 36. Rgl. 56. — **dedero** = non concedam; vide psl. 88, 36. Rgl. 56. et psl. 15, 10.

v. 5. **„et requiem temporibus meis“** addit Vulgata iuxta LXX. add.

v. 6. **audivimus eam**; i. e. de ea, scilicet de arca Domini; de intione arcæ vide I. Reg. 7, 1. . . . II. Reg. 6, 2. . . .

campi silvae = campi silvestres; vide psl. 4, 2. Rgl. 11.

v. 7. **in loco, ubi steterunt pedes eius**; i. e. ante scabellum pedum eius. Vulgata *circumscribit* iuxta LXX. „scabellum“.

v. 8. **in requiem** = ad locum quietis.

sanctificatio = maiestas; (b. Hieron.: „fortitudo“).

v. 9. **induor iustitiam** = vestio me iustitiā. —

sanctus = pius cultor; *idem* v. 16.; vide psl. 4, 4.

v. 10. **faciem averto** = repello faciem; Ill. et Schegg: „abweiſen“.

christus = unctus; *idem* v. 17.; vide psl. 2, 2.

v. 11. **veritas** = fidelitas; vide psl. 35, 6. — **non frustrabitur** am = non recedet ab illa; Latinum „*frustror*“ = frustra habeo, fallo.

v. 12. **testamentum** = fœdus; vide psl. 54, 21.

testimonia = præcepta; vide psl. 24, 10.

v. 14. **requies** = quies i. e. sedes ad quietem. — **in saeculum saeuli** = in æternum; vide psl. 82, 18.

v. 15. **viduam;** pro: „*cibum*“; LXX. τὴν θήραν; hebr. צַיִד (cajid) de- var.
otat: 1. venationem; 2. feram venando captam; 3. cibum venatu partum, ein cibum in genere. — Vulgatus habuit in textu græco: χήραν, „viduam“, routi adhuc codex *Alexandrinus* exhibet. Commutatum est θ cum χ.

v. 16. **salutare** = salus, ut Vulgata ipsa hebraicam vocem יְשׁוּעָה (ješa) vertit; vide psl. 17, 47.; Ies. 61, 10. — **exultatione exultabunt** = intime exultabunt; vide psl. 39, 2. Rgl. 53.

v. 17. **illuc** = ibi. — **produco** = germinare facio; vide 103, 14.

v. 18. **confusio** = pudor. ignominia; vide psl. 39, 16. — **super** var. **ipsum**; i. e. in capite „uncti." — **effloreo** = mico. — **sanctificatio mea**; pro: „diadema *eius*"; i. e. „diadema vicarii mei".

Græcus LXX. legit נִזְרִי (nizri) = „diadema *meum*", loco נִזְרוֹ (nizro) = „diadema *eius*"; commutatum est ו et י; vide psl. 2, 6. *b*).

Pro „*sanctificatio*" vertit Vulgata „*sanctuarium*" in psl. 88, 40.

PSALMUS 132. (hebr. 133.)

Salutares effectus concordiae.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — David — comparat salutares effectus concordiae cum effectibus olei sacri (Exod. 30, 23—33.) et cum beneficis effectibus roris. —

Psalmus videtur exaratus fuisse illa occasione, qua 11. tribus concordes cum Iuda — Davidem creabant regem. (II Sam. 5, et I. Par. 11.) —

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. Canticum graduum David. Ecce, quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum:	1. Canticum graduum — Davidis. Ecce quam bonum et iucundum est, si fratres etiam concorditer habitant;
2. sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius:	2. sicut oleum pretiosum in capite, quod defluit in barbam, barbam Aaronis, quod defluit in oram vestimentorum eius;
3. sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. — Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem et vitam usque in sæculum.	3. sicut ros Hermonis, qui descendit in montes Sionis; eo enim loco demandat Dominus benedictionem, vitam in aeternum.

Canticum graduum David = Davidis; vide psl. 119, 1. et 3, 1. — **in unum** = una, concorditer LXX. ἐπὶ τὸ αὐτό; hebr. „*jachad*" vide 4, 9.

v. 2. **descendit** = defluit.

v. 3. **illic**; i. e. eo loco, scilicet ubi fratres concorditer habitant. **mando** = demando; vide psl. 41, 9.

PSALMUS 133. (hebr. 134.)

In egressu ex sanctuario.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — excitat ad laudandum Deum, et quidem personam gerens pii Israëlitae, qui post sacrificium vespertinum discedit, dein Levitarum, qui vigilias obituri advenerant. — Tempus exarationis ignoratur. —

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. Canticum graduum.	1. Canticum graduum.
	(Egrediens pius Israëlita.)
Ecce, nunc benedicite Dominum omnes servi Domini:	**E**cce, benedicite Domino, omnes servi Domini,
qui statis in domo Domini,	qui statis in domo Domini noctibus!
in atriis domus Dei nostri.	
2. In noctibus extollite manus vestras in sancta,	2. Levate manus vestras sanctuarium versus,
et benedicite Dominum.	et benedicite Domino!
	(Responsum servorum sacrarii.)
3. Benedicat te Dominus ex Sion,	3. **B**enedicat tibi ex Sione Dominus,
qui fecit cœlum et terram.	qui fecit cœlum et terram!

Canticum graduum; vide psl. 119, 1. — **„in atriis domus Dei nostri“** addit Vulgata iuxta LXX. verosimiliter ex psl. 134, 2. add.

v. 2. **„in noctibus“** trahit Vulgata iuxta LXX. ex fine v. 1^{mi} ad 2^{dum}. — **in sancta**; i. e. sanctuarium versus; (b. Hieron.: „ad sanctum“); confer psl. 67, 36. *„in sanctis suis“*.

PSALMUS 134. (hebr. 135).

Laudate Dominum!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — excitat domum Aaronis, i. e sacerdotes, domum Levi, seu Levitas, et omnes pios ad Deum laudandum, qui Hebraeis olim tanta beneficia praestitit, dum idola iam in se inania sunt. Tempus exarationis ignoratur.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
Alleluia.	Halleluiah!
1. Laudate nomen Domini,	1. **L**audate nomen Domini,
laudate, servi, Dominum:	laudate, servi Domini!

2. qui statis in domo Domini,
in atriis domus Dei nostri.
3. Laudate Dominum, quia bonus Dominus:
psallite nomini eius, quoniam suave.
4. Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israël in possessionem sibi.
5. Quia ego cognovi, quod magnus
est Dominus, et Deus noster præ omnibus diis.
6. Omnia, quæcunque voluit, Dominus fecit in cœlo, in terra,
in mari, et in omnibus abyssis.
7. Educens nubes ab extremo terræ:
fulgura in pluviam fecit:
Qui producit ventos de thesauris suis:
8. qui percussit primogenita Aegypti ab homine usque ad pecus.
9. Et misit signa et prodigia in medio tui, Aegypte, in Pharaonem et in omnes servos eius.
10. Qui percussit gentes multas, et occidit reges fortes:
11. Sehon regem Amorrhæorum, et Og regem Basan,
et omnia regna Chanaan.
12. Et dedit terram eorum hereditatem,
hereditatem Israël populo suo.
13. Domine, nomen tuum in æternum:
Domine, memoriale tuum in generationem et generationem:
14. quia iudicabit Dominus populum suum,
et in servis suis deprecabitur.

2. Qui statis in domo Domini,
in atriis domus Dei nostri!
3. Laudate Dominum, nam benignus
est Dominus,
canite nomini Eius, nam gratiosus
est!
4. Nam Iacobum elegit sibi Dominus,
Israëlem peculium suum.

5. Ego enim novi, magnum esse Dominum,
et Dominum nostrum esse super
omnes deos.
6. Quæcunque vult Dominus, facit —
in cœlo et in terra,
in maribus et omnibus voraginibus.
7. Qui ascendere facit nubes a fine
terræ,
et fulgura facit ad pluviam;
educit ventum de promptuariis suis.

8. Qui percussit primogenitos Aegypti
ab homine usque ad bestiam.

9. Misit signa et prodigia in medium
tuum Aegypte,
in Pharaonem atque in servos eius.

10. Qui percussit gentes multas
et occidit reges potentes. —
11. Sehonem, regem Amoræorum
et Ogum, regem Bašanitidis
et omnia regna Cananæa.
12. Et dedit terram eorum possidendam —
possidendam Israëli, populo suo:
13. Domine, nomen Tuum manet in
æternum,
Domine, memoria Tui in generationem et generationem;
14. Dominus enim causam agit populi
sui,
et servorum suorum miseretur.

15. Simulacra gentium argentum et aurum,
opera manuum hominum.
16. Os habent et non loquentur: oculos habent, et non videbunt.
17. Aures habent, et non audient: neque enim est spiritus in ore ipsorum.
18. Similes illis fiant, qui faciunt ea, et omnes, qui confidunt in eis.
19. Domus Israël, benedicite Domino: domus Aaron, benedicite Domino.
20. Domus Levi, benedicite Domino: qui timetis Dominum, benedicite Domino.
21. Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.

15. **S**imulacra gentium sunt argentum et aurum,
sunt opus manuum hominis.
16. Os habent nec loquuntur,
oculos habent et non vident.
17. Aures habent neque audiunt,
et non est spiritus vitalis in ore eorum.
18. Similes iis sunt, qui fabricant ea,
quicunque fiduciam collocat in eis.
19. **D**omus Israël celebrate Dominum!
Domus Aaronis celebrate Dominum!
20. Domus Levi celebrate Dominum!
Cultores Domini celebrate Dominum!
21. Celebratus sit ex Sione Dominus,
qui sedem suam habet Ierosolymæ!
Halleluiah!

Alleluia, LXX. Αλληλούϊα ex hebraico „hallelujah“: i. e. „laudate ehovam“ (*hallelu* = laudate; *„jah“* est abbreviatum Iehova).

v. 3. **bonus** = benignus; vide psl. 53, 8. – **psallo** = cano: vide sl. 65, 4. — **suavis** = gratiosus.

v. 7. **educo nubes** = ascendere facio nubes.

thesauri = promptuaria: confer psl. 32, 7.: Schegg: „Gemächer“.

v. 9. „**et**“ addit Vulg.: **in medio** = in medium: vide 7. 12. Rgl. 21. add.

v. 13. **in aeternum**, scilicet est; manet; vide Rgl. 2. pag. 16.

memoriale = memoria; vide psl. 101, 13.

v. 14. **iudico populum** = causam ago populi; vide psl. 25, 1. — **n servis suis deprecabitur** (passivum) = deprecabilem, exorabilem se ddit, miseretur servorum suorum: All.: „wird ſich erbitten laſſen von“.

v. 17. **spiritus**: scilicet vitalis. — **neque enim**; i. e. etiam non.

v. 20. **timeo Dominum** = colo Dominum; vide psl. 14, 4.

v. 21. **benedico** = celebro; vide psl. 95, 2.

In fine psalmi *omisit* Vulgata iuxta LXX. *„halleluiah“*. omis.

PSALMUS 135. (hebr. 136.)

Laudate Dominum; nam in aeternum manet gratia Eius!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — celebrat hoc hymno Deum, creatorem et gubernatorem universi, qui Hebraeis tot tantaque beneficia praestitit. — Tempus exarationis ignoratur.

Nota. — Hymnus hic habet formam Litaniarum. Primum hemistichium cuiusvis versus a choro praecinebatur; altero hemistichio, semper eodem, populus respondebat.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Alleluia.	
1. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia eius.	1. Laudate Dominum, nam benignus est; nam in æternum manet gratia Eius!
2. Confitemini Deo deorum: quoniam in æternum misericordia eius.	2. Laudate Deum Deorum; nam in æternum manet gratia Eius!
3. Confitemini Domino dominorum; quoniam in æternum misericordia eius.	3. Laudate Dominum dominorum; nam in æternum manet gratia Eius
4. Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum misericordia eius.	4. Illum, qui facit mirabilia magna solus; nam in æternum manet gratia Eius
5. Qui fecit cœlos in intellectu: quoniam in æternum misericordia eius.	5. Illum, qui condidit cœlos sapienter; nam in æternum manet gratia Eius
6. Qui firmavit terram super aquas: quoniam in æternum misericordia eius.	6. Illum, qui expandit terram super aquas; nam in æternum manet gratia Eius
7. Qui fecit luminaria magna: quoniam in æternum misericordia eius.	7. Illum. qui fecit luminaria magna nam in æternum manet gratia Eius
8. Solem in potestatem diei: quoniam in æternum misericordia eius.	8. Solem, ut dominetur diei; nam in æternum manet gratia Eius
9. Lunam et stellas in potestatem noctis: quoniam in æternum misericordia eius.	9. Lunam et stellas, ut dominentur nocti; nam in æternum manet gratia Eius
10. Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum: quoniam in æternum misericordia eius.	10. Illum, qui percussit Aegyptios in primogenitis eorum; nam in æternum manet gratia Eius

"

1. Qui eduxit Israël de medio eorum: quoniam in æternum misericordia eius.
2. In manu potenti, et brachio excelso: quoniam in æternum misericordia eius.
3. Qui divisit Mare rubrum in divisiones: quoniam in æternum misericordia eius.
4. Et eduxit Israël per medium eius: quoniam in æternum misericordia eius.
5. Et excussit Pharaonem et virtutem eius in Mari rubro: quoniam in æternum misericordia eius.
6. Qui traduxit populum suum per desertum: quoniam in æternum misericordia eius.
7. Qui percussit reges magnos: quoniam in æternum misericordia eius.
8. Et occidit reges fortes: quoniam in æternum misericordia eius.
9. Sehon regem Amorrhæorum: quoniam in æternum misericordia eius.
10. et Og regem Basan: quoniam in æternum misericordia eius.
11. Et dedit terram eorum hereditatem: quoniam in æternum misericordia eius.
12. hereditatem Israël servo suo: quoniam in æternum misericordia eius.
13. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam in æternum misericordia eius.
14. Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in æternum misericordia eius.

11. Et eduxit Israëlem ex medio illorum;
nam in æternum manet gratia Eius!
12. Manu forti et brachio extenso;
nam in æternum manet gratia Eius!

13. Illum, qui dissecuit mare algosum in segmenta;
nam in æternum manet gratia Eius!
14. Et traduxit Israëlem per medium illius;
nam in æternum manet gratia Eius!
15. Et deiecit Pharaonem et exercitum eius in mare algosum;
nam in æternum manet gratia Eius!

16. Illum, qui duxit populum suum in desertum;
nam in æternum manet gratia Eius!
17. Qui percussit reges magnos;
nam in æternum manet gratia Eius!

18. et interfecit reges illustres;
nam in æternum manet gratia Eius!

19. Sehonem, regem Amoræorum;
nam in æternum manet gratia Eius!

20. et Ogum, regem Bašanitidis;
nam in æternum manet gratia Eius!
21. Et dedit terram possidendam;
nam in æternum manet gratia Eius!

22. Possidendam Israëli, servo suo;
nam in æternum manet gratia Eius!

23. Qui in humiliatione nostra memor fuit nostri;
nam in æternum manet gratia Eius!
24. Et liberavit nos ab inimicis nostris;
nam in æternum manet gratia Eius!

25. Qui dat escam omni carni: quoniam in æternum misericordia eius.
26. Confitemini Deo cœli: quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.

25. Qui dat panem omni carni; nam in æternum manet gratia Eius
26. Laudate Deum cœlorum! nam in æternum manet gratia Eius

add. **Alleluia**; addit Vulgata iuxta LXX. — **confiteor Domino** = laud Dominum; vide 6, 6. — **bonus** = benignus; vide 53, 8. — **misericordi** = gratia; psl. 5, 8. — **in aeternum,** scil. manet; vide Rgl. 2. pag. 16
v. 5. **in intellectu** = sapienter; vide psl. 4, 9. Rgl. 14.
v. 6. **firmo**; i. e. expando.
v. 8. et 9. **in potestate diei — noctis**; i. e. ut dominetur diei — nocti — *„dies“* — *„nox“* est hic loci *obiectum* „potestatis“. In Genesi 1 16. Vulgata eandem vocem hebr. vertit: „ut præesset *diei* — *nocti*“.
v. 10. **Aegyptus**; i. e. Aegypti; continens et contentum.
cum primogenitis = in primogenitis; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.
v. 12. **in manu potenti** = manu forti; *„in“* instrumentale. — **bra chium excelsum**; i. e. extensum, ut Vulgata ipsa vertit in Deut. 4, 34
v. 13. **mare rubrum**; vide 105, 7. — **divisiones**; i. e. segmenta
v. 14. **eduxit**; i. e. traduxit.
v. 15. **excussit** = deiecit. — **virtus** = exercitus; vide psl. 67, 12 — **in mari rubro** = in mare algosum; vide psl. 7, 12. Rgl. 21.
v. 16. **traduxit,** pro simplici: „duxit“; vide Rgl. 5. pag. 16.
v. 23. et 24. **humilitas**; i. e. humiliatio. — **redimo** = libero.
add. Post v. 26. repetit Vulgata (*non* LXX.) adhuc versum 3um.

PSALMUS 136. (hebr. 137.)

Non obliviscar tui, o Ierosolima!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — delineat, qua ratione Israëlitae in exilio repulerint ludibria gentilium — quanto desiderio anhelaverint redire in patriam et quomodo pr vocaverint in hostes suos Dei punientis iustitiam. —
Tempus exarationis indicari nequit.

Nota. 1. In finem rectae interpretationis vv. 7—9. respiciantur dict de psalmis imprecatoriis pag. 11—13.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Psalmus David, Hieremiæ.	
1. Super flumina Babylonis, illic sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion:	1. **A**d flumina Babylonica, ibi sedimus atque flevimus, dum recordaremur Sionis.
2. in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.	2. Ad salices in medio eius suspendimus citharas nostras.
3. quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantionum, et qui abduxerunt nos: Hymnum cantate nobis de canticis Sion.	3. Nam ibi postulaverunt a nobis, — qui captivos nos abduxerant, — verba cantici; vexatores nostri — lætitiam: „Canite nobis de canticis Sionis!“
4. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?	4. Quomodo canamus canticum Iehovæ — in terra peregrina!
5. Si oblitus fuero tui, Ierusalem, oblivioni detur dextera mea.	5. Si oblitus fuero tui, Ierosolima, obliviscatur mei dextera mea!
6. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui: si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ.	6. Palato adhæreat lingua mea, si non meminero tui, — si non posuero Ierosolimam — fastigium gaudii mei!
7. Memor esto, Domine, filiorum Edom in die Ierusalem, qui dicunt: Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea.	7. **M**emento, Domine, Edomitis diem Ierosolimæ fatalem, ii enim dicebant: „Evertite, evertite, usque ad fundamentum eam!“
8. Filia Babylonis misera: beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.	8. O Filia Babylonis! o vastanda! beatus, qui rependet tibi id, quod fecisti nobis!
9. Beatus, qui tenebit, et allidet parvulos tuos ad petram.	9. Bene sit ei, qui apprehendet et allidet parvulos tuos petræ!

„Psalmus David, Hieremiae“; addit Vulgata iuxta LXX.; **super** add. ad; vide psl. 22, 2.

v. 2. **in medio eius**, scilicet terræ Babylonicæ. — **organa**; LXX. ργανα = instrumenta, scilicet musica = citharas. Confer psl. 150, 4.

v. 3. **interrogo** = rogo, postulo. — **qui abduxerunt nos** = vetoris nostri. — **hymnum**; i. e. lætitiam (postulaverunt a nobis).

v. 5. **oblivioni detur dextera mea**, scilicet **a me** = obliviscatur ei dextera mea.

v. 6. **fauces** = palatum; vide psl. 21, 15. — **propono** = pono. — **opono Ierusalem in principio** = pono Ierusalem principium = fastium; vide psl. 53, 5. et psl. 77, 14. Rgl. 52.

v. 7. **filii Edom** = Edomitæ; vide psl. 41, 1. — **in die Ierusalem** = diem Ierosolimæ fatalem. — **exinanite** = evertite; *ad verbum:* „nudate"; Ulf.: „zerſtöret ſie". — Latinum: *exinanio* = evacuo, inanem reddo. — Confer Cicer. Div. Verr. 4. „civitates vastare, domus *exinanire*, fana spoliare". Idem Verr. 2, 5. 50. — „vastare et *exinanire* agros". — De Idumæis, *instigatoribus* crudelitatis vide Thren. 4, 21. sqq.; Ezech. 24, 12. sqq., 35, 5. sqq.; Abd. v. 10. sqq.

v. 8. **misera** = vastanda. — **retribuet retributionem tuam** = rependet tibi id, quod tu fecisti; vide psl. 27, 4. — **quam retribuisti nobis** = id, quod tribuisti, fecisti nobis; vide psl. 7, 5. et Rgl. 5. pag. 16.

v. 9. **teneo** = apprehendo; consequens et antecedens; vide 72, 23.

De tali *parvulorum* necatione confer IV. Reg. 8, 12.; Is. 13, 16.; Os. 10, 14. sqq., 14, 1.; Nah. 3, 10.

PSALMUS 137. (hebr. 138)

Gratias ago Tibi Domine!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — David — gratias agit Deo pro beneficiis divinis, pro liberatione ex periculis, et pro promissionibus opere completis; ad finem orat, ut Deus eum etiam porro tueatur, et promissum de aeterna duratione throni adimpleat. —

Occasionem huic psalmo praebuit absque dubio promissio divina de regno Davidicae domus aeterno; vide psl. 2. „Occasio".

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. Ipsi David. Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei. In conspectu Angelorum psallam tibi:	1. Davidis **L**audabo Te toto corde meo, in conspectu deorum canam Te!
2. adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Super misericordia tua et veritate tua, quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.	2. Adorabo ad sanctum templum Tuum, et laudabo nomen Tuum ob gratiam et fidelitatem Tuam, quia omnia de Te (hucusque) nota superas promisso Tuo!
3. In quacunque die invocavero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.	3. Quo tempore clamavi, exaudisti me; corroborasti me — in anima mea virtus invaluit.

"

4. Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ, quia audierunt omnia verba oris tui:
5. et cantent in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini.
6. Quoniam excelsus Dominus et humilia respicit,
et alta a longe cognoscit.

7. Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.
8. Dominus retribuet pro me: Domine, misericordia tua in sæculum:
opera manuum tuarum ne despicias.

4. **L**audabunt Te, Domine, omnes reges terræ,
quando audiverint eloquia oris Tui.
5. Et canent de viis Domini;
magna est enim gloria Domini;
6. quoniam Dominus, quamquam excelsus, humilem respicit,
et superbum a longinquo animadvertit.
7. **S**i ambulavero in media tribulatione, vivificabis me,
contra iram inimicorum meorum extendes manum Tuam,
et dextera Tua me liberabit.
8. Dominus perficiet rem pro me;
Domine, gratia Tua manet in æternum;
opera manuum Tuarum ne derelinquas!

Ipsi David = Davidis; vide psl. 15, 1. — Græcus LXX. (*non* Vulata) addit Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου. — **confiteor tibi** = laudo te; *idem* . 2. 4.; vide psl. 6, 6. — **Domine**; addit Vulgata iuxta LXX. — **in toto** add.
orde = toto corde; vide psl. 2. 9. Rgl. 7. — **„quoniam audisti verba** add.
ris mei“ addit Vulgata iuxta LXX. — **angelorum** i. e. deorum; vide icta ad psl. 96, 7. — **„dii“** vocantur *vicarii Dei* — principes, iudices, agnates. *nunquam* angeli; confer 8, 16. — **psallo** = cano; vide 65, 4.

v. 2. **super** = ob, propter; hebraicum עַל (ʿal); vide psl. 118, 164. — **misericordia** = gratia; *idem* v. 8.; vide psl. 5, 8. — **veritas** = delitas; vide psl. 35, 6. — **quoniam magnificasti super omne nomen** var.
anctum tuum = quoniam magnificasti super omnia (hucusque audita) omen sanctum tuum. In textu masoretico est: *„Quia omnia de te* (hucusue) *nota superas promisso tuo“*. Res manet *eadem*; nam promissione dina de æterna duratione throni Davidici magnificavit Dominus super omnia omen sanctum suum; hæc promissio autem superat simul omnia de dispoitionibus divinis ad salvandos homines eo tempore nota. Vulgata exprimit rgo *„effectum“*, textus masoreticus — *„causam“*. — Divergentia nata est o, quod ἄγιον LXX. ortum est absque dubio ex λογίον = „verbum“, „proissio“; inde vertit Vulgata: *„sanctum tuum“* et non *„promissum tuum“*.

nomen = fama; i. e. quod nominatur, et inde notum fit. — **nomen uum** = fama de te = omnia de te hucusque nota; *„tuum“* omisit Vul- omis.
ata iuxta LXX. — **magnifico super omne nomen** = supero omnia, uæ hucusque nota sunt.

v. 3. **multiplicabis in anima mea virtutem;** pro: „corroborasti me, var.
anima mea virtus invaluit;“ sensus manet idem. — Græcus LXX. legit תַּרְהִבֵנִי (tarchibeni) pro: תַּרְהִבֵנִי (tarhibeni); ergo ח loco ה.

v. 5. **in viis** = de viis; vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

v. 6. **alta — humilia** — neutrum pro: „*superbia*“ — „*humilitas*“, et hoc pro: „*superbus*“ — „*humilis*“; vide psl. 101, 21. Rgl. 57. et psl. 10, 8. Rgl. 30.

add. v. 7. **et super iram** = contra iram; vide 40, 10. „*et*“ addit Vulg.

var. v. 8. **retribuet pro me**; pro: perficiet rem pro me. — Græcus LXX. legit: יִגְמֹל (jigmol), pro: יִגְמֹר (jigmor); ergo ל pro ר.

in saeculum = in æternum; vide 74, 10. — **despicio** = derelinquo.

PSALMUS 138. (hebr. 139.)

Adoro Te, o Deus omnipotens et immense!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — David — provocans ad Deum omnipotentem, omniscium et immensum, conqueritur, quod adversarii ipsum calumnientur, acsi conspiraret cum hostibus patriae et religionis. — De tempore exarationis nil certi statui potest.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
In finem; Psalmus David.	Præfecto musicæ. Psalmus Davidis.
1. Domine, probasti me, et cognovisti me:	1. Domine, Tu exploras me adeoque cognoscis me!
2. tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam.	2. Tu novisti sessionem et surrectionem meam,
3. Intellexisti cogitationes meas de longe:	intelligis cogitationes meas de longinquo.
semitam meam et funiculum meum investigasti.	3. Ambulationem et cubationem meam ventilas,
4. Et omnes vias meas prævidisti, quia non est sermo in lingua mea.	omnesque vias meas cognitas habes.
5. Ecce, Domine, tu cognovisti omnia, novissima et antiqua: tu formasti me, et posuisti super me manum tuam.	4. Sane nondum est sermo in lingua mea,
6. Mirabilis facta est scientia tua ex me:	en, Tu, Domine, nosti illum plene!
confortata est, et non potero ad eam.	5. A tergo et a fronte obsides me,
	imponisque mihi manum Tuam.
	6. Nimis mirabilis est mihi talis scientia;
	nimis sublimis, impar sum ei capiendæ.

7. Quo ibo a spiritu tuo?
et quo a facie tua fugiam?
8. Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.
9. Si sumsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris:
0. etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua.
1. Et dixi: Forsitan tenebræ conculcabunt me, et nox illuminatio mea in deliciis meis.
2. Quia tenebræ non obscurabuntur a te, et nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita et lumen eius.
3. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de utero matris meæ.
4. Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es:
mirabilia opera tua,
et anima mea cognoscit nimis.

15. Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto, et substantia mea in inferioribus terræ.
16. Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur, et nemo in eis.
17. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus:
nimis confortatus est principatus eorum.
18. Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur: exsurrexi, et adhuc sum tecum.

7. Quo eam præ spiritu Tuo,
et quo præ facie Tua fugiam?
8. Si ascendam in cœlos, Tu ibi es,
et si orcum mihi substernerem, —
ecce ades.
9. Si sumpsero alas auroræ,
et consedero in parte maris extrema;
10. etiam ibi ducet me manus Tua,
et comprehendet me dextera Tua.

11. Et si dixero: „Meræ tenebræ obtegant me,
et nox sit lux circa me,"
12. nec tenebræ obscuræ essent relate ad Te, —
et nox sicut dies lucida esset;
æquales (Tibi) sunt caligo et lux.
13. Tu enim creasti renes meos,
texuisti me in utero matris meæ.

14. Laudo Te propterea, quod mirum in modum sum formatus;
mirabilia sunt opera Tua,
et anima mea cognoscit hoc prorsus.
15. Ossa mea non erant occultata ante Te,
cum conformatus sum in abscondito,
— variegatus in inferioribus terræ.
16. Me embryonem viderunt oculi Tui
et in libro Tuo scripta sunt omnia;
dies prædestinati sunt, priusquam unus eorum esset.
17. Et quam difficiles intellectu sunt mihi cogitationes Tuæ Deus!
quam magnæ sunt summæ eorum!

18. Si eas numerare vellem, numerosiores sunt arena;
evigilo et adhuc sum — apud Te.

19. Si occideris Deus peccatores: viri sanguinum declinate a me:

20. quia dicitis in cogitatione:

Accipient in vanitate civitates tuas.

21. Nonne, qui oderunt te, Domine, oderam,
et super inimicos tuos tabescebam?

22. Perfecto odio oderam illos, et inimici facti sunt mihi.

23. Proba me, Deus, et scito cor meum:
interroga me, et cognosce semitas meas.

24. Et vide, si via iniquitatis in me est, et deduc me in via æterna.

19. Utinam occideres, o Deus, impium! vos autem viri sanguinolenti, discedite a me!

20. Qui pronuntiant nomen Tuum in finem sceleris,
efferunt in finem nequitiæ; — hostes Tui sunt.

21. Nonne odio habendi sint mihi, o Domine, ii, qui Te oderunt?
Nonne tædio habendi sint mihi adversarii Tui?

22. Odio perfecto odi eos;
pro inimicis sunt mihi.

23. Scrutare me Deus et animadverte cor meum;
explora me et cognosce cogitationes meas!

24. Et vide, num via mea sit prava, et deduc me in via æterne recta!

In finem; i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1. — **Psalmus David**; i. e. Davidis; vide psl. 3, 1. — **probo** = exploro, scrutor; *idem* v. 23.; vide psl. 25, 2.

v. 2. **resurrectio** = surrectio; vide Rgl. 5. pag. 16. et psl. 24, 10. Rgl. 43. Vulgata non LXX. trahit II. partem vv. 2. 3. 4ti ad 3. 4. 5tum.

v. 3. **de longe** = de longinquo. — **semitam** = ambulationem. — **funiculum**; pro: „*cubationem*“; LXX. τὴν σχοῖνον; hac voce græca designatur: 1. *iuncus*, (Binſe, ſíf, ſítí, sítka); 2. *res ex iunco contexta*, uti „*funis*“, „*storea*“, (Matte, rohož); — hic loci designatur „*storea*“ ad cubandum. Eodem iure, quo ponitur „*semita*“ pro „*ambulatione*“, ponitur etiam „*storea*“ pro „*cubatione*“.

v. 4. **praevidisti** = cognitas habes; — **quid** = sane; **non** = nondum.

var. v. 5. **omnia** = plene. — **tu formasti me**; pro: „*obsides me*“. Græcus LXX. derivat vocem hebr. a radice יצר, (jacar), loco צור (cur); ast de formatione *embryonis* in utero infra demum vv. 13.—16. sermo est. — **novissima et antiqua**; pro: „*a tergo et a fronte*“. — Græcus LXX. sumit *tropice* voces: „*a tergo*“, (hinter uns, za námi) = præterita, antiqua; — „*a fronte*“, (vor uns, před námi) = præsentia, novissima.

add. v. 6. **ex me** = ex parte mea = mihi. — **scientia tua**; „*tua*“ addit Vulgata iuxta LXX. — **confortata est** = nimis sublimis est; confer psl. 17, 18. — **non potero ad eam** = impar sum ei capiendæ; confer 128, 2.

add. v. 9. **pennas meas diluculo** = alas auroræ; „*meas*“ addit Vulgata iuxta LXX. — **diluculum** = aurora; vide psl. 107, 3.

extrema = extrema pars; vide psl. 34, 6. Rgl. 50.

v. 10. **illuc**; pro: ibi; vide 131, 17. — **deduco** = duco. — **teneo**; pro: comprehendo; vide psl. 72, 23. — **etenim** = etiam; vide psl. 15, 6.

v. 11. **forsitan tenebrae**; i. e. meræ tenebræ. — **forsitan** = utique. — **conculco**; pro: celo, obtego; metafora. — **illuminatio** = lux; vide psl. 26, 1. — **in deliciis meis**; pro: „*circa me*“. — Græcus LXX. var. legit impunctatum בעדני *b'e'dni*“ loco „*ba"deni*“.

v. 12. **obscurabuntur a te** = obscuræ essent tibi. — **illuminor** = lucidus sum. — **sicut tenebrae eius ita et lumen eius** = caligo et lux æquales *tibi* sunt. — Pro suffixo II. personæ ponit LXX. et Vul- var. gata suffixum III. personæ; sensus est idem.

v. 13. **possedisti** = creasti; consequens et antecedens. — **susce-pisti** (LXX. ἀντελάβου) **me de utero**; pro: „*texuisti* (b. Hieron.: „con- var. flasti) *me in utero*“. — Hebraicum סכך (sakak) denotat: 1. „*texuit*“, 2. „*texit*“; in *hiktîl* — „*protexit*“; et hanc significationem respexit LXX. et Vulgata; vide „susceptor“ psl. 3, 4.

v. 14. **confiteor tibi** = laudo te; vide psl. 6, 6. — **terribiliter magnificatus es**; pro: „*mirum in modum formatus sum*“. — Pro I^ma per- var. sona legit Græcus LXX. II^dam personam; — hebr. „*nifla'*“ (vide psl. 4, 3.) denotat: „eximius — admirabilis factus est“. Sensus manet idem; nam mirum opus cedit in laudem auctoris; effectus et causa.

nimis = prorsus; Ill.: „gar wohl“; dokonale.

v. 15. **os meum**; collectivum = ossa mea. — **a te** = *ante* te. — **quod fecisti**; pro: „*cum conformatus sum*“; — Græcus LXX. legit „*assita*“ loco „*usseti*“. — **in abscondito** = i. e. in utero matris; confer v. 13. — **substantia mea**; LXX. „ἡ ὑπόστασίς μου“; pro: „*variegatus* var. *um*“. - Græcus LXX. habuit in textu suo קמתי loco רקמתו; ergo ' loco ו; legit „*j'kamati*“ loco „*rukkamti*“. — **inferiora terrae**; i. e. uterus maternus; vocatur sic h. l., quia est tenebrosus et inde cavernis terræ similis.

v. 16. **imperfectum meum**; i. e. „me embryonem.“ — **omnes** = omnia. — **formabuntur**; i. e. prædestinati sunt; Schegg et Ill.: „werden bestimmt“. — **et nemo in eis**; i. e. priusquam unus eorum esset.

v. 17. **mihi** (i. e. *a me*) **autem nimis honorificati sunt amici tui**; pro masoretico: „*et quam difficiles intellectu sunt mihi cogitationes tuæ*“. — **amici**; pro: „*cogitationes*“; hebraicum רֵעַ (reâ) = 1. amicus, socius; 2. cogitatio, ut ipsa Vulgata in versu 2. vertit: „intellexisti *cogitationes* meas“. — **honorificati**; pro: „*difficiles intellectu*“; hebraicum יָקַר (jakar) = „gravis fuit“ metaforice — „difficilis fuit intellectu;“ 2. pretiosus, carus, honoratus fuit. — **confortatus** = magnus; hebraica vox hoc et illud significat; confer psl. 57, 18. — **principatus**; i. e. summa; hebraico רֹאשׁ (roš) designatur: 1. *caput*; 2. *summum* et supremum; inde etiam princeps; 3. *summa, numerus universus* (qui etiam summus est), etc. Eandem vocem vertit Vulgata „*principium*“ in psl. 118, 160.

v. 18. **super arenam multiplicabuntur** = numerosiores sunt arenā; vide psl. 39, 13. — **exsurgo** = evigilo; vide psl. 56, 9.

v. 19. **si occideris** = utinam occideres; vide psl 50, 9. Rgl. 55. **vir sanguinum** = vir sanguinolentus; vide psl. 5, 7. Rgl. 15. **declino** = discedo; Ill.: „weichet von mir“; „odstupte ode mne.“

v. 20. **quia dicitis**; pro: „*qui pronuntiant te*“, seu „nomen tuum“.

Participium hebraicum resolvit Græcus LXX. II. persona pluralis verbi finiti et „ὅτι“; (Vulgata „quia“). — **in cogitatione**; LXX. εἰς διαλογισμόν; pro: „*ad scelus*“ = in finem sceleris; vide psl. 3, 3. Rgl. 9.

Hebraico מְזִמָּה (m'zimmâ) designatur: 1. cogitatio, consilium (sensu bono vel *malo*); 2. insidiæ, machinationes; 3. scelus = זִמָּה (zimmâ), quod Vulgata vertit in psl. 119, 150. „*iniquitas*“. — **accipient**; pro: „*efferunt*“; hebraica vox hoc et illud significat; vide psl. 23, 4. — **in vanitate**; i. e. in finem nequitiæ; vide psl. 11, 3.; 40, 7. et 3, 3. Rgl. 9. — **civitates**; pro: „*hostes*“; hebraicum עָר (ʿar) = 1. urbs; 2. hostis. — Vulgata ipsa vocem hanc vertit „*æmulus*“ in I. Sam. 28, 16.

v. 21. **oderam**; i. e. odio habendi sunt mihi. — De *Potentiali* vide psl. 5, 8. Rgl. — **tabesco super aliquem** = tædio habeo eum.

v. 24. **inimici facti sunt mihi** = pro inimicis sunt mihi. — **fio** = sum; vide psl. 79, 18. — **interrogo** = exploro; vide psl. 10, 6. — **semita**; collectivum = cogitationes; confer v. 3. — **si via iniquitatis in me est** = si via mea est iniquitas = num via mea sit prava. — **si** = num; vide psl. 57, 2. — **in via aeterna** = in via æterne recta.

PSALMUS 139. (hebr. 140.)

O Domine! serva me ab hostibus dolosis et violentis!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — David — enixe rogat Deum, pro liberatione ab hominibus violentis, insidiosis et malitiosis; hi excidant consiliis et condigne puniantur. Ad finem contestatur fiduciam suam in Dei auxilium. — Argumentum hoc optime respondet persecutionibus Sauli, de quibus agitur in I. Sam. 22, 9. . . et 23, 19. . . .

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. In finem; psalmus David.	1. Præfecto musicæ — Psalmus Davidis.
2. Eripe me, Domine, ab homine malo, a viro iniquo eripe me.	2. Libera me, Domine, ab homine malo, a viro violento custodi me!
3. Qui cogitaverunt iniquitates in corde: toto die constituebant prœlia.	3. Ab iis, qui excogitant mala in corde, quotidie habitant in bellis.
4. Acuerunt linguas suas sicut serpentis: venenum aspidum sub labiis eorum.	4. Acuunt linguam suam instar serpentis, venenum aspidis est sub labiis eorum. (sela).

5. Custodi me, Domine, de manu peccatoris, et ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitaverunt supplantare gressus meos:
6. absconderunt superbi laqueum mihi, et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuerunt mihi.

7. Dixi Domino: Deus meus es tu: exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ.
8. Domine, Domine, virtus salutis meæ,
obumbrasti super caput meum in die belli.
9. Ne tradas me, Domine, a desiderio meo peccatori,
cogitaverunt contra me: ne derelinquas me,
ne forte exaltentur.
10. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos.
11. Cadent super eos carbones,
in ignem deiicies eos:
in miseriis non subsistent.
12. Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustum mala capient in interitu.
13. Cognovi, quia faciet Dominus iudicium inopis,
et vindictam pauperum.
14. Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo,
et habitabunt recti cum vultu tuo.

5. **S**erva me, Domine, a manibus impii!
a viro violento defende me!

ab iis, qui moliuntur impellere pedes meos!
6. Fastuosi occultabant laqueum mihi et pedicas,
expandebant rete iuxta viam;
tendiculas ponebant mihi!

7. **D**ico Domino: „Deus meus es Tu,
exaudi Domine vocem deprecationis meæ!“
8. Iehova, Dominus meus, est arx salutaris mea,
Tu protexisti caput meum die pugnæ!
9. Ne adimpleas, Domine, desideria impii,
consilium eius malum, — exitum habere ne sinas, —
fastuosi fiunt. (sela.)
10. **C**aput eorum, qui cingunt me,
eos operiat culpa labiorum eorum!
11. Demittantur super eos prunæ,
in ignem coniiciat eos —
in gurgites aquarum, ne surgant!
12. Obtrectator non subsistet in terra,
virum violentum apprehendet pernicies — propere.
13. **S**cio, Dominum acturum esse causam afflicti,
— ius miserorum.
14. Profecto iusti gratias agent nomini Tuo,
probi permanebunt ante faciem Tuam.

In finem, i. e. ad liturgiam sacram = præfecto musicæ; vide psl. 4, 1. — **psalmus David** = psalmus Davidis; vide psl. 3, 1.
v. 2. **iniquus** = violentus; *idem* v. 5.; vide psl. 17, 49.
v. 3. **cogito** = excogito. — **tota die**; i. e. quotidie; vide 70, 15.
v. 5. **supplantare gressus** = impellere pedes; vide 16, 13.; 40, 10.

v. 6. **funes**; i. e. pedicæ. — **in laqueum**; pro; laqueum, rete; vid psl. 24, 15. — **scandalum**; i. e. tendiculæ; vide psl. 68, 23.

v. 8. **virtus salutis meae** = arx salutaris mea; vide psl. 4, 2 Rgl. 11. — **obumbro super caput** = obumbro, protego caput.

v. 9. **ne tradas me a desiderio meo peccatori** = ne tradas de siderium meum peccatori (b. Hilar. et Cod. Sang.) = ne tradas ea, qu ego desidero, peccatori; in textu masoretico est: *„ne adimpleas desideri impii“*. Sensus est idem: „Ne permittas, ut ea, quæ ego desidero, cedan
add. in favorem impii“. — **„meo“** addit Vulgata iuxta LXX. — **cogitaverun**
var. **contra me**; pro: *„consilium eius malum“*; de „cogito“ vide psl. 82, 4.

Græcus LXX. legit impunctatum זממו — *„zam'mu“* = „cogitaverunt loco *„z'ma'mo“* = „consilium eius“; insuper addidit: κατ' ἐμοῦ, *„contra me“* — **ne relinquas me**; pro: *„exitum habere ne sinas“*; effectus pro causa

Græcus LXX. hebr. אַל־תַּפֵּק — *„al-tafek“* = „ne ad exitum per ducas“ = „ne promoveas“, sensu *latiori* expressit, quin mutetur sensus **ne forte exaltentur**; pro: *„fastuosi fiunt“*; vide psl. 130, 1. —
add. **„ne forte“** addit Vulgata iuxta LXX.

v. 10. **caput circuitus eorum** = caput eorum, qui cingunt me. — **labor** = culpa; Aq. et Schegg: „Unheil“.

var. v. 11. **deiicies**; pro: „coniiciet“. II. persona loco III.; sensu eodem — **in miseriis**; pro: *„in gurgites aquarum“*; res designata pro imagine — **non subsistent**; pro: ne surgant!

v. 12. **vir linguosus**; i. e. obtrectator. — **dirigor** = subsist
var. vide psl. 7, 10. — **in interitu**; pro: „propere“.

Græcus LXX. derivavit vocem hebraicam a radice דָּחַךְ (dachak) = „pressit“, loco דחף (dachaf) = „impulit“, passivum „properavit“.

v. 13. **cognovi** = novi, scio; vide Rgl. 5. — **facio iudicium in pis** = ago causam inopis = afflicti. — **et vindictam pauperum**: i. ius miserorum; effectus et causa; vide psl. 9, 10. — *„et“* addit Vulgat iuxta LXX.

v. 14. **verumtamen** = profecto; vide psl. 38, 6. — **confiteor al cui** = gratias ago ei; vide psl. 6, 6. — **cum vultu tuo** = ante facie tuam; vide psl. 15, 11.

Nota. Hebraicum „sela“ (vide psl. 3, 3) post v. 4. et 9. Vulgat non vertit; LXX. ponit „διάψαλμα“, b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 140. (hebr. 141.)

Oratio assidua vincet malitiam adversariorum.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — David — rogat Deum, ne admittat, ut verbo vel opere quidquam perperam agat impr borum consuetudine allectus; precatur, ut Deus ipsum tueatur, et insidias, quas inimici ipsi struunt, vertat — in perniciem auctorum. — Q occasione David psalmum hunc exaraverit, cum certitudine statui nequit.

Textus Vulgatæ.

. Psalmus David.
Domine, clamavi ad te, exaudi me: intende voci meæ, cum clamavero ad te.
. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo:
elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.
. Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis.
. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem: et non communicabo cum electis eorum.
. Corripiet me iustus in misericordia, et increpabit me:
oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.
Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum:
. absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.
Audient verba mea, quoniam potuerunt:
. sicut crassitudo terræ erupta est super terram. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum:
. quia ad Te, Domine, Domine, oculi mei:
in te speravi, non auferas animam meam.
. Custodi me a laqueo, quem statuerunt mihi, et a scandalis operantium iniquitatem.
. Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego, donec transeam.

Versio textus hebraici.

1. Psalmus Davidis.
Domine, invoco Te, festina ad me,
audi vocem meam, cum clamo ad Te!
2. Sit oratio mea — suffimentum coram Te,
elevatio manuum mearum – sacrificium vespertinum!
3. **P**one, Domine, custodiam ori meo,
vigila ad ostium labiorum meorum!

4. Ne inclinari sinas cor meum ad rem malam,
ne perpetrem facinora impie
cum viris maleficis,
neve comedam de cupediis eorum!

5. **P**ercutiat me Iustus benevole et castiget me, —
oleum capitis est, non est, quod recuset caput meum.
Sane adhuc preces fundo in malis illorum.
6. Si præcipitati fuerint per latera petræ principes eorum,
tunc cognoscent, verba mea esse suavia.
7. **U**t si quis findit et secat in terra,
sparsa sunt ossa nostra ad os orci.

8. Sane ad Te, Iehova Domine, sunt directi oculi mei,
in Te fiduciam colloco; ne permittas, ut effundatur sanguis meus!
9. **T**uere me a laqueo, quem ponunt mihi!
atque a tendiculis maleficorum!
10. Cadant in retia sua improbi, —
simul ego dum prætereo!

v. 1. **Psalmus David** = psalmus Davidis; vide psl. 3, 1. — **exaudi me**: pro: festina ad me; causa et effectus. — **intendo voci** = attendo ad vocem, audio; vide psl. 5, 3.

v. 2. **dirigatur**; i. e. ascendat, sistat se, sit. — „*sit* **sicut incensum**“ (comparatio) = „*sit incensum*“ (metaphora); es gelte als Rauchopfer, budiž oběti kadidelnou; hebraicum תְּכוֹן (tikon) a radice „*kun*“ (vide psl. 100, 7.) Vulgata vario modo vertit uti: „*auxiliabitur*“ (88, 22.); „*firmavit*“ (93, 1.); „*correxit*“ (96, 10.); „*permanebit*“ (Ier. 30, 20.); „*roborantur*“ (Prov. 20, 18.); „*firmum erit in perpetuum*“ (Prov. 20, 18.). — **incensum** = suffimentum. — **in conspectu tuo** = coram te; vide Rgl. 4. pag. 16. — **elevatio manuum mearum** (signum) = oratio mea (res signata).

var. v. 3. **ostium circumstantiae**; LXX. θύραν περιοχῆς = ostium arcis i. e. ostium firmissimum. — „*Circumstantia*“ Vulgatæ vocatur: 1. id, quod circumstat, circumdat aliquid; dein 2. *locus editus*, undique muris cinctus; græcam vocem „περιοχή“ vertit Vulgata *bina* vice „*arx*“ in II. Sam. 5, 7. 9. — Sensu eodem habet textus masor.: „*vigila ad ostium labiorum meorum*“.

Græcus LXX. habuit hic loci נִצְרָה (nicrâ), quod est *Imperativus* cum ה paragogico = „vigila“ pro *Nomine* „circumstantia“.

v. 4. **declino** = inclinari sino. — **verba malitiae** = res mala; vide psl. 40, 9. — **ad excusandas excusationes in peccatis**; i. e. ad faciendas excusationes peccatorum commissorum; pro: „*ne perpetrem facinora impie*“; consequens pro antecedente. — **non communicabo cum electis eorum** = ne comedam de cupediis eorum; Schegg: „nicht mög ich theilnehmen an ihren Süßigkeiten“. — **communico** (scil. ad mensam) = comedo. — **cum electis** = de rebus electis = de cupediis.

v. 5. **corripio**; i. e. percutio. — **in misericordia** = benevole
var. vide psl. 5, 8. et 11, 3. Rgl. 31. — **increpo**; i. e. castigo. — **oleum autem peccatoris non impinguet caput meum**; i. e. cum impiis non communicabo; in textu masoretico est: „*oleum capitis est; non est, quod recuset caput meum*“. — Sensus est: Si Deus me castigat, me percutit, est mihi, acsi oleo caput meum ungeret; (effusio enim olei in caput alicuius est signum honoris) = „*lætus perferrem castigationes divinas*“.

Græcus LXX. legit רָשָׁע „raš'a“ = „*peccator*“, loco רֹאשׁ „roš“ = „*caput*“. Porro vocem hebraicam יָנִי (iani); i. e. „*recusavit*“, accepit significatione arabici „naveja“ = „*impinguescere*“.

quoniam; pro: sane; vide psl. 90, 3. — **oratio mea** = ego oro, preces fundo; confer psl. 17, 24. „iniquitas mea“. — **in beneplacitis** (scilicet sensu malo) **eorum**; pro: „*in malis illorum*“; Schegg: „bei ihren Gelüsten“. Græcus LXX. sumpsit hebraicum „raot“ significatione *chaldaica*.

var. v. 6. **absorpti sunt iuncti petrae**; pro: „*si præcipitati fuerint per latera petræ*“. — **absorbeor** = rapior; in textu masoretico est: „*præcipitor*“; causa et effectus. — **iuncti petrae** = per latera petræ; Schegg: „herab vom Felsen“. — **iudices** = principes.

audient; pro: cognoscent; causa et effectus. Vocabula sententiæ si ordinentur; „audient, quoniam verba mea *potuerunt*“, i. e. potentia sunt
var. (coram Domino); in textu mas. et in LXX. est sensu eodem (causa pro effectu): „*suavia sunt*“; ὅτι ἠδύνθησαν; Vulgatus legit per errorem ἠδυνήθησαν.

v. 7. **sicut crassitudo terrae erupta est super terram;** i. e. sicut var. densa gleba (resecta) eiicitur super terram; in textu masoretico est: *„ut si quis findit et secat in terra“;* effectus et causa; sensus manet idem.

Græcus LXX. legit impunctatum פלח — „felach“; i. e. *„pars resecta“* loco „foleach“; i. e. „secans, findens“. — **crassitudo terrae** = crassa humus = gleba densa. — **erumpi** = eiici, scilicet e terra rupta, secta. **secus infernum** = ad os orci.

v. 8. **quia**; i. e. sane; vide psl. 138, 4. — **oculi mei;** scilicet sunt directi. — **non auferas animam meam;** i. e. non permittas, ut auferatur vita mea, vel ut effundatur sanguis meus; vide 34, 4.

v. 9. **statuo** = pono. — **scandalum** = tendicula; vide psl. 139, 6. — **in retiaculo** = in rete = in retia; vide psl. 7, 12. Rgl. 21.

v. 10. **singulariter sum ego, donec transeam** = simul ego dum prætereo; de *„jachad“* vide psl. 4, 9. — **transeo** = prætereo.

PSALMUS 141. (hebr. 142.)

Non est mihi amicus praeter Te, o Deus!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — David, — in spelunca versans, enixe rogat, ut Deus ipsum liberet ab insidiis regis Sauli. Argumentum magis facit pro spelunca Odollam (I. Sam. 22, 1.), quam pro specu in deserto Engeddi (I. Sam, 24.) ob maius in illa periculum.

Textus Vulgatæ.

1. Intellectus David, cum esset in spelunca, oratio.
2. Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominum deprecatus sum.
3. Effundo in conspectu eius orationem meam, et tribulationem meam ante ipsum pronuntio.
4. In deficiendo ex me spiritum meum, et tu cognovisti semitas meas.
   In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.
5. Considerabam ad dexteram, et videbam, et non erat, qui cognosceret me.

Versio textus hebraici.

1. Carmen didacticum Davidis; cum esset in spelunca; — Oratio.
2. Voce mea ad Dominum clamo, voce mea ad Dominum suspiro.
3. Effundo coram Eo querelam meam, tribulationem meam coram Eo notam facio.
4. Quando languet in me spiritus meus, sane Tu cognitam habes semitam meam;
   in via, qua mihi ambulandum est, occultarunt laqueum mihi.
5. Respice ad dexteram et vide, et nemo est, qui cognoscat me;

Periit fuga a me, et non est,
qui requirat animam meam.
6. Clamavi ad te, Domine,
dixi: Tu es spes mea,
portio mea, in terra viventium.
7. Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis.
Libera me a persequentibus me, quia confortati sunt super me.
8. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo:
me exspectant iusti,
donec retribuas mihi.

Evanuit refugium mihi,
nemo est, qui curam mei gerat!
6. Clamo ad Te Domine;
Dico: „Tu es refugium meum,
portio mea in terra vivorum!“
7. Attende ad vociferationem meam,
nam exhaustus sum nimis;
Libera me a persecutoribus meis,
nam valentiores sunt me!
8. Educ ex carcere animam meam,
ut celebrem nomen Tuum!
Iusti ad me congregantur,
eo quod benefacis mihi.

Intellectus David = *carmen didacticum Davidis*; vide 31, 1. et 3, 1

v. 3. **oratio**; i. e. querela.

v. 4. **in deficiendo ex me spiritum meum** = quando languet in me spiritus meus; vide psl. 9, 7. et 9, 2. Rgl. 23. — **ex me** = in me hebr. אַל (al). — **semitas meas**; i. e. sortem meam, fata mea. — **qua ambulabam** = quā mihi ambulandum est; *de Potentiali* vide 5, 8. Rgl. 16

v. 5. **considerabam — videbam**; pro: „*respice*“ — „*vide*“. — Vocum hebraicarum *eadem* est forma in *Infinitivo* et *Imperativo*. — Græcu LXX. habuit illas voces pro Infinitivis. — **periit fuga a me**; i. e. fuga fui mihi impossibilis = evanuit refugium mihi; causa et effectus. — **perii** add. **a me** = *periit mihi* — „**et**“ addit Vulgata iuxta LXX. — **requiro animam alicuius** = curam eius gero. — Hebr. דָּרַשׁ (daraš) cum לְ (directionis) denotat: „*studuit alicui*“, „*curam eius gessit*“.

v. 6. **spes**; i. e. refugium; vide psl. 60, 4.

v. 7. **intendo ad** = attendo ad; vide psl. 5, 3. — **humiliatus** = exhaustus; b. Hieron.: „infirmatus“; vide psl. 114, 6. — **confortati sunt super me** = validiores sunt me; vide psl. 4, 8. Rgl. 13. et 17, 18

v. 8. **custodia** = carcer. — **confiteor nomini** = celebro nomen vide psl. 6, 6. — **me exspectant iusti**; pro: „ad me congregantur iusti“ antecedens et consequens. — **donec** = eo quod; hebr. כִּי (ki). — **retribuo** = tribuo, benefacio; vide psl. 118, 17.

PSALMUS 142. (hebr. 143.) (VII. poenitentialis.).

Domine vivifica me!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — David — enixe gat, ut Deus ipsum liberet ex praesenti vitae periculo. Orans erigit antiquis auxilii divini exemplis, et sperat, se quoque nunc liberatum iri.
Exaravit psalmum verosimile in fuga a rebelle filio Absalone, ut id lgata iuxta LXX. in inscriptione expressit. —

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
. Psalmus David, quando persequebatur eum Absalom filius eius.	1. Psalmus Davidis.
Domine, exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua iustitia.	**D**omine, audi orationem meam, ausculta supplicia mea! pro fide Tua exaudi me; pro iustitia Tua!
. Et non intres in iudicium cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.	2. Neque eas in iudicium cum servo Tuo, nam culpā vacuus non est coram Te ullus vivens!
. Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.	3. **P**ersequitur enim hostis animam meam, conterit ad terram usque vitam meam, et collocat me in tenebris instar dudum mortuorum.
Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi:	4. Inde languet in me spiritus meus, in pectore meo stupet cor meum.
. et anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.	
. Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.	5. **R**ecordor dierum pristini temporis, cogito de omnibus operibus Tuis, — meditor de operibus manuum Tuarum.
. Expandi manus meas ad te: anima mea, sicut terra sine aqua, tibi.	6. Ad Te expando manus meas, Te sitit anima mea ut terra languescens. (sela.)
. Velociter exaudi me, Domine: defecit spiritus meus.	7. **V**elociter exaudi me, Domine, spiritus meus conficitur! Ne occultes faciem Tuam a me; similis enim fierem illis, qui descendunt in sepulchrum!
Non avertas faciem tuam a me, et similis ero descendentibus in lacum.	

8. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speravi.
Notam fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam.
9. Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi:
10. doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam:
11. propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in æquitate tua.
Educes de tribulatione animam meam,
12. et in misericordia tua disperdes inimicos meos.
Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam ego servus tuus sum.

8. Fac me mane audire gratiam Tuam, nam in Te fiduciam colloco!
notam fac mihi viam, qua eam, ad Te enim elevo animam meam!
9. Libera me ab inimicis meis, Domine, in Te confido.
10. Doce me facere voluntatem Tuam, Tu enim Deus es meus!
Spiritus Tuus bonus ducat me in solo plano!
11. Propter nomen Tuum, Domine, vivifica me!
Tu ex angustiis educes animam meam pro iustitia Tua,
12. et pro gratia Tua disperdes inimicos meos,
et perire facies omnes adversarios animæ meæ;
Tuus enim servus sum ego.

Psalmus David = psalmus Davidis; vide psl. 3, 1. — **„quando** add. **persequebatur eum Absalom, filius eius“**; addit Vulgata iuxta LXX — **auribus percipe** = ausculta; vide psl. 83, 9. — **in veritate tua** = pro fide tua; vide psl. 35, 6.; de "*in*„ (bis) vide psl. 3, 3. Rgl. 10.

v. 2. **iustificor** = culpa vacuus sum. — **non omnis** = non ullus; vide 9^2, 11. Rgl. 27. — **in conspectu tuo** = coram te; vide Rgl. 4.

v. 3. **humilio** = contero; vide 71, 4. — **in terra** = ad terram usque; vide psl. 3, 3. Rgl. 9. — **mortui saeculi** = dudum mortui; vide psl. 23, 7. „olam“.

v. 4. **et** = inde. — **turbatur**; pro: „stupet“; confer psl. 89, 7.

v. 5. **dies antiqui** = dies pristini temporis; vide psl. 88, 50.

v. 6. **tibi** = te; scilicet sitit anima mea. — **terra sine aqua** = terra languescens; vide psl. 106, 35.

v. 7. **defecit** = conficitur; vide psl. 9, 7. et 38, 12. — **averte faciem** = occulto; vide psl. 12, 1. — **lacus** = sepulchrum; vide 27, 1.

v. 8. **misericordia** = gratia; vide psl. 5, 8.

v. 9. **ad te confugio** = in te confido; effectus et causa.

v. 10. **deduco** = duco. — **in terram rectam** = in solo plano.

v. 11. **in aequitate tua** = pro iustitia tua; vide v. 1.

v. 12. **in misericordia tua** = pro gratia tua; vide v. 1.

Nota. Hebraicum „sela“ (vide psl. 3, 3) post v. 6. latina Vulgata non vertit; LXX. habet: „διάψαλμα“ — b. Hieron. „semper“.

PSALMUS 143. (hebr. 144.)

Deus opem feret, benedicet populo suo.

Auctor, argumentum et tempus. — Regius psaltes — David — celebrat Deum, firmissimum praesidium suum, sine quo nihil potest homo. — Dein implorat contra hostes dolosos auxilium divinum, quo incusque favente res populi electi prospere procedunt.

De tempore exarationis certi quid statui nequit. —

Textus Vulgatæ.

1. Psalmus David, adversus Goliath.
Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prœlium,
et digitos meos ad bellum.
2. Misericordia mea, et refugium, meum; susceptor meus, et liberator meus: protector meus, et in ipso speravi: qui subdit populum meum sub me.
3. Domine, quid est homo, quia innotuisti ei?
aut filius hominis, quia reputas eum?
4. Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut umbra prætereunt.
5. Domine, inclina cœlos tuos, et descende:
tange montes, et fumigabunt.
6. Fulgura coruscationem, et dissipabis eos: emitte sagittas tuas, et conturbabis eos:
7. emitte manum tuam de alto, eripe me, et libera me de aquis multis:
de manu filiorum alienorum.
8. Quorum os locutum est vanitatem: et dextera eorum dextera iniquitatis.

Versio textus hebraici.

1. Davidis.

Benedictus sit Dominus, petra mea,
qui instituit manus meas ad pugnam,
digitos meos ad bellum.
2. Gratia mea et arx mea,
excelsum munimentum meum et liberator meus,
clipeus meus, ad quem confugio,
qui subiecit populum meum mihi.
3. Domine, quid est homo, quod animadvertis eum;
filius hominis, quod eius rationem habes!
4. Homo similis est halitui,
dies eius sunt sicut umbra præteriens.
5. Domine, inclina cœlos tuos et descende,
tange montes et fumabunt.
6. Emitte fulgura et disperge eos,
mitte sagittas Tuas et conturba eos!

7. Extende manus Tuas ex alto,
eripe me et libera me ex aquis multis, —
e manu peregrinorum,
8. quorum os loquitur falsa,
et quorum dextera est dextera mendax.

9. Deus canticum novum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi.
10. Qui das salutem regibus: qui redemisti David servum tuum de gladio maligno:
11. eripe me. Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum, dextera iniquitatis:
12. quorum filii sicut novelæ plantationes in iuventute sua. Filiæ eorum compositæ: circumornatæ ut similitudo templi.
13. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oves eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis:
14. boves eorum crassæ. Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.
15. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: beatus populus, cuius Dominus Deus eius.

9. **D**eus canticum novum cantabo Tibi, lyra decachorda canam Tibi!
10. qui das regibus victoriam, qui liberasti Davidem, servum suum, a gladio malo.
11. **E**ripe me et libera me ex manu peregrinorum, quorum os loquitur falsa et quorum dextera est dextera mendax.
12. Sane filii nostri sunt sicut plantæ — educati in iuventute sua, filiæ nostræ sicut columnæ angulares — excisæ ad structuram palatii.
13. Promptuaria nostra sunt plena, suppeditantia de quavis specie. — Oves nostræ producunt millia, in myriades multiplicatæ sunt in pascuis nostris.
14. Vaccæ nostræ sunt gravidæ; non est ruptura, nec exitus, nec ululatus in plateis nostris.
15. Beatus est populus, cui sic est; Beata natio, cuius Deus est — Dominus!

add. **David** = Davidis; vide psl. 3, 1. — **psalmus**; addit Vulgata (non add. LXX.). — **„adversus Goliath“** addit Vulgata iuxta LXX. — **Deus meus**; add. pro: petra mea; vide psl. 17, 32.; **„et“** addit Vulgata (non LXX.)

v. 2. **misericordia** = gratia; vide psl. 5, 8. — **refugium** = arx; vide psl. 17, 32. — **susceptor**; pro: excelsum munimentum; vide 17, 3. — **protector**; pro: clipeus; vide psl. 17, 3. — **spero in aliquo** = con- var. fugio ad eum; vide psl. 117, 9. — **innotuisti ei**; pro: „animadvertis eum“: effectus et causa; Græcus LXX. legisse videtur formam *hitkattel* verbi יָדַע (jadâ). — **reputas eum** = rationem eius habes; Ald.: „achten auf . . .“.

v. 4. **vanitas**; i. e. halitus; vide psl. 61, 10. („vani“).

v. 6. **fulgura coruscationem**; pro: *emitte fulgura.* — Lat. *„fulguro“* = *fulgur emitto;* Cic. Div. 2, 18. — **coruscatio** vocatur splendor micans et tremulus, ut fulguris et huiusmodi; confer psl. 76, 19.

v. 7. **filii alienorum** = peregrini; *idem* v. 11.; vide psl. 17, 46.

v. 8. **vanitatem** = falsa; *idem* v. 11.; vide psl. 11, 3. — **dextera iniquitatis** = dextera mendax; *idem* v. 11.; vide 51, 5. et 4, 2. Rgl. 11.

v. 9. **psalterium** = lyra; vide 91, 4. — **psallo** = cano; vide 65, 4.

v. 10. **salus**; i. e. victoria; vide psl. 32, 16. — **malignus** = malus.

v. 12. **sicut novellae plantationes** = sicut plantæ educati. — var. **filiae eorum compositae**; pro: *„filiæ nostræ sicut columnæ angulares“*. In vv. 12., 13. et 14. ponit Vulgata iuxta LXX. III. personam pro I^ma^. — **compositae** = ornatæ; LXX. κεκαλλωπισμέναι; Schegg: „geſchmückt“; *„compono“* = orno, decenter dispono; v. c. „comas“ Ov. R. Am. 679.; „togam“ Cic. Rosc. Am. 46. etc. — pro imagine ponitur res designata; sic etiam sequens: **circumornatae ut similitudo templi**; pro: *„excisæ ad structuram palatii“*. — De voce „templum“ vide psl. 5. „Nota“.

v. 13. **eructantia ex hoc in illud**; i. e. suppeditantia de quavis specie frumenti. — **eructo** = eiicio, emitto, proferro, suppedito. — **hoc et illud**; i. e. quævis species rei, de qua sermo est. — **oves eorum foetosae**; pro: *„oves nostræ producunt millia“*; effectus et causa. — **abundantes**; pro: *„in myriades multiplicatæ sunt“*. — Vulgata iuxta LXX. rem *generatim* tantum exprimit. — **egressus**; i. e. pascua, in qua greges egredi solent; Schegg: „auf ihren Zügen“.

v. 14. **boves eorum**; i. e. vaccæ nostræ; Schegg: „Rinder“; hebr. var. vox est communis generis. — **ruina maceriae**; i. e. ruptura (Breſche, prûlom); sive caularum sive mœnium. — **transitus**, scilicet bestiarum vel furum per rupturam caularum; vel hostium per rupturam mœnium = *exitus*, scilicet in captivitatem. — **clamor** = ululatus causante calamitate.

v. 15. **cuius Dominus Deus eius** = cuius Deus est — Dominus seu Iehova. — **„eius“** abundat; vide psl. 18, 4. Rgl. 38.

PSALMUS 144. (hebr. 145.)

Dei maiestas et benignitas immensa.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — David — celebrat hocce hymno alphabetico maiestatem et potentiam Dei, quae in omnibus operibus conspicua est, nec non benignitatem, quam Deus hominibus et imprimis piis exhibet. — Tempus exarationis ignoratur.

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
1. Laudatio, ipsi David.	1. Canticum laudis; a Davide.
Exaltabo te, Deus meus rex,	ℵ Exaltabo Te Deus mi o rex!
et benedicam nomini tuo in	et benedicam nomini Tuo in æter-
sæculum et in sæculum sæculi.	num et semper.
2. Per singulos dies benedicam	2. ב Omni die benedicam Tibi
tibi,	

et laudabo nomen tuum in sæculum et in sæculum sæculi.
3. Magnus Dominus et laudabilis nimis,
et magnitudinis eius non est finis.
4. Generatio et generatio laudabit opera tua, et potentiam tuam pronuntiabunt.
5. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur,
et mirabilia tua narrabunt.
6. Et virtutem terribilium tuorum dicent, et magnitudinem tuam narrabunt.
7. Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt,
et iustitia tua exultabunt.

8. Miserator et misericors Dominus,
patiens et multum misericors.
9. Suavis Dominus universis,
et miserationes eius super omnia opera eius.
10. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua,
et sancti tui benedicant tibi.

11. Gloriam regni tui dicent, et potentiam tuam loquentur:
12. ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam,
et gloriam magnificentiæ regni tui.
13. Regnum tuum, regnum omnium sæculorum,
et dominatio tua in omni generatione et generationem:
Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, et sanctus in omnibus operibus suis.

et laudabo nomen Tuum in æternum et semper.
3. ג Magnus est Dominus et laudandus nimis,
et magnitudo Eius investigari nequit.
4. ד Generatio celebrat opera Tua generationi,
et fortia facta tua annuntiant.
5. ה Gloriosus est maiestatis Tuæ splendor, —
et mirabilia opera Tua meditabor.
6. ו Ut vim terribilium factorum Tuorum celebrent,
narrabo ego magnalia Tua.
7. ז Memoriam eximiæ benignitatis Tuæ ebullient,
et iustitiam Tuam lætis vocibus celebrabunt.
8. ח Clemens et misericors est Dominus,
longanimis et multæ misericordiæ.
9. ט Benignus est Dominus erga omnes,
et misericordia Eius est erga omnia opera Eius.
10. י Laudant Te, o Domine, omnia opera Tua,
et pii cultores Tui benedicunt Tibi.
11. כ Gloriam regni Tui prædicant
et de potentia Tua loquuntur,
12. ל ut nota faciant hominibus facinora Eius
et splendidam maiestatem regni Eius.
13. מ Regnum Tuum est regnum omnium sæculorum,
et dominatio Tua est in omnes generationes.

"

14. Allevat Dominus omnes, qui corruunt,
et erigit omnes elisos.
15. Oculi omnium in te sperant, Domine, et tu das escam illorum in tempore opportuno.
16. Aperis tu manum tuam, et imples omne animal benedictione.
17. Iustus Dominus in omnibus viis suis,
et sanctus in omnibus operibus suis.
18. Prope est Dominus omnibus invocantibus eum:
omnibus invocantibus eum in veritate.
19. Voluntatem timentium se faciet,
et deprecationem eorum exaudiet, et salvos faciet eos.
20. Custodit Dominus omnes diligentes se, et omnes peccatores disperdet.
21. Laudationem Domini loquetur os meum, et benedicat omnis caro nomini sancto eius in sæculum et in sæculum sæculi.

14. ס **D**ominus sustentat omnes, qui labant,
et erigit omnes depressos.
15. ע Oculi omnium Te exspectant,
et Tu das eis cibum illorum tempore suo.
16. פ Aperis manum Tuam,
et satias omne vivum beneficiis pro desiderio.
17. צ Iustus est Dominus in omnibus viis suis
et gratiosus in omnibus operibus suis. —
18. ק Prope est Dominus omnibus, qui invocant Eum,
omnibus, qui invocant Eum sincera mente.
19. ר Voluntatem eorum, qui timent Eum, facit
auditque vociferationem eorum et salvat eos.
20. ש Dominus custodit omnes, qui diligunt Eum,
impios autem omnes perdet.
21. ת Laudem Domini loquatur os meum,
omnisque caro benedicat nomini sancto Eius in æternum et semper!

Laudatio ipsi David — canticum laudis a Davide; vide 15, 1. — **laudatio** = canticum laudis. — **Deus meus** = Deus mi; vide 7, 2. — **in saeculum et in saeculum saeculi** = in æternum et semper; idem v. 2. et 21.

v. 3. **laudabilis** = laudandus. — **non est finis** = investigari nequit.

v. 4. **generatio et generatio laudabit** = generatio celebrat gene- var.
rationi. Alexandrinus legit ר loco ל. — **potentia** (psl. 105, 2. potentiæ); *idem* v. 12. = „facta fortia“ (abstractum et concretum); vide 16, 7. Rgl. 35.

v. 5. **magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loquentur;** pro: „*gloriosus est maiestatis tuæ splendor*“. — **magnificentia** = magnificus (splendidus); *idem* v. 12.; vide psl. 5, 10. Rgl. 18. — **sanctitas;** pro: splendor. — **gloria** = maiestas; *idem* v. 12. — „**loquentur**“ addit Vul- add.
gata iuxta LXX., quin sensus mutetur. — **mirabilia** = mirabilia opera;

var. vide psl. 16, 7. Rgl. 35. — **narrabunt;** pro: *„meditabor“;* III. persona pluralis pro I. singularis; idem v. 6. Res manet eadem.

v. 6. **et** = ut; vide Rgl. 3. pag. 16. - **terribilia** = facta terribilia; vide psl. 16, 7. Rgl. 35. — **dico** = celebro.

v. 7. **abundantia suavitatis** = eximia benignitas. — **suavitas** = benignitas; vide v. 9.; confer psl. 85, 5. — **eructo** = ebullio; vide 44, 2. — **iustitia tua;** i. e. de iustitia tua (exultabunt); Alt.: „wegen“.

v. 8. **miserator** = clemens; — **patiens** = longanimis; vide 85, 15.

v. 9. **suavis** = benignus; vide 85, 5. — **super omnia opera** = erga omnia opera; vide 85, 13. — **miserationes** = misericordia; vide 68, 17.

v. 10 **confiteor tibi** = laudo, celebro te; vide psl. 6, 6. — **sanctus** = pius cultor; vide psl. 4, 4.

var. v. 12. **potentia tua;** vide v. 4. — **regni tui;** pro: *„regni eius“.* Permutatum est ך cum ן; sensus quoad rem manet idem. — **filius hominis** = homo; vide psl. 11, 2. — **gloria magnificentiae** = splendida maiestas; vide psl, 4, 2. Rgl. 11.

v. 13. **in omni generatione in generationem** = in omnes generationes; confer 32, 11. — **„Fidelis Dominus . . . operibus suis“** exhibet Vulgata iuxta LXX. In textu masoret. non invenitur versus incipiens literā ס; absque dubio excidit in textu hebraico tempore perantiquo, quia Chaldæus et antiquæ versiones Aquilæ, Symmachi et Theodotionis et b. Hieronymi eo carent. Versus, quem Vulgata exhibet, similis est v. 17mo.

v. 14. **allevo** = sustento; Alt.: „helfen“. — **elisus** — depressus, compressus, dein fractus, confectus; Alt.: „gebeugt“.

v. 15. **tempus opportunum** = tempus suum.

v. 16. **animal** = vivum, animatum ens. — **benedictio** = beneficia; vide psl. 23, 5. — **impleo** = satio pro desiderio.

v. 17. **sanctus** = gratiosus; vide psl. 4, 4.

v. 18. **in veritate** = sincera mente, sincere; vide 35, 6. et 4, 9. Rgl. 14.

v. 20. **diligentes se** = diligentes eum; vide psl. 17, 31. Rgl. 37. **disperdo** = perdo; vide psl. 17, 41.

PSALMUS 145. (hebr. 146.)

Deus unice me tuetur.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — celebrat Deum, creatorem universi, qui omni tempore auxilium ferre valet et etiam auxiliatur; e contra vana est fiducia posita in homines etiam principes, qui saltem morientes opem ferre nequeunt. — Tempus exarationis non est notum.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. Alleluia Aggæi et Zachariæ.	1. Halleluiah!
2. Lauda, anima mea, Dominum,	Lauda, anima mea Dominum!

laudabo Dominum in vita mea:
psallam Deo meo, quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus:
3. in filiis hominum, in quibus non est salus.
4. Exibit spiritus eius, et revertetur in terram suam:
in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
5. Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius:
6. qui facit cœlum et terram, mare et omnia, quæ in eis sunt.
7. Qui custodit veritatem in sæculum, facit iudicium iniuriam patientibus; dat escam esurientibus. Dominus solvit conpeditos;
8. Dominus illuminat cæcos.
Dominus erigit elisos,
Dominus diligit iustos.
9. Dominus custodit advenas; pupillum et viduam suscipiet, et vias peccatorum disperdet.
10. Regnabit Dominus in sæcula:
Deus tuus, Sion, in generationem et generationem.

2. Laudabo Dominum per vitam meam,
fidibus canam Deo meo, quamdiu superstes ero.
3. **N**olite fiduciam collocare in principibus,
in homine, apud quem non est salus!

4. Si exit spiritus eius, revertitur in terram suam;
in illa die irrita cadunt concilia eius.
5. **B**eatus, cuius adiutor est Deus Iacobi,
cuius spes est in Domino Deo suo,
6. qui fecit cœlum et terram,
mare et omnia, quæ in eis sunt,

qui servat fidem in æternum;
7. qui causam agit oppressorum,
panem dat esurientibus.
Dominus vinculis expedit captivos.

8. Dominus visum restituit cæcis.
Dominus erigit depressos,
Dominus diligit iustos.
9. Dominus tuetur advenas,
orphanum et viduam erigit,
viam autem impiorum pervertit.
10. Regnabit Dominus in æternum,
Deus Tuus, o Sion, in generationem et generationem!
Halleluiah!

„Aggaei et Zachariae“ addit Vulgata iuxta LXX. add.
Vulgata (non LXX.) trahit textum v. 1^{mi} ad v. 2^{dum}.
v. 2. **psallo** = fidibus cano; vide psl. 107, 2.
Vulgata (non LXX.) trahit I. membrum versus 3. ad v. 2^{dum}.
v. 3. **filius hominis** = homo; vide 11, 2. — **in quibus** — apud quos.
v. 4. **peribunt**; i. e. irrita cadunt. — **cogitatio** = consilium; vide psl. 39, 6. — Vulgata (non LXX.) trahit III. membrum v. 6^{ti} ad v. 7^{mum}.
v. 7. **custodit veritatem** = servat fidem; vide psl. 35. 6.; Schegg: „hält Treue“. — **in saeculum** = in æternum; *idem* (in plurali) v. 10.; vide psl. 74, 10. — **facit iudicium** = causam agit; de „mišfat“ vide psl. 7, 7. — **compeditus** = captivus; vide psl. 78, 11. et psl. 101, 21.

v. 8. **illuminat caecos** = visum restituit cæcis. — **elisus** = depressus; vide psl. 144, 14.

v. 9. **pupillus** = orphanus; vide psl. 81, 3. — **suscipio** = erigo; confer 146, 6.; ubi „τῷ“ suscipere opponitur τό „humiliare“ = deprimere.

disperdo (de via) = perverto. — Vulgata iuxta LXX. omisit in omis. fine psalmi *„hallelujah“*; (i. e. laudate Iehovam; vide psl. 134, 1.).

PSALMUS 146 (hebr. 147., 1.—11.)

Deus curam gerit omnium creatorum.

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — excitat ad celebrandum Deum, qui omnium creatorum, praesertim autem populi sui electi curam gerit. — Tempus exarationis indicari nequit. —

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Alleluia.	
1. Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus:	1. **L**audate Dominum,
Deo nostro sit iucunda decoraque laudatio.	nam bonum est, canere Deum nostrum,
	nam iucundum est; laudes — decent!
2. Aedificans Ierusalem, Dominus, dispersiones Israëlis congregabit.	2. Dominus est, qui Ierosolimam ædificat,
	dispersos Israëlis congregat,
3. Qui sanat contritos corde,	3. qui sanat eos, quorum cor est fractum,
et alligat contritiones eorum.	et vulnera eorum obligat.
4. Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocat.	4. Determinat numerum stellarum easque omnes nomine vocat.
5. Magnus Dominus noster, et magna virtus eius,	5. Magnus est Dominus noster et præpotens,
et sapientiæ eius non est numerus.	et intelligentiæ Eius non est mensura.
6. Suscipiens mansuetos Dominus: humilians autem peccatores usque ad terram.	6. Dominus erigit afflictos,
	deprimit impios ad terram.

7. Præcinite Domino in confessione: psallite Deo nostro in cithara.
8. Qui operit cœlum nubibus, et parat terræ pluviam. Qui producit in montibus fœnum, et herbam servituti hominum.
9. Qui dat iumentis escam ipsorum, et pullis corvorum invocantibus eum.
10. Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.
11. Beneplacitum est Domino super timentes eum, et in eis, qui sperant super misericordia eius.

7. **R**espondete Domino gratiarum actione,
canite Deo nostro cithara.
8. Qui cœlos nubibus tegit,
qui parat terræ pluviam,
qui fac't montes germinare gramine.
9. Qui dat pecudi cibum suum,
pullis corvi, qui clamant.
10. Non complacet sibi in robore equi,
neque cruribus viri delectatur.
11. Dominus delectatur iis, qui timent Eum,
iis, qui exspectant gratiam Eius. —

„Alleluia"; addit Vulgata iuxta LXX. — **Psalmus Deo nostro** = canere Deum nostrum; Vulgata iuxta LXX. trahit *„Deus noster"* ad II. hemistichium; vide Rgl. 6. pag. 16.; dein legit impunctatum זמרה — *„zim'râ"* = „cantus", loco *„zamm'ra"* = „canere". — **sit iucunda** = nam iucundum est. — **decora** (scilicet est) **laudatio** = laudes decent. — **et** (que) addit Vulgata (non LXX.). add.

v. 2. **dispersiones Israëlis** = dispersi Israëlis; vide 10, 8. Rgl. 30.

v. 3. **contriti corde** = ii, quorum cor est fractum; confer 59, 4. — **alligo contritiones** = obligo vulnera; Alll.: „Wunden".

v. 4. **numerat multitudinem** = determinat numerum. — **omnibus eis nomina vocat** (hebraismus) = eas omnes nomine vocat.

v. 5. **numerus** = mensura; latina voce *„numerus"* significatur discretæ quantitatis *mensura.*

v. 6. **suscipiens mansuetos** = erigit afflictos; vide 145, 9. et 33, 3.

v. 7. **praecino**; i. e. respondeo, ut Vulgata ipsa alias centies vertit. — **in confessione** = gratiarum actione; vide psl. 6, 6. et 2, 9. Rgl. 7. — **psallo in cithara** = cano cithara; vide psl. 65, 4.

v. 8. **„et herbam servituti hominum"** addit Vulgata iuxta codicem Vaticanum — verosimile ex psl. 103, 14. — Hoc additamentum in Codice Alexandrino et in nonnullis psalteriis antiquis non invenitur. add.

v. 9. **invocantibus**; i. e. qui clamant; **„eum"** addit Vulg. iuxta LXX. add.

v. 10. **voluntas** = delectatio; vide psl. 1, 2. = **tibiae** = crura.

v. 11. **beneplacitum est Domino super timentes eum** = Dominus delectatur iis, qui timent eum. — **qui sperant super misericordia eius** = qui exspectant gratiam eius; vide psl. 5, 8. et 32, 18.

var.

PSALMUS 147. (hebr. 147., 12.—20.)

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Alleluia.	
12. Lauda, Ierusalem, Dominum, lauda Deum tuum, Sion:	12. Lauda, Ierosolima, Dominum; Lauda Deum Tuum, Sion!
13. quoniam confortavit seras portarum tuarum. Benedixit filiis tuis in te.	13. Nam firmat vectes portarum tuarum, fortunat filios tuos in medio tui.
14. Qui posuit fines tuos pacem, et adipe frumenti satiat te.	14. Qui facit terminos Tuos tranquillos, te pinguedine tritici satiat.
15. Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.	15. Qui mittit iussum suum in terram, — celerrime currit verbum Eius.
16. Qui dat nivem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.	16. Qui dat nivem instar lanæ, pruinam instar cineris dispergit.
17. Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?	17. Qui proiicit glaciem suam instar frustorum; coram frigore Eius, quis consistet?
18. Emittet verbum suum, et liquefaciet ea: flabit spiritus eius, et fluent aquæ.	18. Mittit mandatum suum et liquefacit ea, flare facit ventum suum — fluunt aquæ.
19. Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias et iudicia sua Israël,	19. Nota fecit iussa sua Iacobo, statuta sua et leges suas Israëli.
20. non fecit taliter omni nationi, et iudicia sua non manifestavit eis. Alleluia.	20. Non fecit sic ulli populo, inde leges Eius — ii non norunt. Halleluiah!

add. **Alleluia**; addit Vulgata; LXX. insuper habet: „Aggæi et Zachariæ.“

v. 13. et 14. **sera** = vectis; Ill.: „Riegel“; závora; — **pono** = facio; vide psl. 11, 6. — **pacem**; i. e. tranquillos; vide 5, 10. Rgl. 18.

v. 16. **nebula**; i. e. pruina; eandem hebraicam vocem vertit Vulgata: *„pruina“* in Ex. 16, 14. — *„gelu“* in Iob 38, 29.

v. 17. **crystallum** = glacies; confer Auct. Priap. 64. „rigetque dura barba vincta crystallo“. — **„buccella“** vocatur frustum cuiuslibet rei, quæ apta est esui. — **ante faciem frigoris** = coram frigore; vide Rgl. 4. pag. 16. — **sustineo**; i. e. consisto; vide psl. 129, 3.

v. 18. **flabit spiritus eius** = flare facit ventum suum.

var. Græcus LXX. legit formam *„kal“* pro forma causativa *„hiktil“*.

v. 19. **verbum suum** = iussa sua; vide psl. 40, 9. *„dabar“*. — **iustitiae** = statuta; vide psl. 49, 16. — **iudicia** = leges; idem v. 20.;

vide psl. 17, 23. — **non fecit taliter omni nationi** = non fecit sic ılli populo; vide 9^2, 11. Rgl. 27. — **et iudicia sua non manifestavit eis**; pro: „inde leges Eius — ii non norunt“; causa et effectus.

PSALMUS 148.

Laudate Dominum naturae coelestes et terrestres!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — excitat ad laudem Dei creaturas coelestes, dein terrestres, imprimis homines omnis generis et aetatis ob novum beneficium populo electo collatum. — Tempus exarationis ignoratur.

Textus Vulgatae.	Versio textus hebraici.
1. Alleluia!	1. **H**alleluiah!
Laudate Dominum de cœlis:	Laudate Dominum naturæ cœlestes,
laudate eum in excelsis.	laudate Eum in excelsis!
2. Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.	2. Laudate Eum omnes Angeli Eius, laudate Eum omnes exercitus Eius!
3. Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stellæ et lumen.	3. Laudate Eum sol et luna, laudate Eum omnes stellæ lucidæ!
4. Laudate eum cœli cœlorum: et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.	4. Laudate Eum cœli cœlorum, et aquæ, quæ estis super cœlis!
5. Quia ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit et creata sunt.	5. Laudent nomen Domini; nam, ut iussit, creata sunt!
6. Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi: præceptum posuit, et non præteribit.	6. Et stabilivit ea in æternum, præscripsit ordinem, qui nunquam perit.
7. Laudate Dominum de terra	7. **L**audate Dominum naturæ terrestres,
dracones, et omnes abyssi.	belluæ marinæ et omnes abyssi!
8. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.	8. Fulgur et grando, nix et vapor; procella, quæ exsequeris iussa Eius!
9. Montes et omnes colles, ligna fructifera et omnes cedri.	9. Montes et omnes colles, arbores frugiferæ et omnes cedri!

10. Bestiæ et universa pecora,
serpentes et volucres pennatæ.
11. Reges terræ et omnes populi:
principes, et omnes iudices terræ.
12. Iuvenes et virgines:
senes cum iunioribus
laudent nomen Domini:
13. quia exaltatum est nomen eius solius.
14. Confessio eius super cœlum et terram:
et exaltavit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis eius:
filiis Israël, populo appropinquanti sibi.
Alleluia.

10. Bestiæ et omnes pecudes,
reptilia et aves volucres!
11. Reges terræ et omnes nationes,
principes et omnes iudices terræ!
12. Iuvenes et virgines,
senes et pueri!
13. Laudent nomen Domini,
nam excelsum est nomen Eius solum,
maiestas Eius est super terram et super cœlos!
14. Ipse etiam effert cornu populi sui,
laudem omnium cultorum suorum,
filiorum Israëlis — populi sibi propinqui.
Halleluiah!

v. 1. **de coelis**; i. e. naturæ cœlestes.

v. 2. **virtutes** = exercitus; vide psl. 23, 10.

v. 3. **stellae et lumen** = stellæ lucidæ; All.: „leuchtende Sterne". — Vulgata utitur iuxta Græcum LXX. „hendiadi"; de qua vide psl. 9. 5.

add. Rgl. 24. — **aquae omnes**; „omnes" addit Vulgata iuxta LXX.

v. 4. Vulgata (non LXX.) trahit I. membrum v. 5ti ad v. 4tum.

add. v. 5. **ipse mandavit et creata sunt**; addit Vulgata iuxta LXX.

v. 6. **statuo** = stabilio: vide psl. 17. 34. — **„et in saeculum sae-**

add. **culi"**; addit Vulgata iuxta LXX. — **praeceptum posuit**; i. e. ordinem præscripsit. — **et non praeteribit** = qui nunquam perit.

v. 7. **de terra** = naturæ terrestres. — **dracones** = belluæ marinæ; vide psl. 73, 13.

v. 8. **ignis**; i. e. fulgur; vide psl. 77, 48. — **glacies** = vapor, nebula; eandem hebraicam vocem vertit Vulgata „fumus" in Gen. 19, 20. — **spiritus procellarum** = procellæ spirantes, procella; vide 10. 7. — **faciunt verbum eius** = exsequuntur iussa eius; vide 40, 9. et 147, 19.

v. 10. **serpentes**; LXX. ἑρπετά; i. e. reptilia; Schegg: „Gewürm", zeměplazové; „*serpentes*" est Participium a „*serpo*" = reptile: latina vox hæc denotat etiam „vermes"; Plin. 7, 51, 52.

v. 12. Vulgata (non LXX.) trahit I. membrum v. 13. ad v. 12um.

v. 13. **nomen eius solius** = nomen eius solum.

v. 14. Vulgata (non LXX.) trahit III. partem 13ti ad v. 14.

confessio = maiestas; vide psl. 6, 6. — **hymnus**; i. e. laudem — argumentum hymni. — **sanctus** = pius cultor; vide psl. 4, 4.

appropinquans = propinquus; i. e. fœdere iunctus, electus.

PSALMUS 149.

Laudate Dominum, qui agitis causam veritatis!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — celebrat hocce hymno Iehovam pro singulari beneficio cultoribus suis collato. — De tempore exarationis certi quid statui nequit. —

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Alleluia.	Halleluiah!
1. Cantate Domino canticum novum: laus eius in ecclesia — sanctorum.	1. Canite Domino canticum novum, laudes Eius in cœtu piorum cultorum!
2. Lætetur Israël in eo, qui fecit eum: et filii Sion exultent in rege suo.	2. Lætetur Israël de creatore suo, iubilent filii Sionis de rege suo!
3. Laudent nomen eius in choro, in tympano et psalterio psallant ei:	3. Laudent nomen Eius choreâ, tympano et cithara canant Ei!
4. quia beneplacitum est Domino in populo suo: et exaltabit mansuetos in salutem.	4. Nam Dominus delectatur populo suo, afflictos auxilio suo exaltat.
5. Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.	5. Exultent pii cultores de gloria, læti cantent in cubilibus suis!
6. Exaltationes Dei in gutture eorum, et gladii ancipites in manibus eorum:	6. Laudes Dei sint in gutture eorum, et gladius utrimque acutus in manibus eorum!
7. ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.	7. ut repetant ultionem a gentibus, pœnas a populis;
8. Ad alligandos reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis,	8. ut catenis vincant reges illorum, et nobiles eorum compedibus ferreis;
9. ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius. Alleluia.	9. ut exsequantur in iis legem scriptam. Hoc erit honori omnibus cultoribus Eius. Halleluiah!

Ecclesia sanctorum = cœtus piorum cultorum; vide 21, 23. et 4, 4. v. 2. **in eo** = *de* eo. — **in rege** = de rege; vide 3, 3. Rgl. 10. v. 3. **in choro**; i. e. chorea; Schegg: „Reigen"; vide 2, 9. Rgl. 7.

Hebr. „*machol*“ et „*m'cholâ*“ = „chorea“, „tripudium“. — Vulgata vertit hanc vocem *chorus*: All.: „Reigen“. Ex. 15, 20.; Iud. 11. 34.; I. Sam. 21, 11.; 9, 5. — Reigentänze, Ex. 32, 19. — Tanzreigen, Iud. 9, 27. etc. — Denotat autem latinum „*chorus*“ proprie *ordinem* nexumque hominum saltantium et canentium, ac præcipue *in sacris*. (Cic. 5, 6. Phil. — Suet. Cal. 37.) — **psalterium**; i. e. cithara; vide psl. 80, 3. — **psallo** = cano; vide psl. 65, 4.

v. 4. **mansuetus** = afflictus; vide psl. 33, 3. — **et exaltabit in salutem**; LXX. ἐν σωτηρίᾳ; = exaltat auxilio suo; vide psl. 17, 51. et add. 2, 9. Rgl. 7.; „*et*“ addit Vulgata iuxta LXX.

v. 6. **exaltationes** = laudes; vide psl. 29, 2. — **gladii ancipites** = gladii utrimque acuti. — Latinum „*anceps*“ designat generatim id, quod ex *utraque* parte est idem, atque adeo geminum est.

v. 7. **facio vindictam** = repeto ultionem. — **facio increpationes in populis** = repeto pœnas a populis; vide psl. 38, 12.

v. 8. **alligo in compedibus** = ligo, vincio catenis; vide psl. 2, 9. Rgl. 7. — **manicae ferreae**; i. e. compedes ferrei.

v. 9. **facio**; i. e. exequor; vide psl. 148, 8. — **iudicium conscriptum** = lex scripta; vide „mišfat“ psl. 7, 7. et Rgl. 5. pag. 16.

haec = hoc; „*femininum*“ pro „*neutro*“; vide psl. 26, 4. Rgl. 45.

PSALMUS 150.

Laudate Dominum!

Auctor, argumentum et tempus. — Vates sacer — ignotus — excitat ad laudes Deo canendas musicis instrumentis omnis generis. — Tempus exarationis ignoratur. —

Textus Vulgatæ.	Versio textus hebraici.
Alleluia.	**H**alleluiah!
1. Laudate Dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.	1. Laudate Dominum in sanctuario Eius, laudate Eum in magnifico firmamento Eius!
2. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.	2. Laudate Eum propter potentissima facta Eius, laudate Eum secundum amplitudinem magnitudinis Eius!
3. Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio et cithara.	3. Celebrate Eum clangore tubæ, celebrate Eum lyra et cithara!

4. Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo.
5. Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis:
6. omnis spiritus laudet Dominum.
Alleluia.

4. Celebrate Eum tympano et chorea; celebrate Eum fidibus et fistulā!
5. Celebrate Eum cymbalis canoris, celebrate Eum cymbalis personantibus!
6. Omnis anima laudet Dominum!
Halleluiah!

In sanctis eius; scilicet ædibus = in sanctuario eius; Schegg et Thalhofer: „Heiligthum"; vide psl. 133, 2.; confer psl. 67, 36. — **firmamentum virtutis** = firmamentum magnificum: vide psl. 4, 2. Rgl. 11.

v. 2. **in virtutibus eius**; i. e. propter potentissima facta eius; vide psl. 16. 7. Rgl. 35.; confer psl. 104, 2. *„potentiæ"*; 144, 4, *„potentia"*. — **multitudo** = amplitudo; vide psl. 5, 8.

v. 3. et 4. **in psalterio** = lyrā; vide psl. 91, 4. — **chorus** = chorea; Schegg et Thalhofer: „Reigen"; vide psl. 149, 3.

in chordis et organo = fidibus et fistula; generica voce græca et latina (ὄργανον, organum) designatur instrumentum musicum; hic loci intelligenda est: *„fistula"*, *„tibia"* — hebr. עוּגָב (ʿugab); in psl. 136, 2. „cithara" — hebr. כִּנּוֹר (kinnor).

v. 6. **omnis spiritus**; i. e. quidquid vivit et spirat = omnis anima.

INDEX.

PRINCIPALE ARGUMENTUM PSALMORUM.

Numerus			Pag.
	1.	Diversa sors iustorum et impiorum	17
	2.	Contra Deum Deique Filium frustra consurgit mundus	20
	3.	Oratio matutina hominis, qui patitur persecutionem	23
	4.	Oratio vespertina hominis in angustiis constituti	26
	5.	Oratio matutina in via ad templum Domini	32
	6.	Miserere mei, Domine! (I. poenitentialis)	37
	7.	O Domine, adiuva me contra calumniatores et ingratos!	41
	8.	Gloria Dei manifestatur in coelo et in terra	47
Vulg.	Hebr.		
9.	9.	Gratiarum actio et supplicatio	49
9[2].	10.	Domine, tuere me contra impios raptores et insidiatores!	54
10.	11.	In diebus tribulationis confide Domino!	61
11.	12.	Oratio iusti grassante corruptione morali	64
12.	13.	Exaudi me, Domine!	67
13.	14.	Mundus malus	68
14.	15.	Iustus salvabitur in aeternum	71
15.	16.	Deus optima pars hereditatis meae	73
16.	17.	Domino confidit iustus persecutionem patiens	76
17.	18.	Gratiarum actio pro victoria veritati concessa	81
18.	19.	Gloriam Dei praedicat mundus visibilis et spiritualis	91
19.	20.	Oratio pro rege tempore belli	95
20.	21.	Gratiarum actio pro auxilio regi praestito	97
21.	22.	Consummatum est	101
22.	23.	Pastor bonus	110
23.	24.	Parati exspectate adventum Domini gloriosum!	112
24.	25.	Domine! miserere mei!	115
25	26.	Cor purum desiderat frequentare templum Domini	120
26.	27.	Qui Deo confidit, nulla re perturbatur	122
27.	28.	Adiuva me, Domine!	126
28.	29.	Dei potentiam et maiestatem ostendunt tonitrua	129
29.	30.	Gratiarum actio pro liberatione ex periculo letali	132
30.	31.	Oratio pii summis in angustiis versantis	134

Numerus Vulg.	Numerus Hebr.		Pag.
31.	32.	Confitearis peccata tua Domino! — remittentur tibi (II. poenitentialis)	140
32.	33.	Laudate Dominum; Ipse est omnipotens et benignissimus	143
33.	34.	Gratiarum actio pro tutela divina. Salutaria monita	147
34.	35.	O Domine! tuere ius meum contra ingratos!	151
35	36.	Solatium iusti	157
36.	37.	Improbi peribunt, — iustos Deus non derelinquet	160
37.	38.	Domine remitte mihi poenas promeritas (III. poenitentialis)	167
38.	39.	Exaudi me, Domine!	170
39.	40.	Gratiarum actio et supplicatio cultoris Domini	174
40.	41.	Beati misericordes	179
41.	42.	Fervens desiderium visitandi templum Domini	184
42.	43.	Fervens desiderium accedendi ad altare Dei	189
43.	44.	O Domine, miserere populi Tui!	190
44.	45.	Epithalamium in regis honorem	195
45.	46.	Deus tuetur Sionem	202
46.	47.	Deus est rex totius terrae	204
47	48.	Sion est inexpugnabilis	206
48.	49.	Gloria et potententia improborum ne turbe tranquillum animum iusti	209
49.	50.	Verus Deum colendi modus	216
50.	51.	Miserere mei, o Deus! (IV. poenitentialis)	220
51.	52.	Lingua dolosa poenam non effugiet	224
52.	53.	Mundus malus	227
53.	54.	Oratio persecutionem patientis	228
54.	55.	Oratio proditi ab amico	230
55.	56.	Consolatio fugientis	235
56.	57.	Preces vespertinae in deserto	239
57.	58.	Deus inopinate puniet iniustos rectores	241
58.	59.	Oratio persecutionem immerito patientis	243
59.	60.	Adiuva nos, o Deus!	248
60.	61.	O Deus, exaudi regem!	251
61.	62.	Soli Deo confide!	253
62.	63.	Oratio matutina persecutionem patientis in deserto inaquoso	256
63.	64.	O Deus, tuere me contra maleficos!	258
64.	65.	Gratiarum actio pro benedictione divina	260
65.	66.	Gratiarum actio	264
66.	67	Gratiarum actio pro benedictione divina	267
67.	68.	Hymnus in honorem victoris	268
68.	69.	Vociferatio pii cultoris Domini	277
69.	70.	Domine ad auxilium meum festina!	284
70.	71.	O Domine, ne descras me in senecta mea!	285
71.	72.	O Domine, fac ut felix sit regimen regis!	290
72.	73.	Impii peribunt, iusti autem beati erunt in aeternum	295
73.	74.	O Domine, templum Tuum profanatur, populus Tuus opprimitur	301
74.	75.	Deus puniet tempore suo impios	306
75.	76.	Celebremus Dominum; castigavit enim impios	308
76.	77.	Consolatio aegroti et afflicti	311
77.	78.	Historia antiqua est salutaris admonitio	315
78.	79.	O Domine! miserere populi Tui nimis afflicti!	325
79.	80.	O Domine! conserva vitem, quam plantavit dextera Tua!	328

Numerus Vulg	Hebr.		Pag.
80.	81.	Ad celebrationem festi Paschalis	331
81.	82.	Iudices iniustos Deus puniet	334
82.	83.	Adiuva nos, o Deus, contra confoederatos hostes nostros!	336
83.	84.	Desiderio templi Domini tabescit cor peregrinantis pii	338
84.	85.	Dominus nos iterum vitae restituet	341
85.	86.	Domine consolare pium Tui cultorem!	344
86.	87.	Hierosolymis renascentur omnes populi	346
87.	88.	Oratio graviter afflicti	348
88.	89.	O Domine, restaura thronum Davidis gloriosum	352
89.	90.	Cito transit vita nostra	360
90.	91.	Deus est tutissimum refugium nostrum	364
91.	92.	Dominus — rex iustus	367
92.	93.	Deus est rex altissimus	370
93.	94.	Iniustos iudices perdet Deus	371
94.	95.	Laudate Dominum! Obedite voci Eius!	374
95.	96.	Appropinquat gloria Dei	376
96.	97.	Regnum Dei supprimet omnem idololatriam	379
97.	98.	Dominus venit! Laudate eum!	380
98.	99.	Sanctus, Sanctus, Sanctus est Dominus	382
99.	100.	Adorate Dominum omnes terrae!	384
100.	101.	Proposita regis pii	385
101.	102.	Domine, miserere mei! marcesco enim sicut gramen. (V. poenitentialis)	386
102.	103.	Laudate Dominum maxime misericordem	391
103.	104.	Hymnus in honorem Creatoris et Conservatoris omnium	394
104.	105.	Hymnus in gratiarum actionem pro mirabilibus beneficiis	399
105.	106.	Dominus fidem servabit populo suo ingrato	405
106.	107.	Gratiarum actio pro miraculoso Iehovae auxilio	412
107.	108.	Exaudi me Domine!	417
108.	109.	Impium feriet maledictio	419
109.	110.	Victoria regis Messiae et sacerdotium Eius	424
110.	111.	Laudemus Dominum!	426
111.	112.	Beatus, qui timet Dominum	428
112.	113.	Laudate Dominum!	430
113.	114.	Gloria Dei in exitu Israelis ex Aegypto	431
113[2].	115.	Domine, Deus vive, age causam honoris Tui!	432
114. et 115.	116.	Quomodo rependam Domino beneficia Eius in me?	434
116.	117.	Dominum adorate omnes populi!	437
117.	118.	In dedicatione templi	437
118.	119.	Tuus sum, o Domine, serva me!	441
119.	120.	Domine, libera me a vicinis rixosis!	463
120.	121.	Dominus nos tuetur	464
121.	122.	Rogate pacem Ierosolimae, loco peregrinationis nostrae	465
122.	123.	O Deus, averte a nobis irrisionem et contemptum	467
123.	124.	Dominus nos liberavit	468
124.	125.	Dominus est arx iustorum	469
125.	126.	Post lacrimas — exultatio	470

Numerus Vulg	Numerus Hebr.		Pag.
126.	127.	Nil proficiunt hominum labores nisi Deo iuvante	471
127.	128.	Pio cultori suo benedicit Dominus	473
128.	129.	Hostes Sionis peribunt	473
129.	130.	Apud Dominum est misericordia. (VI. poenitentialis)	475
130.	131.	Cor humile et Deo addictum	476
131.	132.	Thronus Davidis manet in aeternum	477
132.	133.	Salutares effectus concordiae	480
133.	134.	In egressu ex sanctuario	481
134.	135.	Laudate Dominum!	481
135.	136.	Laudate Dominum; nam in aeternum manet gratia Eius!	484
136.	137.	Non obliviscar tui, o Ierosolyma!	486
137.	138.	Gratias ago Tibi, Domine!	488
138.	139.	Adoro Te, o Deus omnipotens et immense!	490
139.	140	O Domine, serva me ab hostibus dolosis et violentis!	494
140.	141.	Oratio assidua vincet malitiam adversariorum	496
141.	142.	Non est mihi amicus praeter Te, o Deus!	499
142.	143.	Domine, vivifica me! (VII. poenitentialis)	501
143.	144.	Deus opem feret, benedicet populo suo	503
144.	145.	Dei maiestas et benignitas immensa	505
145.	146.	Deus unice me tuetur	508
146. et 147.	147.	Deus curam gerit omnium creatorum	510
148.	148.	Laudate Dominum naturae coelestes et terrestres!	513
149.	149.	Laudate Dominum, qui agitis causam veritatis!	515
150.	150.	Laudate Dominum!	516

EXORDIUM PSALMORUM

latinae Vulgatae ordine alphabetico.

	Num.	Pag.
A		
Ad Dominum, cum tribularer	119	463
Ad te, Domine, levavi	24	115
Ad te, Domine, clamabo	27	126
Ad te levavi oculos meos	122	467
Afferte Domino filii Dei	28	129
Attendite popule meus	77	315
Audite haec omnes gentes	48	209
B.		
Beati immaculati in via	118	441
Beati omnes, qui timent	127	473
Beati, quorum remissae sunt	31	140
Beatus vir, qui non abiit	1	17
Beatus, qui intelligit super	40	179
Beatus vir, qui timet Dominum	111	428
Benedic anima mea	102	391
Benedic anima mea Domino	103	394
Benedixisti, Domine, terram	84	341
Benedictus Dominus Deus meus	143	503
Benedicam Dominum	33	147
Bonum est confiteri Domino	91	367
C.		
Cantate Domino canticum novum: cantate	95	376
Cantate Domino canticum novum: quia mirabilia fecit	97	380
Cantate Domino canticum novum: laus Eius in ecclesia sanctorum	149	515
Coeli enarrant gloriam Dei	18	92
Confitebimur Tibi	74	306
Confitebor Tibi, Domine	9	50
Confitebor Tibi, Domine, in toto corde meo: in concilio	110	426
Confitebor Tibi, Domine, in toto corde meo: quoniam audisti	137	488
Confitemini Domino, et invocate	104	399
Confitemini Domino, quoniam (v. 2. quis loquetur potentias)	105	405
Confitemini Domino, quoniam (v. 2. dicant, qui redemti)	106	412
Confitemini Domino, quoniam (v. 2. dicat nunc Israel)	117	437
Confitemini Domino, quoniam in aeternum	135	484
Conserva me, Domine	15	73
Credidi, propter quod locutus	115	436
Cum invocarem	4	26
D		
De profundis clamavi	129	475
Deus, auribus nostris	43	190
Deus Deorum Dominus	49	216
Deus, Deus meus, respice	21	102
Deus, Deus meus, ad Te	62	256
Deus, in nomine Tuo	53	228
Deus in adiutorium	69	284
Deus, iudicium Tuum regi da	71	290
Deus laudem meam ne	108	419
Deus misereatur nostri	66	267
Deus noster refugium	45	202
Deus, quis similis	82	336
Deus repulisti nos	59	248
Deus stetit in synagoga	81	334
Deus venerunt gentes	78	325
Deus ultionum Dominus	93	371
Dilexi, quoniam exaudiet Dominus	114	434
Diligam te, Domine	17	81
Dixi, custodiam vias meas	38	170

	Num.	Pag
Dixit Dominus Domino meo	109	424
Dixit iniustus, ut delinquat	35	157
Dixit insipiens in corde suo	13	69
Dixit insipiens in corde	52	227
Domine, clamavi ad Te	140	496
Domine, Deus meus in Te speravi	7	41
Domine, Deus salutis meae	87	318
Domine, Dominus noster	8	47
Domine, exaudi orationem meam et clamor	101	386
Domine, exaudi orationem meam, auribus	142	501
Domine in virtute tua	20	98
Domine, ne in furore tuo arguas	6	37
Domine, ne in furore	37	167
Domine, non est exaltatum	130	476
Domine probasti me	138	490
Domine, quid multiplicati	3	24
Domine, quis habitabit	14	71
Domine refugium factus es	89	360
Domini est terra, et plenitudo	23	112
Dominus illuminatio mea	26	122
Dominus regit me, et nihil	22	110
Dominus regnavit, decorem	92	370
Dominus regnavit, exultet	96	379
Dominus regnavit, irascantur	98	382

E

Ecce nunc benedicite Dominum	133	481
Ecce quam bonum	132	480
Eripe me de inimicis meis	58	243
Eripe me, Domine, ab	139	494
Eructavit cor meum verbum	44	195
Exaltabo te, Domine	29	132
Exaltabo te, Deus meus rex	144	505
Exaudiat te, Dominus in die	19	95
Exaudi, Deus, deprecationem	60	251
Exaudi, Deus, orationem meam, et ne despexeris	54	230
Exaudi, Deus, orationem meam, cum deprecor	63	258
Exaudi, Domine, iustitiam meam	16	76
Exspectans exspectavi Dominum	39	174
Exsultate Deo adiutori nostro	80	331
Exsultate iusti in Domino	32	143
Exsurgat Deus, et dissipentur	67	268

F.

Fundamenta eius in montibus	86	346

	Num.	Pag
I.		
In convertendo Dominus	125	470
Inclina, Domine, aurem Tuam	85	344
In Domino confido	10	61
In exitu Israel de Aegypto	113	431
In Te, Domine, speravi libera me	30	135
In Te, Domine, speravi; et eripe me	70	285
Iubilate Deo omnis terra, psalmum	65	264
Iubilate Deo omnis terra, servite	99	384
Iudica, Domine, nocentes	34	151
Iudica me, Deus, et discerne	42	189
Iudica me, Domine, quoniam ego	25	120
L.		
Laetatus sum in his, quae	121	465
Lauda, anima mea, Dominum	145	508
Lauda, Ierusalem Dominum	147	510
Laudate Dominum de coelis	148	513
Laudate Dominum in sanctis	150	516
Laudate Dominum omnes	116	437
Laudate Dominum, quoniam	146	510
Laudate nomen Domini	134	481
Laudate pueri Dominum	112	430
Levavi oculos	120	464
M.		
Magnus Dominus, et laudabilis	47	206
Memento, Domine, David	131	477
Misericordiam et iudicium	100	385
Misericordiam Domini in	88	352
Miserere mei, Deus, secundum	50	220
Miserere mei, Deus, quoniam	55	235
Miserere mei, Deus, miserere	56	239
N.		
Nisi Dominus aedificaverit	126	471
Nisi quia Dominus erat	123	468
Noli aemulari in malignantibus	36	160
Nonne Deo subiecta erit	61	253
Notus in Iudaea Deus	75	308
O.		
Omnes gentes plaudite manibus	46	204
P.		
Paratum cor meum	107	417

	Num.	Pag.
Q		
Quare fremuerunt gentes . .	2	20
Quam bonus Israel Deus . .	72	295
Quam dilecta tabernacula . .	83	338
Quemadmodum desiderat cervus	41	184
Qui confidunt in Domino . .	124	469
Quid gloriaris in malitia . .	51	224
Qui habitat in adiutorio . .	90	364
Qui regis Israel . . .	79	328
S		
Salvum me fac, Deus, quoniam defecit	11	64
Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt	68	277
Saepe expugnaverunt . .	128	473
Si vere utique iustitiam . .	57	241
Super flumina Babylonis . .	136	484
T.		
Te decet hymnus, Deus . .	64	260
U V.		
Usquequo, Domine, oblivisceris .	12	67
Ut quid, Deus, repulisti in finem	73	301
Ut quid, Domine, recessisti .	92	55
Venite, exultemus Domino .	94	374
Verba mea auribus percipe .	5	32
Voce mea ad Dominum clamavi; voce mea ad Deum . .	76	311
Voce mea ad Dominum clamavi; voce mea ad Dominum . .	141	499

ERRATA TYPI

in hoc libro deprehensa sic corrigenda sunt.

(Numerus prior designat paginam: numerus alter indicat lineam — cum præposito *v.* — versum; *l.* significat „legatur“.)

8. 12. l. ψαλμοί.
11. 9. l. Hierosolymam (y).
18. 21. l. ἔστη.
23. 28. l. interitum.
28. 22. l. διῶκται.
30. 35. l. Palæstina.
31. 16. l. ἅμα.
37. 6. l. „**omnes**“, quam.
41. 13. l. contribulis.
53. 10. l. synonyma (y).
67. 3. l. ὕψος.
90. 40. l. trepidabunt.
95. 2. l. committuntur.
105. 19. l. ἀντιλήψεως.
105. 42. l. vocantur.
108. 30. l. divitiis.
114. v. 4. l. efferre — attollite.
126. v. 13. l. omissa.
128. v. 4. l. adinventio.
140. 20. l. capistro.
142. v. 4. l. ἐστράφην.
142. v. 7. l. defendes.
150. v. 22. l. legit.
156. v. 20. l. concinnant.
157. v. 26. l. jachdav.
159. v. 2. l. scelestam.
173. 3. l. הֶבֶל.
178. v. 6. l. διαλογισμοί.
178. v. 8. l. -ίδος.
184. 11. l. intolerabilem.
184. 16. l. recordor.
203. v. 2. l. enallagen.
215. v. 19. l. te efferendo.
218. v. 7. l. populo mi — ut cogaris.
233. v. 5. l. marcescit.
237. v. 1. l. immigrarunt.
258. 7. l. scelesta.
293. v. 15. l. eleemosynam (y).
319. v. 55. l. admensam.
343. v. 2. l. captivos.
346. v. 17. l. adiuvisti.
486. 29. l. Ierosolyma (y).

BOUN
JUL 12 1944
CHICAGO, ILL.

BENEDICTINE UNIVERSITY LIBRARY
3 2811 00194 1543